


PRESBYTERIAN COLLEGE
No
MONTREAL



Incipit epistola sancti Hieronymi ad Pau linum presbyterum: de omnibus diuine histo rie libris. Capitulum I



# Frater ambrosius tua mi bi munuscula perferens.

detulit simul ⁊ suauissimas litteras: que a prin cipio. amicitiarum fidem. probate iam fidei. ⁊ veteris amicitie noua preferebant. Vera enim illa necessitudo est: ⁊ christi glutino copulata. quã nõ vtilitas rei familiaris. nõ presentia tm̃ corporum: nõ subdola ⁊ palpans adulatio: sed dei timor ⁊ diuinarum scripturarũ studia con/ ciliant. Legimus in veteribus historijs quos/ dã lustrasse prouincias nouos adijsse populos. maria transisse. vt eos quos ex libris nouerãt. corã q3 viderent. Sic pithagoras mẽphiticos vates. sic plato egyptum ⁊ archytam tarentinũ eãq3 oram italie que quondã magna grecia di/ cebat. laboriosissime peragrauit: vt qui athenis magister erat ⁊ potens. cuiusq3 doctrinas acha demie gymnasia personabãt. fieret peregrinus atq3 discipulus malens aliena verecũde disce/ re q3 sua impudenter ingerere. Deniq3 cũ lit/ teras quasi toto orbe fugientes persequitur. ca ptus a piratis ⁊ venundatus tyrãno crudelissi mo paruit. ductus captiuus vinctus ⁊ seruus. tñ q: philosophus. maior emente se fuit. Ad titũ liuium lacteo eloquentie fonte manantẽ. de vl timis hispanie galliarumq3 finibus quosdã ve/ nisse nobiles legimus: ⁊ quos ad contẽplatio nẽ sui roma nõ traxerat: vnius hoĩs fama perdu xit. Habuit illa etas inauditũ oĩbus seculis. ce lebrandũq3 miraculũ. vt vrbem tantam ingres si: aliud extra vrbem quererent. Apollonius si/ ue ille magus: vt vulgus loquitur siue philoso phus vt pythagorici tradunt. intrauit persas. ptransiuit caucasum. albanos. scytas. massage/ tas. opulentissima indie regna penetrauit: ⁊ ad extremũ latissimo physon amne trãsmisso per uenit ad bragmanas. vt hiarcham in throno se dentẽ aureo: ⁊ de tantali fonte potantẽ inter pau cos discipulos. de natura. de moribus. ac de cur su dierum ⁊ siderũ audiret docentẽ. Inde per elamitas. babylonios. chaldeos. medos. assy rios. parthos. syros. phenices. arabes. pale/ stinos. reuersus ad alexandriã. perrexit ad ethio piam: vt gymnosophistas ⁊ famosissimam so/ lis mensam videret in sabulo. Inuenit ille vir vbiq3 quod disceret. ⁊ semper proficiens. sem per se melior fieret. Scripsit super hoc plenissi me octo voluminibus philostratus. II

Quid loquar de seculi hominibus. cũ apostolus Paulus vas electionis ⁊ magister gentium. qui de cõscientia ti in se hospitis loquebatur dicens. an experi/ mentũ queritis eius qui in me loquitur christus post damascũ arabiamq3 lustratã: ascendit hie rosolymã vt videret Petrum. ⁊ mansit apud eũ diebus quindecim. Hoc. n. mysterio heb doadis ⁊ ogdoadis futurus gentiũ predicator instruẽdus erat. Rursũq3 post annos quattu/ ordecim assumpto barnaba ⁊ tito. exposuit cũ apostolis euangelium: ne forte in vacuũ curre ret aut cucurrisset. Habet nescio quid latentis energie viue vocis actus: ⁊ in aures discipuli de auctoris ore transfusa fortius sonat. Vnde ⁊ eschines cum rhodi exularet ⁊ legeretur illa demosthenis oratio quam aduersus eum ha/ buerat. mirantibus cunctis atq3 laudantibus suspirans ait. Quid. si ipsam audissetis bestiã sua verba resonantem. III

Nec hoc dico. q2 sit aliquid in me tale. quod vel possis a me audire vel velis discere: sz quo ardor tuus ⁊ discẽdi stu dium etiam absq3 nobis per se probari debeat. Ingenium docile ⁊ sine doctore laudabile est. Non quid inuenias: sed quid queras conside ramus. Mollis cera ⁊ ad formandum facilis etiam si artificis ⁊ plaste cessent manus: tamẽ virtute totum est quicquid esse potest. Paulus apostolus ad pedes gamalielis legem moysi et prophetas didicisse se gloriatur: vt armatus spiritualibus telis. postea doceret confidenter Arma enim nostre militie non carnalia sunt: sed potentia dei ad destructionem munitionũ. et cogitatiões destruentes. et oẽm altitudinem extollentẽ se aduersus sciam dei. ⁊ captiuantes

oēm intellectū ad obediendū xp̄o. ⁊ parati sub
iugare omnē inobedientiā. Timotheuꝫ scri/
bit ab infantia sacris litteris eruditum. ⁊ hor/
taṫ ad studiū lectionis ne negligat grām q̄ da/
ta sit ei p̱ impositionē manꝰ p̄sbyteri. Tito p̄ci/
pit. vt iter ceteras virtutes ep̄i: q̄s breui sermo
ne depinxit: sciam quoqꝫ nō negligat scriptura
rū obtineᷓtē inquit eū q̱ ſm doctrinā est: fidelē
sermonē vt potens sit exhortari in doctrina sa/
na. ⁊ ꝯdicentes reuincere. IIII

Ancta quippe rusticitas solū sibi ꝓdest
⁊ quantū edificat ex vite merito ecclesi
am xp̄i: tantū nocet si destruentibꝰ non
resistat. Malachias ꝓpheta imo per malachiā
dn̄s interrogauit sacerdotes legē. In tantū sa
cerdotis officiū est: interrogatū respondere de
lege. Et in deutronomio legimus. Interroga
[illegible]em tuum ⁊ annunciabit tibi. maiores tu/
[illegible] dicent tibi. In psalmo quoqꝫ centesi/
mo decimooctauo. Cātabiles mihi erant iusti/
ficatiōes tue: i loco p̱egrinatiōis mee. Et in de
scriptiōe iusti viri. cū eū arbori vite dauid: que
est i paradiso ꝯparet inter ceteras virtutes hoc
ēt intulit. In lege dn̄i voluntas eius: ⁊ in lege
eius meditabiṫ die ac nocte. Daniel in fine sa/
cratissime visionis ait. iustos fulgere q̄si stellas
⁊ intelligētes. i. doctos quasi firmamentū. Vi
des quantū iter se distāt iusta rusticitas. ⁊ doc/
ta iustitia. Alij stellis: alij celo cōparanṫ. Q̄q̄ꝫ
iuxta hebraicā veritatē. vtrūqꝫ de eruditis pos
sit intelligi. Ita. n. apud eos legimꝰ. Qui aūt
docti fuerint fulgebūt q̄si splendor firmamenti
⁊ qui ad iustitiam erudiunt multos: q̄si stelle in
perpetuas eternitates. Cur dꝛ Paulus apo/
stolus vas electionis. Nempe q̄ꝛ vas legis ⁊
scripturaꝝ sanctarū erat armarium. Pharisei
stupent i dn̄i doctrina. ⁊ mirantur in petro ⁊ io
anne quō legem sciant: cū litteras non didice/
rint. Quicquid. n. alijs exercitatio ⁊ quotidia/
na i lege meditatio tribuere solet: illis hoc sp̄us
scūs suggerebat. Et erant iuxta qđ scriptum est
docibiles deo. Duodecim annos saluator im
pleuerat. ⁊ in templo sedens de q̄stionibus le/
gis interrogās: magis docet dū prudēter iter/
rogat. Nisi forte rusticū petrū. rusticū ioānem
dicimus. q̄ꝝ vterqꝫ dicere poterat. ⁊ si iperitꝰ ser
mone. nō tn̄ scia. Ioānes rusticus. piscator in
doctus. Et vnde illa vox obsecro. In princi/
pio erat verbū. ⁊ verbū erat apud deū. ⁊ deus
erat verbum. Logos grece. multa significat.
Nā ⁊ v̄bū ē. ⁊ ratio ⁊ supputatio: ⁊ cā vnius/
cuiusqꝫ rei. per quā sunt singula que subsistūt:
q̄ vniuersa recte intelligimus in xp̄o. V

Oc doctus plato nesciuit hoc: demo/
sthenes eloquēs ignorauit. Perdam
inquit sapiam sapientiū. ⁊ prudentiam
prudentiū reprobabo. Vera sapia perdet fal/
sam sapiam. ⁊ q̄ꝫq̄ꝫ stulticia predicatiōis in cru
ce sit. tamen paulus sapientiā loquiṫ in[illegible]fe/
ctos. Sapientiā aūt nō seculi istius que d[illegible]tru/
tur: nec principiū huius seculi: sed loquitur dei
sapiam in mysterio absconditam: quā pr[illegible]desti
nauit deus ante secula. Dei sapia xp̄s est. Xp̄s
eniꝫ dei virtus ⁊ dei sapientia. Hec sapientia in
mysterio abscondita est: de q̄ ⁊ noni p[illegible]
lus p̄notatur. ꝓ occultis filij: i quo [illegible]s the
sauri sapientie ⁊ scientie dei abscon[illegible]t q̱ in
mysterio abscōditus erat p̄destinat[illegible]te se/
cula: p̄destinatus aūt ⁊ p̄figuratꝰ in lege ⁊ pro
phetis. Vn̄ ⁊ ꝓphe appellabāṫ vidētes. q̱a vi
debāt euꝫ quē ceteri nō videbāt. Abraham vi
dit viā eiꝰ. ⁊ letatꝰ est. Aperiebanṫ celi ezechie
li: q̱ pplo peccatori clausi erant. Reuela inquit
dauid oculos meos: ⁊ considerabo mirabilia
de lege tua. Lex. n. sp̄ualis est: reuelatione opꝰ
est vt intelligatur. ac reuelata facie dei gloriam
contemplemur. Liber in apocalypsi septem si/
gillis signatus ostenditur: queꝫ si dederis hō
scienti litteras vt legat. rn̄debit tibi: Nō possū
Signatus est eni. Quāti hodie putant se nosse
litteras: tenēt signatū librum: nec apire p̄nt: ni
si ille reserauerit qui habꝫ claueꝫ dauid. qui ap
it ⁊ nemo claudit: claudit ⁊ nemo apit. In acti
bus aploꝝ: sanctus eunuchus imo sanctus vir
sic eni euꝫ scā scriptura cognominat. cum lege/
ret isaiaꝫ ꝓphetā: interrogatus a philippo. pu
tas ne intelligis q̄ legis: rn̄dit. Quomō possuꝫ
nisi aliquis me docuerit. Ego vt de me loquar
interim nec sanctior sum hoc eunucho: nec stu
diosior: q̱ de ethiopia idest de extremis finibus
mundi venit ad templum. reliquit aulam regi
am. ⁊ tantus amator legis fuit diuine atqꝫ scie
vt etiaꝫ in vehiculo litteras legeret sacras. Et
tamē cū librū teneret. ⁊ verba dn̄i in cogitatōe
conciperet lingua volueret. labijs personaret
ignorabat eum quē in libro nesciēs venerabaṫ
Venit philippus: ostēdit ei ihesum qui clausus
latebat in lr̄a. O mira doctoris virtus. Eadeꝫ
hora credidit eunuchus: baptizatur. fidelis ⁊
scūs mḡr efficiṫ de discipulo. plꝰ in deserto fōte
ecclesie q̄ꝫ in aurato synagoge tēplo repit.

Ec a me pstricta sūt breuiter: VI
neqꝫ eni epistolaris angustia euagari
longius patiebaṫ: vt intelligeres te in

scripturis sacris sine preuio ⁊ mõstrãte semitã
nõ posse igredi. Taceo de grãmaticis rhetori/
cis. phis. geometris. dialecticis. musicis. astro
nomicis. astrologis. medicis. quoꝝ scia mor/
talibus satis vel vtilissima est. ⁊ in tres partes
scindit. in doctrinã. rationẽ. ⁊ vsum. Ad mi/
nores artes veniã. ⁊ que nõ tã lingua q̃3 manu
administrant. Agricole. cementarij. fabri me
talloꝝ. lignorũq3 cesores. lanarij q̃3 ⁊ fullones
⁊ ceteri q variã ⁊ supellectilẽ ⁊ vigilia opuscu/
la fabricant: absq3 doctore esse nõ pñt. qđ cupi/
unt. Qđ medicoꝝ ẽ, pmittũt medici tractant fa
brilia fabri. Sola scripturaꝝ ars est: quam sibi
passim oẽs vẽdicãt. Scribim⁹ indocti: doctiq3
poemata passim. Hãc garrula anus. hãc deli/
rus senex. hãc sophista verbosus hãc vniuersi
presumunt. lacerant. docent añq3 discant. Alij
abducto supcilio grandia ỽba trutinantes. int
mulierculas de sacris litteris philosophãt. Alij
discunt proh pudor a feminis qđ viros doceãt
⁊ ne parũ hoc sit. quadã facilitate verborũ. imo
audacia edisserũt alijs. qđ ipsi non intelligunt.
Taceo de meis silibus. q si forte ad scripturas
sanctas post seculares lrãs venerint ⁊ sermõe
composito aures ppl'i mulserint: qcqd dixerint
hoc legem dei putãt. Nec scire dignant qd p/
phete. qd apl'i senserint: sed ad sensũ suũ incon
grua aptãt testimonia. q̃si grande sit ⁊ nõ vitio
sissimũ dicẽdi gen⁹. deprauare snias. ⁊ ad vo/
lũtatẽ suam sacrã scripturã trahere repugnãtẽ.
Quasi nõ legerim⁹ homerocẽtonas ⁊ virgilio
centonas: ac nõ sic ẽt ⁊ maronẽ sine xp̃o possi/
mus dicere xp̃ianum. q2 scripserit. Jam redit
⁊ virgo redeũt saturnia regna. Jam noua pro
genies: celo demittit alto. Et patrẽ loquentem
ad filiũ. Nate mee vires: mea magna potentia
solus. Et post verba saluatoris in cruce. Talia
perstabat memorãs: fixusq3 manebat. Pueri
lia sunt hec. ⁊ circulatorũ ludo silia. docere qđ
ignores: imo vt cũ stomacho loquar: nec hoc q
dem scire quod nescias. VII

Jdelicet manifestissima est genesis i q
de creatura mũdi: de exordio generis
humani: de diuisione terre: de cõfusio
ne linguaꝝ: de descensiõe vsq3 ad egyptũ scri/
bitur hebreoꝝ. Patet exodus cũ decẽ plagis:
cũ decalogo: cũ mysticis diuinisq3 pceptis. Jn
promptu ẽ leuiticus liber: in quo singula sacri
ficia. imo singule pene syllabe ⁊ vestes aaron
⁊ tot⁹ ordo leuitic⁹ spirãt celestia sacra. Numeri
ỽo nõne toti⁹ arithmetice ⁊ pphetie balaam ⁊
quadragintaduarũ p heremũ mãsionũ myste/
ria cõtinẽt. Deutronomiũ ỽo secũda lex ⁊ euã
gelice legis pfiguratio: nõne sic ea habet q̃ po/
ra sunt: vt tñ noua sint oia de veterib⁹. Huc/
usq3 moyses: hucusq3 pentateuch⁹. quibus qn
q3 verbis loqui se velle apl'us in ecclesia glo
tur. Job exemplar patiẽtie: q̃ nõ mysteria suo
sermone cõplectit. Prosa incipit. versu labit.
pedestri sermone finit. omnesq3 leges dialecti
ce. ppositione. assũptione. ɔfirmatiõe. conclu/
sione determinat. Singula in eo verba plena
sunt sensib⁹. ⁊ vt de ceteris sileã. resurrectionẽ
corporũ sic pphetat. vt null⁹ de ea manifestius
vel cauti⁹ scripserit. Scio inqt q redẽptor me⁹
viuit. ⁊ i nouissimo die de terra resurrectur⁹ sũ
⁊ rursũ circũdabo pelle mea. ⁊ in carne mea vi
debo deũ: quẽ visurus sũ egoipse ⁊ oculi mei ɔ
specturi sũt ⁊ nõ ali⁹. Reposita ẽ hec spes mea
i sinu meo. Veniã ad iesũ naue: q typũ dñi nõ
solũ i gestis: verũ ẽt i noie pfert. Transit iorda
nem. hostiũ regna subuertit. diuidit terram vi
ctori pplo. ⁊ p singulas vrbes. viculos mon/
tes. flumina. torrentes atq3 confinia eccl'e cele/
stisq3 irl'm spũalia regna descripsit. Jn iudicuꝫ
libro quot principes ppl'i. tot figure sũt. Ruth
moabitis isaie explet vaticiniũ dicentis: emitte
agnũ dñe dñatorẽ terre: de petra deserti ad mõ
tẽ filie syon. Samuel in heli mortuo ⁊ i occisio/
ne saul veterẽ legẽ abolitã mõstrat porro in sa/
doc atq3 dauid noui sacerdotij: nouiq3 impe/
rij. sacramenta testatur. Malachim. i. terti⁹ et
quart⁹ regũ liber. a salomone vsq3 ad ieconiaꝫ
⁊ a ieroboam filio nabath vsq3 ad osee qui
ductus est in assyrios regnum iuda ⁊ regnũ de
scribit isrl'. Si historiã respicias ỽba simplicia
sunt: si in litteris sensũ latentẽ inspexeris eccle
sie paucitas ⁊ hereticoꝝ ɔ ecclesiam bel'a nar/
rant. Duodecim pphe in vni⁹ voluminis an/
gustias coartati. multo aliud q̃3 sonãt i lrã pre
figurant. Osee crebro noiat effraim. samariaꝫ
ioseph. iezrabel. ⁊ vxorem fornicariam. ⁊ forni
cationis filios. ⁊ adulterã cubiculo clausã mari
ti. multo tempore sedere viduam. ⁊ sub veste lu
gubri mariti: ad se reditum prestolari. Johel fi
lius fatuel describit terram duodecim tribuum
eruca: bruco. locusta. rubigine vastante cõsum
ptam. ⁊ post euersionẽ prioris ppl'i effusum iri
spm̃ sanctũ sup seruos dei ⁊ ancillas. i. super cẽ
tũ viginti credentium noia. ⁊ effusũ iri in cena
culo syon. Qui centuꝫ viginti ab vno vsq3 ad
quindecim paulatim ⁊ per incrementa surgen
tes quindecim graduum numerum efficiunt.
qui in psalterio mystice cõtinentur. Amos pa/

stor ⁊ rusticus ⁊ ruborū mora distringens pau
cis verbis explicari non pōt. Quis eni digne
exprimat tria ⁊ quattuor scelera damasci gaze
tyri ⁊ idumee ⁊ filioꝝ āmon ⁊ moab. ⁊ in septi
mo ⁊ octauo gradu iude ⁊ isrl'. Hic loquit̄ ad
vaccas pingues que sunt i samarie mōte. ⁊ rui
turam domū maiorē minorēq₃ testat̄. Ipe cer
nit victorē locuste. ⁊ stantē dn̄m sup murū litū
vel adamantinū. ⁊ vncinū pomorū attrahentē
supplicia peccatoribus. ⁊ famē in terra: non fa
mē panis: nec sitim aque: sed audiēdi vbū dei
Abdias q iterp̄tat̄ seruus dn̄i pertonat contra
edom. ⁊ sanguineū terrenūq₃ frēm. fris q̊₃ ia/
cob semp emuluȝ hasta ꝑcutit spiritali. Jonas
pulcherrima colūba naufragio suo passionem
dn̄i p̄figurās: mundū ad pniam reuocat. ⁊ sub
noīe niniue gentibꝰ saluteȝ nunciat. Micheas
de morasthi. coheres xp̄i: vastationē annūciat
filie latronis. ⁊ obsidionē ponit contra eam: qr
maxillam percusserit iudicis isrl'. Naū consola
tor orbis increpat ciuitatē sanguinū. ⁊ pꝰ euer/
sionē illius loquitur: ecce super montes pedes
euangelizantis ⁊ ānunciantis pacē. Abachuc
luctator fortis ⁊ rigidus stat super custodiā suā
⁊ figit gradū super munitionē vt xp̄m in cruce
contemplet̄. ⁊ dicat: opuit celos gl'a eius. ⁊ lau
dis eiꝰ plena ē terra: splēdor eiꝰ vt lux erit: cor/
nua in manibꝰ eiꝰ. ibi abscōdita ē fortitudo eiꝰ.
Sophonias speculator ⁊ archanoꝝ dei cogni/
tor. audit clamorē a porta pisciū ⁊ eiulatū a se /
cūda. ⁊ contritionē a collibus. Indicit q̊₃ vlu/
latū habitatoribus pile: qr cōticuit oīs ppl's cha
naan: dispersi sunt vniuersi qui inuoluti erant
argento. Aggeus festiuꝰ ⁊ letꝰ q seminauit in
lachrymis vt i gaudio meteret. destructū tēplū
edificat: deūq₃ p̄rem inducit loquētem: adhuc
vnū modicūq₃. ⁊ ego ꝯmouebo celū ⁊ terraȝ ⁊
mare ⁊ aridā. ⁊ mouebo oēs gētes ⁊ veniet de
sideratꝰ cunctis gētibꝰ. Zacharias memor dn̄i
sui multiplex in ꝓphetia. iesum vestibus sordi/
dis indutū. ⁊ lapidē oculoꝝ septē candelabrū/
q₃ aureū cū totideȝ lucernis quot oculis. duas
q̊₃ oliuas a sinistris lampadis cernit. ⁊ a dextris
vt post equos rufos nigros varios ⁊ albos. ⁊
dissipatas quadrigas ex effraim ⁊ equū de irl'ȝ
pauperē regē vaticinet̄. ⁊ predicet sedentē sup
pullū filiū asine subiugalis. Malachias aper/
te ⁊ in fine oīum prophetarū de abiectione isrl'
⁊ vocatiōe gentium. non est mihi. ait volūtas i
vobis dicit dn̄s exercituū. ⁊ munus non susci/
piā de manu vestra. Ab ortu .n. solis vsq₃ ad
occasum magnū est nomen meum in gentibus
⁊ in oī loco sacrificatur ⁊ offert̄ nomini meo ob
latio mūda. Isaiā. hieremiā. ezechiel. ⁊ daniel.
qs potest vel intelligere vel exponere. Quorū
primus nō ꝓphetiā videt̄ mihi texere: sed euā
geliū. Secūdus virgā nuceam ⁊ ollā succensaȝ
a facie aquilonis. ⁊ pardū spoliatū suis colori/
bus. ⁊ q̄druplex diuersis metris nectit alpha/
betū. Tertiꝰ principia ⁊ finē tantis hȝ obscuri/
tatibꝰ inuoluta: vt apud hebreos ipse ꝑtes cuȝ
exordio geneseos an̄ annos triginta nō legant̄
Quartꝰ vo qui ⁊ extremus inter quattuor pro
phetas. tēpoꝝ cōscius. ⁊ totius mūdi philohi/
storicus lapidē p̄cisum de monte sine manibus
⁊ regna oīa subuertentē. claro sermone pronū
ciat. Dauid simonides nr̄. pindarus ⁊ alcheus
flaccus q̊₃ catulus atq₃ serenꝰ xp̄m lira ꝑsonat
⁊ in decachordo psalterio ab inferis excitat re/
surgentē. Salomō pacificus ⁊ amabilis dn̄i.
mores corrigit. naturā docet. ecclesiaȝ iungit ⁊
xp̄m: sanctarūq₃ nuptiaꝝ dulce canit epithala
miū. Hester in ecclesie typo ppl'm liberat d' pi
culo. ⁊ interfecto aman q interpretatur iniqtas
partes cōuiuij ⁊ diem celebrem mittit in poste
ros. Paralypomenon liber. i. instrī veteris
epitomē. tantꝰ ac talis est. vt absq₃ illo si quis
sciam scripturarū sibi voluerit arrogare. seip̄ȝ
irrideat. Per singula qppe noia iuncturasq₃
verboꝝ. ⁊ pretermisse in regū libris tangunt̄
historie. ⁊ inumerabiles explicantur euangelij
q̄stiōes. Esdras ⁊ neemias: adiutor videlȝ ⁊ ꝯ
solator a dn̄o. i vno volumine artant̄: instau/
rāt tēplū. muros extruunt ciuitatis. Omnisq₃
illa turba ppl'i redeuntis in patriā. ⁊ descriptō
sacerdotū. leuitaꝝ. israhelis. proselitoꝝ. ac per
singulas familias muroꝝ ac turiū opa diuisa.
aliud i cortice preferunt. aliud i medulla retinēt
Cernis me scripturaꝝ amore raptuȝ excessisse
modū ep'le. ⁊ tn̄ nō implesse qd' volui. Audiui/
mus tn̄ qd nosse qd cupere debeamꝰ vt ⁊ nos
q̊₃ possumꝰ dicere: cōcupiuit aīa mea desidera/
re iustificatiōes tuas i oī tp̄e. Ceteꝝ illud socra
ticū iplet̄ in nobis. Hoc tm̄ scio q̄ nescio. Tā
gā ⁊ nouū breuit̄ testamentū. Matthēꝰ. Mar
cus. Lucas. ⁊ Joānes. q̄driga dn̄i. ⁊ veꝝ che
rub. qd' interpretat̄ scie plenitudo ꝑ totū corpꝰ
oculati sunt: scintille emicāt. discurrūt fulgura.
pedes hn̄t rectos. ⁊ i sublime tēdētes: terga pē
nata ⁊ vbi q₃ volātia tenēt se mutuo sibiq₃ per
plexi sunt. ⁊ q̄si rota in rotā voluūt̄. ⁊ pergunt
quocūq₃ eos flatus spūs sci ꝑduxerit. Paulꝰ
apl'us ad septē scribit ecclesias. octaua. n. ad he
breos. a plerisq₃ extra numeꝝ pōit̄. Timothe

nm instruit ac titū. et philemonē pro fugitiuo famulo deprecat: sup q̄ meli⁹ tacere puto: q̄ʒ pauca scribere. Act⁹ aplo͛ nudā qdē vident sonare historiā. et nascētis eccl'e ifantiā texere: sed si nouerim⁹ scriptorē eo͛ lucā eē medicū: cui⁹ la⁹ est i euāgelio: aiaduertim⁹ pari' oia vba illius aie languētis eē medicinā. Jacob⁹. petr⁹. ioānes. iudas. septē eplas ediderunt tā mysticas q̄ʒ succinctas. et breues pari' ac lōgas: breues i vbis. lōgas in sentētijs: vt rarus sit q nō in ea͛ cecutiat lectiōe. Apocalypsis ioānis tot hʒ sacra: q̄t vba. Parū dixi. et p merito volumi/nis la⁹ ois iferior ē. In vbis singulis. multi/plices latēt itelligētie. O ro te frat carissime int hec viuere. ista meditari. nihil aliud nosse: ni/hilq̄ʒ aliud q̄rere. nōne videt tibi iam hic i ter/ris regni celestis habitaculū. Nolo vt offendaris in scripturis sanctis simplicitate et q̄si vilitate vbo͛: q̄ vel vitio intpretū vel d̄ idustria sic plate sūt. vt rusticā ɔtionē facili⁹ istruerēt. et i vna eadēq̄ʒ snia alii doct⁹. alii sentiret idoct⁹. Nō sū tā petulās et hebes. vt hec me nosse pollicear: et eo͛ fruct⁹ capere in tra. q͛ radices in celo fixe sūt: sed velle fateor. sedenti me p̄fero. magistrū: renuēs comitē spōdeo. Petēti dat: pulsanti apit: q̄rens iuenit. Discam⁹ i tris q͛ scia nobis pseueret i celo. O bui⁹te manib⁹ ex/cipiā: et vt iepte aliqd ac de hermagore tumiditate effūdā. qcqd q̄sieris tecum scire conabor.

VIII

Habes hic amantissimū tui frēm eusebiū q litteras tuas mihi gratiā duplicauit: referens honestatē mo͛rū tēpo͛ ɔtemptū seculi. fidē amicitie. amorē xpi. Nā prudentiā et eloquij venustatē: ēt absq̄ʒ illo: ipsa epl'a p̄ferebat. Festina q̄so te. et herēti in salo nauicule funē magis p̄cide q̄ʒ solue. Nemo renūciatur⁹ seculo bn̄ pōt vendere. que ɔtēpsit vt venderet. Quicqd i sūpt⁹ de tuo tuleris: pro lucro cōputa. Antiquū dictū ē. Auaro deest tā qd̄ hēt q̄ʒ qd̄ nō hēt. Credenti totus mundus diuitia͛ est. Infidelis aūt ēt obolo i diget. Sic viuamus q̄si nil hn̄tes. et oia possidētes. Victus atq̄ʒ vestit⁹ diuitie xpiano͛ sunt. Si hēs in ptāte rē tuā. vēde: si non hēs, pijce. Tollenti tunicā. et palliū relinquēdū ē. Scilicʒ nisi tu semp recrastinās et diem de die trahens caute et pedetentim tuas possessiunculas vēdideris non hʒ christus vnde alat pauperes suos. Totū deo dedit: q se obtulit. Apl'i tm̄ nauē et re tia reliquerūt. Vidua duo era misit i gazophilatiū. et p̄fert cresi diuitijs. Facile ɔtēnit oia: q se semp cogitat esse moriturum.

Explicit epl'a sancti Hieronymi presbyteri ad Paulinū presbyterum. Incipit p̄fatio sci Hieronymi in pētateuchum.

Desiderij mei desideratas accepi eplas. q q̄dā p̄sagio futuro͛: cuʒ daniele sortitus ē nomē obsecrantis vt translatū in latinā linguam de hebreo sermone pentateuchuʒ nr̄o͛ auribus traderē. Periculosū opus certe et obtrectato͛ meo͛ latratibus patēs. q me asserunt in septuaginta interpretū suggillationē noua p veteribus cudere. et ita ingeniū q̄si vinū pbantes: cū ego sepissime testatus sim me p virili portiōe in tabernaculo dei offerre q̄ possim: nec opes alterius alio͛ paupertate fedari. Qd̄ vt auderē origenis me studiū puocauit q editioni antiq̄ trāslationē theodotionis miscuit asterico et obelo. i. stella et verū oē opus distinguēs: dū aut illucescere facit q̄ min⁹ añ fuerant aut supflua queq̄ʒ iugulat et cōfodit. et maxime que euangelista͛ et aplo͛ auctoritas pmulgauit. In qbus multa de veti testō legim⁹ q̄ i nostris codicibus nō habent: vt est illud ex egypto vocaui filiū meū. et qm̄ nazareus vocabitur et videbūt in quē cōpūxerunt. et flumia de ventre eius fluent aque viue. et q̄ nec oculus vidit nec auris audiuit nec i cor hois ascendit. que p̄parauit deus diligentibus se. et multa alia q̄ pprium syntagma desiderāt. Interrogemus ergo eos vbi hec scripta sūt. et cū dicere nō potuerint de libris hebraicis, pferamus. Primū testimonium est i osee. Secūdū i isaia. Tertiū i zacharia Quartū i puerbijs. Quintū eq̄ i esaia qd̄ multi ignorātes. apocrypho͛ deliramēta sectāt. et hyberas nenias libris autēticis p̄ferūt. Cās erroris nō est meū exponere. Judei prudenti factum dicunt esse consilio. ne ptolemeus vnius dei cultor ēt apud hebreos duplicem diuinitatē deprehenderet. Qd̄ maxime iccirco faciebant: q2 in platonis dogma cadere videbatur. Deniq̄ʒ vbicūq̄ʒ sacratū aliquid scriptura testatur de patre et filio et spiritu sancto. aut aliter interpretati sunt: aut oio tacuerunt: vt et regi satisfacerēt et archanū fidei nō vulgarent. Et nescio qs p̄mus auctor septuagita cellulas alexādrie mēdacio suo extruxerit: quibus diuisi eadē scriptitarint. cū aristeus eiusdem ptolemei hyperaspistes. et nō multo post tpe iosephus nihil tale retulerint: sed in vna basilica ɔgregatos contulisse scribāt. nō pphetasse. Aliud est enī eē vatem: aliud ē eē interp̄tē. Ibi sp̄us vētura p̄dicit: hic eruditio et verbo͛ copia ea que intelli/

git transfert. Nisi forte putandus est tulli⁹ yco
nomicū xenofontis ⁊ platonis pythagoram. ⁊
demosthenis pro ethesifonte: afflatus rhetori/
co spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem li/
bris per septuaginta interpretes. aliter per apo
stolos spiritus sanctus testimonia texuit. vt qđ
illi tacuerunt. hi scriptū esse mentiti sūt. Quid
igitur. Damnamus veteres. Minime: ꝫ post
priorū studia in domo dñi qđ possumus labo/
ramus. Illi interpretati sunt ante aduentū xp̄i
⁊ qđ nesciebant: dubijs ꝓtulere sententijs. nos
post passionē ⁊ resurrectionem eius nō tam ꝓ
phetiā qȝ historiā scribimus. Aliter enim audi
ta: aliter visa narrantur. Quod melius intel/
ligimus: melius ⁊ proferimus. Audi igit̄ emu
le: obtrectator ausculta. Non damno: non re/
prehendo septuaginta: sed confidenter cūctis
illis apostolos prefero. Per istorum os mihi
xp̄s sonat quos ante ꝓphetas inter spiritalia
charismata positos lego: in quib⁹ vltimū pene
gradū interpretes tenēt. Quid liuore torque/
ris. Quid imperitoꝝ animos cōtra me conci/
tas. Sicubi in trāslatione tibi videor errare in
terroga hebreos: diuersarū vrbiū magistros cō
sule. Quod illi habēt de xp̄o: tui codices nō ha
bent. Aliud est si ꝯtra se postea ab ap̄lis vsur/
pata testimonia ꝓbauerūt. ⁊ emēdatiora sūt ex
emplaria latia qȝ greca: greca qȝ hebraica. Ve
rū hec ꝯtra inuidos. Nūc te depcor desideri ca
rissime: vt qr me tantuȝ opus subire fecisti. ⁊ a
genesi exordiū cape: orōnib⁹ iuues: quo possiȝ
eodē spū quo scripti sūt libri: in latinū eos trās
ferre sermonē. Explicit pfatio.

¶ Incipit liber genesis qui dicit̄ hebraice
bresith. Capl'm I

In principio
creauit deus celū ⁊ terrā.
Terra aūt erat inanis ⁊
vacua: ⁊ tenebre erāt su
per facieȝ abyssi. ⁊ spūs
domini ferebat̄ sup aq̄s
Dixitqȝ de⁹. Fiat lux.
Et facta ē lux. Et vidit
de⁹ lucē q̄ esset bona. ⁊
diuisit lucem a tenebris
appellauitqȝ lucē diē. ⁊
tenebras noctē. Factūqȝ
est vespere ⁊ mane dies
vn⁹. Dixit quoqȝ deus
Fiat firmamētum i me
dio aquarū ⁊ diuidat aquas ab aquis. Et fecit
de⁹ firmamentū: diuisitqȝ aquas que erant sub
firmamēto ab his que erāt super firmamentū.
Et factum est ita. Vocauitqȝ deus firmamen/
tum celum. ⁊ factuȝ est vespere ⁊ mane dies se
cundus. Dixit vero deus. Congregent̄ aque
que sub celo sunt in locum vnū. ⁊ appareat ari
da. Et factum est ita. Et vocauit deus aridam
terram: congregationesqȝ aquaruȝ appellauit
maria. ⁊ vidit deus q̄ esset bonum. ⁊ ait. Ger
minet terra herbam virentem ⁊ facientē semē
⁊ lignum pomiferum faciēs fructum iuxta ge
nus suum: cuius semen in semetipso sit sup ter
ram. Et factum est ita. Et ꝓtulit terra herbam
virentem ⁊ afferentem semen iuxta genus suū
lignūqȝ faciens fructum. ⁊ habens vnūquod/
qȝ sementem ꝺm speciem suam. Et vidit deus
q̄ esset bonum. ⁊ factum est vespere ⁊ mane di
es tertius. Dixit autem deus. Fiāt luminaria
in firmamento celi. ⁊ diuidāt diem ac noctem.
⁊ sint in signa ⁊ tempora ⁊ dies ⁊ annos vt lu
ceant in firmamento celi. ⁊ illuminent terram.
Et factū ē ita. Fecitqȝ deus luminaria duo ma
gna. luminare maius vt preesset diei: ⁊ lumi/
nare min⁹ vt preesset nocti. ⁊ stellas. Et posu
it eas in firmamento celi vt lucerent super ter/
ram. ⁊ preessent diei ac nocti. ⁊ diuiderent lucē
ac tenebras. Et vidit deus q̄ esset bonum: ⁊ fa
ctum est vespere et mane dies quartus. Dixit
etiam deus. Producant aque reptile aie viuē
tis et volatile super terrā: sub firmamento celi
Creauitqȝ deus cete grandia. et omnem aiam
viuentē atqȝ motabilē quā ꝓduxerāt aq̄ i spēs
suas et oē volatile ꝺm gen⁹ suū. Et vidit deus
q̄ esset bonū. benedixitqȝ eis dicēs. Crescite et
multiplicamini. et replete aquas maris: auesqȝ
multiplicent̄ sup terrā. Et factū ē vespe et ma/
ne dies quint⁹. Dixit qȝ de⁹. Producat terra
aiaȝ viuētē in genere suo: iumēta et reptilia et
bestias terre ꝺm spēs suas. Factūqȝ est ita. Et
fecit de⁹ bestias terre iuxta spēs suas: iumēta ⁊
oē reptile terre i genere suo. Et vidit de⁹ q̄ eēt
bonū et ait. Faciam⁹ hoieȝ ad imaginē et silitu
dinē nr̄aȝ. et psit piscib⁹ mar' et volatilib⁹ celi
et bestijs vniuersqȝ terre: oiqȝ reptili qđ mo/
uet̄ i terra. Et creauit de⁹ hoieȝ ad imaginē et
silitudinē suā: ad imaginē dei creauit illū: mas
culū et feminā creauit eos. Benedixitqȝ ill' de
us et ait. Crescite et multiplicamini et replete
terrā et subijcite eam. et dn̄amini piscibus ma
ris et volatilibus celi et vniuersis aiantibus q̄
mouent̄ sup terrā. Dixitqȝ de⁹. Ecce dedi vo

bis oēꝫ herbā afferentē semē sup terrā. et vni
uersa ligna q̄ hn̄t i semetipis semētē gener' sui
vt sint vobis i escā ꝛ cūct' aīantibꝰ terre: oīqꝫ
volucri celi et vniuersis q̄ mouent' i terra et in
qbꝰ ē aīa viuēs: vt habeāt ad vescēdum. Et fa
ctū ē ita. Viditqꝫ deꝰ cūcta q̄ fecerat et erāt val
de bona. Et factū ē vespe et mane dies sextus.

IGit' pfecti sūt celi et terra et oīs II
ornatꝰ eoꝝ. Cōpleuitqꝫ deus die septi
mo opus suum qđ fecerat. et requieuit
die septimo ab vniuerso opere qđ patrarat. Et
benedixit diei septimo et sctificauit illū: q2 i ipso
cessauerat ab oī ope suo qđ creauit deꝰ vt face/
ret. Iste sūt generatiōes celi et terre: qn̄ create
sūt i die quo fecit deꝰ celū et terrā et oē virgultū
agri anteqꝫ orire' i terra. oēmqꝫ herbā regio/
nis pusqꝫ germinaret. Non eni pluerat dn̄s
deꝰ sup terrā. et hō nō erat qui operaret' terrā.
Sꝫ fons ascēdebat e terra irrigās vniuersam
supficiē terre. Formauit igit' dn̄s deꝰ hoīeꝫ de
limo terre. et inspirauit in faciē eiꝰ spiraculum
vite. ꝛ factꝰ ē hō in aīaꝫ viuentē. Plantauerat
aūt dn̄s deꝰ paradisū voluptatis a pncipio: in
quo posuit hominē queꝫ formauerat. Produ
xitqꝫ dn̄s deus de humo omne lignū pulchrū
visu ꝛ ad vescendū suaue: lignū etiā vite in me
dio paradisi. lignūqꝫ scie boni ꝛ mali. Et flu/
uius egrediebat' de loco voluptat' ad irrigan
dū paradisum q inde diuidit' in quattuor capi/
ta. Nomen vni phison. Ipse ē qui circuit oēꝫ
terrā euilath. vbi nascit' aurū. ꝛ aurū terre illiꝰ
optimū ē. Ibiqꝫ inuenit' bdelliū. ꝛ lapis ony/
chinꝰ. Et nomē fluuij secūdi gyon. Ipse est q
circuit oēm terrā ethiopie. Nomē vo fluminis
tertij tigris. Ipse vadit ꝯ assyrios. Fluuiꝰ āt
quartꝰ ipse ē eufrates. Tulit ḡ dn̄s deꝰ hoīem.
ꝛ posuit eū in paradisū voluptat' vt operaret' et
custodiret illū: pcepitqꝫ ei dicens. Ex oī ligno
paradisi comede: de ligno aūt scie boni ꝛ mali
ne comedas. In quacūqꝫ eni die comeder' ex
eo morte morieris. Dixit qꝫ dn̄s deꝰ. Non est
bonū hoiem esse solū: faciamꝰ ei adiutoriū simi
le sibi. Formatis igit' dn̄s deus de humo cun/
ctis aīantibꝰ terre ꝛ vniuersis volatilibus celi
adduxit ea ad adaꝫ: vt videret quid vocaret ea
Omne enim qđ vocauit adā aīe viuētis: ipm
ē nomē eius. Appellauitqꝫ adā noībꝰ suis cū/
cta aīantia. ꝛ vniuersa volatilia celi. ꝛ oēs be/
stias terre. Ade vero nō inueniebat' adiutor si/
milis eiꝰ. Immisitqꝫ dn̄s deꝰ soporē in adam.
Cūqꝫ obdormuisset. tulit vnā de costis eiꝰ ꝛ re
pleuit carnē ꝓ ea. Et edificauit dn̄s deus costā
quaꝫ tulerat de adaꝫ in mulierē. ꝛ adduxit eaꝫ
ad adam. Dixitqꝫ adaꝫ. Hoc nunc os ex ossi
bus meis. ꝛ caro de carne mea. Hec vocabit'
virago. qm̄ de viro sumpta ē. Quāobrē relin
quet hō patrē suū ꝛ matreꝫ. ꝛ adherebit vxori
sue ꝛ erūt duo i carne vna. Erat aūt vterqꝫ nu
dus adā. s. ꝛ vxor eiꝰ. ꝛ nō erubescebāt. III

SEd ꝛ serpens erat callidior cūctis ani/
mantibꝰ terre q̄ fecerat dn̄s deꝰ. Qui
dixit ad mulierē. Cur precepit vobis
deus vt non comederetis ex oī ligno paradisi.
Cui rn̄dit mulier. De fructu lignorum q̄ sunt
in padiso vescimur: de fructu vero ligni qđ ē i
medio padisi pcepit nobis deus ne comedere
mus. ꝛ ne tāgeremus illđ. ne forte moriamur
Dixit aūt serpens ad mulierem. Nequaq̄ mor/
te moriemini. Scit enim deus qꝫ i quocūqꝫ die
comederit' ex eo: apient' oculi vestri. ꝛ eritis si
cut dij sciētes bonū ꝛ malū. Vidit igit' muli/
er qꝫ bonū eēt lignū ad vescendum. ꝛ pulchruꝫ
oculis aspectuqꝫ delectabile. ꝛ tulit de fructu il
lius ꝛ comedit. deditqꝫ viro suo. Qui come/
dit ꝛ apti sūt oculi amboꝝ. Cūqꝫ cognouisset
se esse nudos. cōsuerūt folia ficus. ꝛ fecerūt sibi
perizomata. Et cū audissent voceꝫ dn̄i dei de am
bulant' i padiso ad aurā post meridiē: abscō
dit se adaꝫ ꝛ vxor eius a facie dn̄i dei in medio
ligni paradisi. Vocauitqꝫ dn̄s deꝰ adā ꝛ dixit
ei. Vbi es. Qui ait. Vocē tuaꝫ dn̄e audiui in
paradiso. ꝛ timui eo qꝫ nudus essem. ꝛ abscon
di me. Cui dixit dn̄s. Quis. n. idicauit tibi qꝫ
nudus esses: nisi qꝫ ex ligno de quo pceperam
tibi ne comederes comedisti. Dixitqꝫ adam.
Mulier quā dedisti mihi sociam dedit mihi đ
ligno ꝛ comedi. Et dixit dn̄s deus ad mulie/
reꝫ. Quare hoc fecisti. Que rn̄dit. Serpēs đ
cepit me. ꝛ comedi. Et ait dn̄s ad serpentem.
Quia fecisti hoc. maledictus es inter oīa aīan/
tia ꝛ bestias terre. Sup pectꝰ tuū gradieris. ꝛ
terrā comedes cūctis diebꝰ vite tue. Inimiciti
as ponā int' te ꝛ mulierē. ꝛ semen tuuꝫ ꝛ semē
illius. Ipsa cōteret caput tuū. ꝛ tu insidiaberis
calcaneo eius. Mulieri quoqꝫ dixit. Multi/
plicabo erūnas tuas ꝛ cōceptus tuos. In dolo
re paries filios. ꝛ sb viri ptāte eris: ꝛ ipse do/
minabit' tui. Ade vero dixit. Qr audisti vocē
vxoris tue ꝛ comedisti de ligno ex quo pcepe/
rā tibi ne comederes: maledicta terra in opere
tuo. In laboribꝰ comedes ex ea cūctis diebꝰ vi
te tue. Spinas ꝛ tribulos germinabit tibi. ꝛ co
medes herbas terre. In sudore vultus tui ve
sceris pane tuo. donec reuertaris i trā de q̄ sū

pt⁹ es: qa puluis es. ꝛ ī puluerē reuerterꝭ. Et vocauit adā nomē vxoris sue eua. eo ꝙ mater eē cūctorū viuentiū. Fecit quoqꝫ dn̄s de⁹ ade ꝛ vxori ei⁹ tunicas pelliceas. ꝛ induit eos. Et ait. Ecce adā q̄si vnus ex nob factus ē sciēs bonū ꝛ malū. Nūc ergo ne forte mittat manū suā ꝛ sumat etiā de ligno vite. ꝛ comedat. ꝛ viuat in eternū. Emisit euꝫ dn̄s deus de padiso voluptatꝭ vt operaretur terrā de q̄ sumptus est. Eiecitqꝫ adā. ꝛ collocauit an̄ paradisū voluptatis cherubin ꝛ flāmeū gladiuꝫ atqꝫ versatilē ad custodiendam viā ligni vite. IIII

Adaꝫ vero cognouit vxorem suā euam q̄ ꝯcepit ꝛ reperit cayn dicēs. Possedi hoiem p deū. Rursūqꝫ peperit fratrē eius abel. Fuit aūt abel pastor ouiū. ꝛ cayn agricola. Factū est aūt post multos dies. vt offerret cayn de fructib⁹ tre munera dn̄o. Abel quoqꝫ obtulit de primogenitis gregis sui. ꝛ de adipib⁹ eoꝝ. Et respexit dn̄s ad abel ꝛ ad munera eius: ad cayn autē ꝛ ad munera illius nō respexit. Iratusqꝫ est cayn vehemēter. ꝛ concidit vultus ei⁹. Dixitqꝫ dn̄s ad euꝫ. Quare iratus es ꝛ cur concidit facies tua. Nōne si bene egeris recipies. Sin aūt male statim in forib⁹ pctm̄ tuuꝫ aderit. Sed sub te erit appetitus ei⁹ ꝛ tu dn̄aberis illius. Dixitqꝫ cayn ad abel fratrē suum. Egrediamur foras. Cūqꝫ essent in agro. consurrexit cayn aduersus fratrem suuꝫ abel. ꝛ interfecit eum. Et ait dominus ad cayn Vbi est abel frater tuus. Qui respondit. Nescio. Nūquid custos fratris mei sum ego. Dixitqꝫ ad euꝫ. Quid fecisti. Vox sāguis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super tram. q̄ aperuit os suū. ꝛ suscepit sanguinē fratris tui de manu tua. Cuꝫ operatus fueris eā: nō dabit tibi fruct⁹ suos. Vagus ꝛ ꝓfugus eris super trām oībus diebus vite tue. Dixitqꝫ cayn ad dn̄m. Maior est iniqtas mea q̄ꝫ vt veniaꝫ merear. Ecce eijcis me hodie a facie tre. ꝛ a facie tua abscondar. ꝛ ero vagus ꝛ ꝓfugus in tra. Ois igit q inuenerit me occidet me. Dixitqꝫ ei dn̄s. Neqq̄ꝫ ita fiet. sed ois q occiderit cayn septupluꝫ punietꝛ. Posuitqꝫ dn̄s i cayn signū. vt nō interficet eū ois q inuenisset eum. Egressusqꝫ cayn a facie dn̄i habitauit ꝓfugus in tra. ad orientalē plangā edē Cognouit aūt cayn vxorē suā q̄ ꝯcepit ꝛ peperit enoch. Et edificauit ciuitatē. vocauit nomē eius ex nomie filij sui enoch. Porro enoch genuit Irad. Et Irad genuit Mauiael: ꝛ Mauiael genuit Mathusael ꝛ Mathusael genuit lamech. Qui accepit duas vxoreſ. Nomē vni ada. ꝛ nomen alteri sella. Genuitqꝫ ada iabel qui fuit pater habitantium in tentorijs atqꝫ pastorum ꝛ nomen fratris eius tubal. Ipse fuit pater canentium cithara ꝛ organo. Sella quoqꝫ genuit tubalcayn qui fuit mellcator ꝛ faber: in cuncta opera eris ꝛ ferri. Soror vero tubalcayn. noemma. Dixitqꝫ lamech vxoribus suis ade ꝛ selle. Audite vocem meam vxores lamech: auscultate sermonem meum. Quoniaꝫ occidi virum in vulnus meum. ꝛ adolescentulum in liuorem meum. Septuplum vltio dabitur de cayn: de lamech vero septuagiessepties. Cognouit quoqꝫ adhuc adam vxorem suam ꝛ peperit filium: vocauitqꝫ nomen ei⁹ seth dicens. Posuit mihi deus semen aliud ꝓ abel quem occidit cayn. Sed ꝛ seth natus est filius: quem vocauit enos. Iste cepit inuocare nomē domini. V

Hic est liber generationis adam: in die qua creauit deus hominem. Ad similitudinem dei fecit illum: masculum et feminam creauit eos. ꝛ benedixit illis. ꝛ vocauit nomen eorum adam in die qua creati sūt. Vixit autem adam centuꝫ triginta annis. ꝛ genuit filium ad imaginem ꝛ similitudinem suaꝫ vocauitqꝫ nomen ei⁹ seth. Et facti sūt dies adā postq̄ꝫ genuit seth octingenti anni: genuitqꝫ filios ꝛ filias. Et factū est omne tempus qd̄ vixit adā āni nōgēti trigita. ꝛ mortu⁹ ē. Vixit q̄ꝫ seth cētū qnqꝫ ānis. ꝛ genuit enos. vixitqꝫ seth postq̄ꝫ genuit enos octigētꝭ septē ānis: genuitqꝫ filios ꝛ filiaſ. Et facti sūt omnes dies seth nongentorum duodecim annorum ꝛ mortuus est. Vixit vero enos nonaginta annis. ꝛ genuit caynan. Post cuius ortum vixit octingentis quindecim annis. ꝛ genuit filios ꝛ filias. Factiqꝫ sunt oēs dies enos nongentiquinqꝫ anni ꝛ mortuus est. Vixit quoqꝫ caynan septuaginta annis. ꝛ genuit malalehel. Et vixit caynan postq̄ꝫ genuit malalehel octingentis quadraginta annis: genuitqꝫ filios ꝛ filias. Et facti sunt omnes dies caynan nōgenti decē anni. ꝛ mortuus est. Vixit autem malalehel sexagintaquinqꝫ ānis. ꝛ genuit iared. Et vixit malalehel postq̄ꝫ genuit iared octingentis trigita ānis. ꝛ genuit filios ꝛ filias. Et facti sūt omnes dies malalehel octingenti nonagintaqnqꝫ anni. ꝛ mortuus est. Dixitqꝫ iared centum sexagintaduobus annis. ꝛ genuit enoch. Et vixit iared postq̄ꝫ genuit enoch octingentis annis. ꝛ genuit filios ꝛ filias. Et facti sunt omnes dies iared

nongēti sexagintaduo anni. ⁊ mortuꝰ ē. Por ro enoch vixit sexagintaquinqꝫ annis. ⁊ genuit mathusalem. Et ambulauit enoch cum deo. Et vixit enoch postqꝫ genuit mathusalem trecētis annis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Et facti sūt omnes dies enoch trecēti sexagintaquinqꝫ anni. ambulauitqꝫ cum deo ⁊ nō apparuit: quia tulit eum deus. Vixit quoqꝫ mathusalem centum octogintaseptem annis: ⁊ genuit lamech. Et vixit mathusalem postqꝫ genuit lamech septingentis octogintaduobus annis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Et facti sunt omnes dies mathusalem nongenti sexagintanouem anni. ⁊ mortuus est. Vixit autem lamech centum octogintaduobus annis. ⁊ genuit filiū: vocauitqꝫ nomen eius noe dicēs. Iste consolabitur nos ab operibus ⁊ laboribus manuū nostrarū in terra cui maledixit dn̄s. Vixitqꝫ lamech postqꝫ genuit noe quingentis nonagintaquinqꝫ annis. ⁊ genuit filios ⁊ filias. Et facti sūt omnes dies lamech septingenti septuagintaseptē āni. ⁊ mortuꝰ ē. Noe vero cū quingentoꝝ eēt āno rū genuit sem ⁊ cham ⁊ iaphet. VI

Cumqꝫ cepissent homines multiplicari super terram. ⁊ filias procreassent: videtes filij dei filias hominū qꝫ eēnt pulchre: acceperunt sibi vxores ex omnibꝰ quas elegerant. Dixitqꝫ deꝰ. Non permanebit spiritus meus in homine in eternū: quia caro est. Eruntqꝫ dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebꝰ illis. Postqꝫ enim ingressi sunt filij dei ad filias hominum: illeqꝫ genuerunt. isti sunt potentes a seculo. viri famosi. Videns autem deꝰ qꝫ multa malitia hominum esset in terra. ⁊ cuncta cogitatio cordis intenta esset ad maluꝫ omni tēpore. penituit eum qꝫ hominem fecisset in terra. Et precauens in futurum: ⁊ tactus dolore cordis intrinsecus: delebo inquit hominē quē creaui a facie terre: ab homine vsqꝫ ad animātia: a reptili vsqꝫ ad volucres celi. Penitet eni me fecisse eos. Noe vero inuenit gratiam corā domino. He sunt generationes noe. Noe vir iustus atqꝫ perfectus fuit in generationibꝰ suis: cum deo ambulauit. ⁊ genuit tres filios sem. cham. ⁊ iaphet. Corrupta est autem terra coram domino. ⁊ repleta est iniquitate. Cūqꝫ vidisset deus terram esse corruptaꝫ: omnis qp pe caro corruperat viam suam super terrā: dixit ad noe. Finis vniuerse carnis venit coram me. Repleta est terra iniquitate a facie eorum. ⁊ ego disperdam eos cuꝫ terra. Fac tibi archā de lignis leuigatis. Mansiunculas in archa facies. ⁊ bitumine linies intrinsecus ⁊ extrinsecus. ⁊ sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arche: quinquaginta cubitorum latitudo. ⁊ triginta cubitorum altitudo illius. Fenestram in archa facies. ⁊ in cubito ꝯsūmabis summitatem eius. Ostium autē arche pones in latere deorsum. Cenacula ⁊ tristega facies in ea. Ecce ego adducam aquas diluuij super terram vt interficiaꝫ omnem carnē in qua spiritus vite est subter celum. ⁊ vniuersa que ī terra sunt consumentur. Ponāqꝫ fedus meum tecū. ⁊ igredieris archam tu ⁊ filij tui vxor tua. ⁊ vxores filiorum tuorum tecum. ⁊ ex cunctis animantibus vniuerse carnis bina induces in archam: vt viuant tecum masculini sexꝰ ⁊ feminini. De volucribus iuxta genus suum ⁊ de iumentis in genere suo: ⁊ ex oī reptili terre. ſm genus suū bina de omnibus ingredientur tecū vt possint viuere. Tolles igit̄ tecuꝫ ex omnibus escis que mandi possūt. ⁊ cōportabis apud te. ⁊ erūt tā tibi qꝫ illis in escā. Fecit igit̄ noe oīa q̄ ꝑceperat illi deꝰ. VII

Dixitqꝫ dn̄s ad eū. Ingredere tu ⁊ oīs domꝰ tua in archā. Te eniꝫ vidi iustū corā me in generatōe hac. Ex omnibꝰ animantibus mundis tolles septena ⁊ septena masculū ⁊ feminā: de aīantibus vero imūdis duo. ⁊ duo masculū ⁊ feminā: sed ⁊ de volatilibus celi septena ⁊ septena. masculū ⁊ feminam vt saluet̄ semen super faciē vniuerse terre. Adhuc eni ⁊ post dies septē ego pluā sup terrā q̄draginta diebꝰ ⁊ quadraginta noctibꝰ. ⁊ delebo omnē substātiā quā feci ꝺ̄ supficie terre. Fecit ergo noe oīa q̄ mandauerat ei dn̄s. Eratqꝫ sexcētoꝝ annoꝝ: qn̄ diluuij aque inundauerūt sup terrā. Et ingressus est noe ⁊ filij eiꝰ. vxor eiꝰ ⁊ vxores filioꝝ eiꝰ cū eo ī archā: ꝓpt aquas diluuij. De aīantibus qꝫ mūdis ⁊ imundis. ⁊ de volucribus. ⁊ ex oī qꝺ̄ mouet̄ sup terrā duo ⁊ duo ingressa sunt ad noe in archaꝫ masculus ⁊ femina: sicut preceperat dn̄s noe. Cūqꝫ trāsissent septem dies: aque diluuij inundauerūt super terrā. Anno sexcētesimo vite noe mēse secūdo. septimodecimo die mēsis. rupti sūt omnes fontes abyssi magne. ⁊ cataracte celi aperte sunt. ⁊ facta est pluuia super terrā quadragita diebꝰ ⁊ quadraginta noctibꝰ. In articulo diei illius ingressus ē noe. ⁊ sem cham ⁊ iaphet filij eius. vxor illius ⁊ vxores filioꝝ eiꝰ cum eis in archam. ipi ⁊ oē aīal ſm genus suū. vniuersaqꝫ iumēta in genere suo. ⁊ oē qꝺ̄ mouet̄ sup

terrā in genere suo. cūctūqʒ volatile ſm genus suum. Uniuerse aues oēsqʒ volucres ingresse sunt ad noe in archam: bina ⁊ bina ex oi carne in qua erat spūs vite. Et que igressa sunt. masculus ⁊ femina ex oi carne itroierūt. sicut pceperat ei deus. ⁊ inclusit eū dñs de foris. Factū qʒ est diluuiū quadraginta diebꝰ ⁊ q̄dragita noctibꝰ sup terrā. ⁊ multiplicate sunt aq̄. ⁊ eleuauerūt archā in sublime a t̄ra. Vehemēter eniʒ iundauerūt. ⁊ oia repleuerūt in supficie terre. Porro archa ferebat̄ sup aq̄s. ⁊ aq̄ pualuerūt nimis sup terrā: optiqʒ sūt oēs montes excelsi sub vniuerso celo. Quindeci cubitis altior fuit aq̄ sup mōtes q̄s opuerat. Cōsūptaqʒ ē ois caro q̄ mouebat̄ sup terrā. volucrū. aiantiū. bestiarum oiumqʒ reptiliū q̄ reptant sup terram. Uniuersi hoies ⁊ cūcta in qbꝰ spiraculū vite ē i t̄ra mortua sūt. Et deleuit deus oēm subām q̄ erat sup terrā ab hoie vsqʒ ad pecus. tā reptile q̄ʒ volucres celi. ⁊ deleta sūt de terra. Remansit aūt solus noe ⁊ q cū eo erāt in archa. Obtinuerūtqʒ aq̄ t̄rā centūqnq̄ginta diebꝰ. VIII

Recordatꝰ aūt dñs noe cunctorūqʒ aiantiū. ⁊ oium iumentoꝝ que erant cū eo in archa. adduxit spūm super terraʒ. et iminute sunt aque. ⁊ clausi s̄t fontes abyssi ⁊ cataracte celi. ⁊ prohibite sunt pluuie de celo. Reuerseqʒ sunt aque de terra euntes ⁊ redeuntes ⁊ ceperunt minui. post centū quinquaginta dies. Requieuitqʒ archa mense septimo vicesimo septimo die mēsis super montes armenie. At vo aque ibant ⁊ decrescebāt vsqʒ ad decimū mensem. Decimo. n. mēse prima die mensis apparuerūt cacumina montiū. Cūqʒ transissent q̄draginta dies. aperiēs noe fenestrā arche quā fecerat dimisit coruū: qui egrediebat̄ ⁊ nō reuertebat̄ donec siccarent̄ aq̄ sup terram. Emisit quoqʒ colūbā post eū vt videret si iam cessassent aque sup faciē t̄re. Que cū nō iuenisset vbi requiesceret pes eiꝰ. reuersa ē ad eū in archā. Aque. n. erāt sup vniuersaʒ terrā. Extenditqʒ manū suā. ⁊ apprehensā itulit in archam Expectatis aūt vltra septē diebꝰ alijs: rursū dimisit columbā ex archa. At illa venit ad eū ad vesperā. portans ramū oliue virentibꝰ folijs i ore suo. Intellexit ergo noe ꝙ cessassent aq̄ sup terrā. Expectauitqʒ nihilominꝰ septeʒ alios dies. ⁊ emisit columbam: que non est reuersa vltra ad eum. Igitur sexcentesimo primo anno vite noe. primo mense prima die mensis iminute sunt aq̄ sup terrā. Et aperiens noe tectū arche aspexit. viditqʒ ꝙ exsiccata esset superficies terre. Mense secundo septimo ⁊ vicesimo die mensis arefacta est terra. Locutus est aūt dñs ad noe dicens. Egredere de archa tu ⁊ vxor tua: filij tui ⁊ vxores filioꝝ tuoꝝ tecū: cūcta animantia que sunt apud te: ex omni carne tam in volatilibus q̄ʒ in bestijs ⁊ vniuersis reptilibus que reptant super terrā educ tecum: ⁊ egredimini super terrā. Crescite ⁊ multiplicamini super eam. Egressus est ergo noe ⁊ filij eiꝰ vxor illius ⁊ vxores filiorū eius cū eo: sed ⁊ oia animantia. iumēta ⁊ reptilia que reptant sup t̄raʒ ſm genus suū. egressa sunt de archa. Edificauit aūt noe altare dño. ⁊ tollēs de cūctis pecoribus ⁊ volucribꝰ mūdis: obtulit holocausta sup altare. Odoratusqʒ est dñs odorem suauitatis ⁊ ait ad eum. Nequaq̄ʒ vltra maledicā terre ꝓpter homines. Sensus enim ⁊ cogitatio humani cordis in malum ꝓna sunt ab adolescentia sua. Non igitur vltra percutiam oēm animaʒ viuentem sicut feci. Cūctis diebus terre. semētis ⁊ messis. frigus ⁊ estus. estas ⁊ hyems. nox ⁊ dies non requiescent. IX

Benedixitqʒ deus noe ⁊ filijs eius. ⁊ dixit ad eos. Crescite ⁊ multiplicamini. ⁊ replete terram. ⁊ terror vester ac tremor sit super cūcta animalia terre. ⁊ super oēs volucres celi cum vniuersis que mouentur super terram. Oēs pisces maris manui vestre traditi sunt. ⁊ oē quod mouet̄ ⁊ viuit. erit vobis in cibū. Quasi olera virentia tradidi vobis oia excepto ꝙ carnē cū sanguine nō comedetis Sanguinē. n. aiaꝝ vestraꝝ requiram de manu cunctaꝝ bestiaꝝ. ⁊ de manu hois. De manu viri ⁊ de manu fratris eiꝰ requirā aiaʒ hois Quicūqʒ effuderit humanū sanguinē: fundet̄ sanguis illiꝰ. Ad imaginē dei qppe factꝰ ē hō Vos aūt crescite ⁊ multiplicamini: ⁊ ingredimini super terram. ⁊ implete eam. Hec quoqʒ dixit dꝰ ad noe ⁊ ad filios eiꝰ cū eo. Ecce ego statuā pactū meū vobiscū. ⁊ cū semine vr̄o pꝰ vos ⁊ ad oēm aiam viuentē q̄ est vobiscū tam i volucribus q̄ʒ in iumentis ⁊ pecudibus terre. cūctisqʒ que egressa sunt de archa ⁊ vniuersis bestijs terre. Statuam pactum meum vobiscum ⁊ nequaq̄ʒ vltra interficietur omnis caro aquis diluuij: neqʒ erit deinceps diluuium dissipans omnem terram. Dixitqʒ deus. Hoc est signū federis quod do inter me ⁊ vos. ⁊ ad omnem animā viuentē que est vobiscū in generatiōes sempiternas. Arcum meum ponā in nubibus celi. ⁊ erit signū federis iter me ⁊ inter terram Cūqʒ obduxero nubibꝰ celū. apparebit arcus

meus in nubibus ⁊ recordabor federis mei qd̄
pepigi vobiscū. ⁊ cum oī aīa viuēte q̄ carnē ve
getat. ⁊ non erunt vltra aque dil'uuij ad delen
dā vniuersam carnē. Eritq₃ arcus meus i nu
bibus. ⁊ videbo il'um ⁊ recordabor federis sē
piterni: qd̄ pactū est inter deū ⁊ omnē animam
viuentē vniuerse carnis que ē sup terrā. Di/
xitq₃ dn̄s ad noe. Hoc ē signū federis qd̄ con
stitui inter me ⁊ oēm carnē sup terrā. Erāt er
go filij noe qui egressi sūt de archa. sem. cham
⁊ iaphet. Porro cham ipse ē pr̄ chanaā. Tres
isti filij sunt noe ⁊ ab his disseminatū est oē ge/
n⁹ hoīum sup vniuersā terrā. Cepitq₃ noe vir
agricola exercere terrā. ⁊ plantauit vineā. Bi
bensq₃ vinū inebriat⁹ est. ⁊ nudat⁹ iacuit in ta/
bernaculo suo. Qd̄ cū vidisset cham pr̄ chana
an. verēnda. s. p̄ris sui esse nudata: nunciauit
duob⁹ fratrib⁹ suis foras. At vo sem ⁊ iaphet
palliū imposuerūt humeris suis. ⁊ incedentes
retrorsū. operuerūt verēda p̄ris sui. Facieſq₃
coꝝ auerse erāt ⁊ p̄ris virilia nō viderūt. Eui
gilans aūt noe ex vino cū didicisset q̄ fecerat ei
fili⁹ su⁹ minor ait. Maledict⁹ chanaan. seruus
seruoꝝ erit fribus suis. Dixitq₃. Bn̄dict⁹ dn̄s
deus sem sit chanaan seruus eius. Dilatet de⁹
iaphet ⁊ habitet in tabernaculis sem: sitq₃ cha/
naan seruus eius. Vixit autem noe post dilu
uium trecentis quinquaginta annis. ⁊ impleti sūt
omnes dies eius nongentoꝝ quinquaginta
annorum. ⁊ mortuus est. X

HEe sunt generationes filioꝝ noe. sem
cham. ⁊ iaphet. Natiq₃ sūt eis filij p⁹
diluuiū. Filij iaphet: gomer ⁊ magog
⁊ madai ⁊ iauan ⁊ thubal ⁊ mosoch ⁊ thyras.
Porro filij gomer: assenez ⁊ riphat ⁊ thogor/
ma. Filij autē iauan: helisa ⁊ tharsis cethim ⁊
dodanim. Ab his diuise sunt insule gentiū in
regionibus suis vnusquisq₃ s̄m linguā suā ⁊
familias suas in nationib⁹ suis. Filij aūt cham
chus ⁊ mesraim ⁊ phut ⁊ chanaan. Fili autem
chus: saba euila ⁊ sabata ⁊ regma ⁊ sabatacha
Fili regma: saba ⁊ dadan. Porro chus genu
it nemroth. Ipse cepit esse potens in terra. ⁊
erat robustus venator coram dn̄o. Ab hoc exi
uit puerbium. Quasi nemroth robustus vena
tor corā dn̄o. Fuit aūt principium regni ei⁹ ba
bylon. ⁊ arach ⁊ achat. ⁊ chalanne. in terra sen
naar. De terra illa egressus ē assur. ⁊ edifica/
uit niniuen ⁊ plateas ciuitatis ⁊ chale. Resen
quoq₃ inter niniuen ⁊ chale. Hec ē ciuitas ma
gna. At vo mesraim genuit ludim ⁊ anamim
⁊ laabim ⁊ neptuim ⁊ phetrusim ⁊ celluim: de
quib⁹ egressi sunt philistijm. ⁊ capturim. Cha
naan aūt genuit sidonē primogenitū suū: ethe/
um ⁊ iebuseum ⁊ amorreū ⁊ gergeseum ⁊ eue
um ⁊ aracheum cyneum ⁊ aradiū samari hen
⁊ amatheum. Et per hos disseminati sunt ppl'i
chananeoꝝ. Factiq₃ sunt termini chanaan ve
nientib⁹ a sidone ierarām vsq₃ gazan donec in
grediaris sodomā ⁊ gomorrā ⁊ adamā ⁊ sebo
im vsq₃ iesa. Hi sunt filij cham in cognationi
bus ⁊ linguis ⁊ generationib⁹ terrisq₃ ⁊ genti
bus suis. De sem quoq₃ nati sunt patres oīuꝫ
filioꝝ heber: fratre iaphet maiore. Filij sem:
helam ⁊ assur ⁊ arphaxat ⁊ lud ⁊ aram. Filij
aram hus ⁊ hul ⁊ gether ⁊ mes. At vo arpha
xat genuit sale. de quo ortus est heber. Natiq₃
sunt heber filij duo. Nomen vni phaleg: eo q̄
in diebus eius diuisa sit terra. ⁊ nomē fratris
eius iectan. Qui iectan genuit elmodad ⁊ sa/
leph ⁊ asarmoth. iare ⁊ aduram ⁊ iazal ⁊ deda
⁊ hebal ⁊ abimahel saba ⁊ iophir ⁊ euila ⁊ io/
Dixit quoque dominus ad moysen. Ingredere ad pharaonem. et dices ad eum. Hec dicit dominus. Dimitte populum meum vt sacrificet mihi. Si autem nolueris dimittere ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis: et ebulliet fluuius ranas que ascendent. et ingredientur domum tuam et cubiculum lectuli tui. et super stratum tuum et in domos seruorum tuorum. et in populum tuum. et in furnos tuos et in reliquias ciborum tuorum. et ad te et ad populum tuum et ad omnes seruos tuos intrabunt rane. Dixitque dominus ad moysen. Dic ad aaron. Extende manum tuam super fluuios et super riuos et paludes. et educ ranas super terram egypti. Et extendit aaron manum super aquas egypti et ascenderunt rane. operueruntque terram egypti. Fecerunt autem et malefici per incantationes suas similiter. eduxeruntque ranas super terram egypti. Vocauit autem pharao moysen et aaron. et dixit eis. Orate dominum vt auferat ranas a me et a populo meo: et dimittam populum vt sacrificet domino. Dixitque moyses ad pharaonem. Constitue mihi quando deprecer pro te et pro seruis tuis et pro populo tuo: vt abigantur rane a te: et a domo tua. et a seruis tuis. et a populo tuo: et tantum in flumine remaneant. Qui respondit. Cras. At ille iuxta inquit verbum tuum faciam: vt scias quoniam non est sicut dominus deus noster. et recedent rane a te: et a domo tua et a seruis tuis. et a populo tuo: et tantum in flumine remanebunt. Egressique sunt moyses et aaron a pharaone. et clamauit moyses ad dominum pro sponsione ranarum quam condixerat pharaoni. Fecitque dominus iuxta verbum moysi: et mortue sunt rane de domibus et de villis. et de agris. Congregaueruntque eas in immensos aggeres: et computruit terra. Videns autem pharao quod data esset requies. ingrauauit cor suum et non audiuit eos sicut preceperat dominus. Dixitque dominus ad moysen. Loquere ad aaron. Extende virgam tuam et percute puluerem terre. et sint cynifes in vniuersa terra egypti. Feceruntque ita Et extendit aaron manum. virgam tenens. percussitque puluerem terre: et facti sunt cynifes in hominibus et iumentis. Omnis puluis terre versus est in cynifes per totam

terram egypti. Feceruntqȝ similiter malefici in cantationibus suis vt educerent cynifes: ⁊ nõ potuerũt. Erantqȝ cynifes tam in hoib⁹qȝ i iumentis. Et dixerunt malefici ad pharaonem. Digit⁹ dei est hic. Induratũqȝ ẽ cor pharaõis ⁊ nõ audiuit eos sicut ꝑceperat dñs. Dixit quoqȝ dñs ad moysen. Consurge diluculo ⁊ sta coram pharaone. Egredietᷣ.n. ad aquas. Et dices ad eũ: Hec dicit dñs: Dimitte populũ meum vt sacrificet mihi. Qḋ si nõ dimiseris eũ: ecce ego mittã in te ⁊ in seruos tuos ⁊ in populũ tuũ ⁊ in domos tuas oẽ genus muscaꝝ. ⁊ implebunť oẽs domus egyptioꝝ muscis diuersi generis. ⁊ vniuersa terra in qua fuerint. Faciãqȝ mirabile in die illa terrã iessen in qua pplꝰs meus est vt non sint ibi musce. ⁊ scias qm̃ ego dñs in medio terre. ponãqȝ diuisionẽ int̃ pplꝫ meũ ⁊ ppl'm tuũ. Cras erit signũ istud. Fecitqȝ dñs ita. Et venit musca grauissima i domos pharaonis ⁊ seruoꝝ eius ⁊ in oẽm terrã egypti corruptaqȝ est terra ab huiuscemodi muscis Vocauitqȝ pharao moysen ⁊ aaron. ⁊ ait eis. Ite ⁊ sacrificate deo vestro in terra hac. Et ait moyses. Non põt ita fieri. Abhominatões.n. egyptioꝝ imolabim⁹ dño deo nostro. Qḋ si mactauerimus ea que colunt egyptij corã eis lapidib⁹ nos obruent. Viã triũ dieꝝ pergemus i solitudinẽ ⁊ sacrificabimus dño deo nostro sicut precepit nobis. Dixitqȝ pharao. Ego dimittam vos vt sacrificetis dño deo vr̃o in deserto. verũtñ longius ne abeatis. Rogate pro me. Et ait moyses: Egressus a te orabo dñm: ⁊ recedet musca a pharaone ⁊ a seruis suis ⁊ a populo eius cras. Verũtñ noli vltra fallere: vt nõ dimittas populũ sacrificare dño. Egressusqȝ moyses a pharaone orauit dominũ. Qui fecit iuxta verbũ illius. ⁊ abstulit muscas a pharaone ⁊ a seruis suis ⁊ a populo eius. Non superfuit nec vna quidem. Et ingrauatum ẽ cor pharaonis ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

IX

Dixit aũt dñs ad moysẽ. Ingredere ad pharaonẽ ⁊ loquere ad eum. Hec dicit dñs deus hebreoꝝ. Dimitte populum meũ vt sacrificet mihi. Quod si adhuc renuis ⁊ retines eos: ecce manus mea erit super agros tuos: ⁊ super equos. ⁊ asinos. ⁊ camelos. ⁊ oues. ⁊ boues. pestis valde grauis. Et faciet dñs mirabile int̃ possessiones israel ⁊ possessiones egyptioꝝ: vt nil oĩo pereat ex his q̃ ꝑtinent ad filios israel. Constituitqȝ dñs tẽpus dicens: Cras faciet dñs verbum istud in terra

Fecit ergo dñs verbũ hoc altera die: ⁊ mortua sunt oĩa aĩantia egyptiorum. De aĩalib⁹ vo filiorũ israel nihil oĩo perijt. Et misit pharao ad videndũ nec erat quicqȝ mortuũ de his q̃ possidebat israel. Ingrauatũqȝ est cor pharaonis ⁊ nõ dimisit populũ. Et dixit dñs ad moysen ⁊ aaron: Tollite plenas manus cineris de camino: ⁊ spargat illũ moyses in celũ corã pharaõe sitqȝ puluis super oẽm terram egypti. Erunt enim in hoibus ⁊ iumẽtis vlcera ⁊ vesice turgentes in vniuersa terra egypti. Tulerũtqȝ cinerẽ de camino ⁊ steterunt coram pharaone. ⁊ sparsit illum moyses in celum. Factaqȝ sũt vlcera vesicarũ turgentiũ in hoibus ⁊ iumentis: nec poterant malefici stare corã moyse ꝓpt̃ vlcera que in illis erant. ⁊ in oĩ terra egypti. Indurauitqȝ dñs cor pharaonis. ⁊ nõ audiuit eos sicut locut⁹ est dñs ad moysen. Dixit quoqȝ dominus ad moysen: Mane cõsurge ⁊ sta coram pharaone: ⁊ dices ad eũ: Hec dicit dñs de⁹ hebreoꝝ. Dimitte populũ meũ vt sacrificet mihi: qr in hac vice mittã oẽs plagas meas super cor tuũ ⁊ super seruos tuos. ⁊ super populũ tuum vt scias qꝛ non sit similis mei in oĩ terra. Nũc enim extendens manũ. ꝑcutiã te ⁊ populũ tuũ peste peribisqȝ de terra. Idcirco aũt posui te vt ostendã in te fortitudinẽ meã ⁊ narretᷣ nomen meũ in omni terra. Adhuc retines populũ meum. ⁊ non vis eũ dimittere. En pluã cras hac ipsa hora grandines multã nimis: qualis non fuit in egypto a die qua fundata est vsqȝ in pñs tp̃s. Mitte ergo iã nũc ⁊ cõgrega iumẽta tua: ⁊ oĩa q̃ hẽs in agro. Hoies.n. ⁊ iumẽta ⁊ vniuersa que inuenta fuerint foris. nec cõgregata de agris: cecideritqȝ super ea grando: morietᷣ. Qui timuit verbũ dñi de seruis pharaonis. fecit cõfugere seruos suos ⁊ iumenta in domos: qui aũt neglexit sermonẽ dñi: dimisit seruos suos ⁊ iumenta in agris. Et dixit dñs ad moysen Extende manũ tuã in celũ: vt fiat grando i vniuersa terra egypti sup hoies ⁊ sup iumẽta ⁊ super oẽm herbã agri in terra egypti. Extenditqȝ moyses virgã in celũ. ⁊ dñs dedit tonitrua ⁊ grandinẽ ac discurrentia fulgura super terrã Pluitqȝ dñs grandinem super terrã egypti ⁊ grando ⁊ ignis mixta pariter ferebantur. Tãteqȝ fuit magnitudinis. quanta ante nunqȝ apparuit in vniuersa terra egypti ex quo gens illa condita est. Et percussit grando in oĩ terra egypti cuncta que fuerunt in agris ab hoie vsqȝ ad iumentũ. Cunctaqȝ herbam agri percussit grando. ⁊ omne lignum regionis confregit

Tm̃ in terra iessen vbi erant filij israel. grãdo
nõ cecidit. Misitq₃ pharao ⁊ vocauit moysen
⁊ aaron: dicens ad eos. Peccaui etiam nunc.
Dñs iustus ⁊ ego ⁊ populus meus impij. Ora
te dñm vt desinant tonitrua dei ⁊ grãdo: vt di
mittam vos. ⁊ nequaq₃ hic vltra maneatis. ait
moyses. Cum egressus fuero de vrbe. extẽdã
palmas meas ad dominum. ⁊ cessabunt toni-
trua ⁊ grando non erit: vt scias q₂ domini ẽ ter
ra. Noui aũt q ⁊ tu ⁊ serui tui necdu₃ timeatis
dominũ deum. Linũ ergo ⁊ ordeũ lesum ẽ. eo
q₃ ordeũ esset virens: ⁊ linũ iam folliculos ger
minaret. Triticũ autẽ ⁊ far non sunt lesa. quia
serotina erant. Egressusq₃ moyses a pharao-
ne ex vrbe. tetendit manus ad dominũ. ⁊ cessa
uerunt tonitrua ⁊ grãdo. nec vltra stillauit plu
uia super terram. Videns aũt pharao q cessas
set pluuia ⁊ grando ⁊ tonitrua. auxit peccatum
⁊ ingrauatũ est cor ei⁹ ⁊ seruorum illius ⁊ indu-
ratũ nimis: nec dimisit israel sicut p̃ceperat do
minus per manũ moysi.

X

Et dixit dñus ad moysen. Ingredere
ad pharaonem. Ego eni induraui cor
eius ⁊ seruorum illius vt faciam signa
mea hec in eo: ⁊ nares in aurib⁹ filij tui ⁊ nepo
tũ tuorum. quotiens contriuerim egyptios ⁊
signa fecerim in eis. ⁊ sciatis q₂ ego dñs. In-
troierunt ergo moyses ⁊ aaron ad pharaonem
⁊ dixerunt ei. Hec dicit dñs deus hebreorum.
Vsq₃quo non vis subijci mihi. Dimitte popu
lũ meũ vt sacrificet mihi. Sin aũt resistis ⁊ nõ
vis dimittere eũ: ecce ego inducã cras locustas
i fines tuos q̃ operiet sup̃ficiẽ t̃re. ne quicq₃ ei⁹
appareat sed comedatur qd̃ residuũ fuit grandi
ni. Corrodet. n. oĩa ligna q̃ germinant i agris
⁊ implebunt domos tuas ⁊ seruorũ tuorũ ⁊ oĩu₃
egyptiorũ: quantam non viderunt patres tui ⁊
aui ex quo orti sunt super terrã vsq₃ in p̃ntẽ diẽ
Auertitq₃ se ⁊ egressus est a pharaone. Dixe-
runt autẽ serui pharaonis ad eũ. Vsq₃quo pa
tiemur hoc scandalũ. Dimitte hoĩes vt sacrifi
cent dño deo suo. Nõne vides q perierit egy-
ptus. Reuocaueruntq₃ moysen ⁊ aaron ad pha
raonem. Qui dixit eis. Ite sacrificate dño deo
vestro. Qui nã sunt qui ituri sunt. Ait moyses
Cũ paruulis nostris ⁊ senioribus pergemus:
cũ filijs ⁊ filiabus cũ oĩb⁹ ⁊ armentis. Est. n.
solẽnitas dñi dei nostri. Et respondit pharao.
Sic dñs sit vobiscũ. Quõ ego dimittã vos ⁊
puulos v̄ros cui dubiũ est qd̃ pessime cogitetis
Non fiat ita: sed ite tm̃ viri ⁊ sacrificate dño
Hoc eni ⁊ ipsi petistis. Statiq₃ eiecti sũt de cõ
spectu pharaonis. Dixit aũt dñs ad moysen:
Extende manũ tuã super terrã egypti ad locu-
stã vt descendat super terrã ⁊ deuoret oẽs her-
bam que residua fuit grãdini. Et extẽdit moy
ses virgã super terrã egypti. ⁊ dñs induxit vẽ
tũ vrentẽ tota die illa ⁊ nocte. Et mane facto:
ventus vrens leuauit locustas. Que ascẽderũt
super vniuersã terrã egypti. ⁊ sederunt in cun
ctis finib⁹ egyptiorũ innumerabiles: quales an
te illud tempus non fuerant nec postea future
sunt. Operueruntq₃ vniuersã superficiẽ terre
vastantes oia. Deuorata ẽ igit̃ herba terre. ⁊
quicquid pomorũ in arborib⁹ fuit q̃ grando di-
miserat. Nihil q₃ oio virens relictũ est i lignis
⁊ in herbis terre: i cũcta egypto. Quãobrem.
festinus pharao vocauit moysen ⁊ aaron. ⁊ di
xit eis. Peccaui in dominũ deũ vestrũ ⁊ i vos
Sed nunc dimittite peccatũ mihi ẽt hac vice: ⁊
rogate dominũ deũ vestrũ vt auferat a me mor
tẽ istam. Egressusq₃ est moyses de conspectu
pharaonis ⁊ orauit dñm. Qui flare fecit ven-
tũ ab occidente vehementissimũ ⁊ arreptam lo
custã proiecit in mare rubrũ Nõ remansit nec
vna qdẽ in cunctis finib⁹ egypti. Et indura-
uit domin⁹ cor pharaonis. nec dimisit filios is-
rael. Dixit aũt dñs ad moysen: Extẽde manũ
tuã in celũ: ⁊ sint tenebre sup terrã egypti: tam
dense vt palpari q̃ant. Extenditq₃ moyses ma
nũ in celum. ⁊ facte sunt tenebre horribiles in
vniuersa terra egypti. Tribus dieb⁹ nemo vi
dit fratrem suu₃: nec mouit se de loco in q̃ erat
Vbicunq₃ aũt habitabant filij isrl̃ lux erat. Vo
cauitq₃ pharao moysen ⁊ aarõ. ⁊ dixit eis. Ite
sacrificate domino. Oues tm̃ vestre ⁊ armen-
ta remaneant: paruuli vestri eãt vobiscu₃. Ait
moyses: Hostias q̃q₃ ⁊ holocausta dabis no-
bis: que offeramus domino deo nostro. Cun
cti greges pergent nobiscũ. Nõ remanebit ex
eis vngula que necessaria sunt in cultũ domini
dei nostri: presertim cũ ignoremus quid debe-
at imolari donec ad ipsum locum perueniam⁹
Indurauit aũt dominus cor pharaonis ⁊ no-
luit dimittere eos. Dixitq₃ pharao ad moysen
Recede a me. ⁊ caue ne vltra videas faciem
meam. Quocũq₃ die apparueris mihi. morie
ris. Respondit moyses: Ita fiat vt locutus es
Non videbo vltra faciẽ tuã.

XI

Et dixit dominus ad moysen. Adhuc
vna plaga tangã pharaonem ⁊ egyp-
tum ⁊ post hec dimittet vos ⁊ exire cõ-
pellet. Dices ergo omni plebi vt postulet vir
ab amico suo ⁊ mulier a vicina sua vasa argen

tea ⁊ aurea ⁊ vestẽ. Dabit autem dominꝰ gratiam populo suo coram egyptijs. Fuitqꝫ moyses vir magnus valde in terra egyptij corã servis pharaonis ⁊ omni populo. Et ait. Hec dicit dominus. Media nocte ingrediar in egyptum. ⁊ morietur omne primogenitum in terra egyptiorum: a primogenito pharaonis qui sedet in solio eius vsqꝫ ad primogenitũ ancille que ẽ ad molã. ⁊ omnia primogenita iumentorum. Eritqꝫ clamor magnus in vniuersa terra egypti: qualis nec ante fuit: nec postea futurus est. Apud omnes aũt filios israel non mutiet canis ab homine vsqꝫ ad pecus. vt sciatis quanto miraculo diuidat dominꝰ egyptijos ⁊ israel. Descendentqꝫ omnes serui tui isti ad me ⁊ adorabunt me dicentes. Egredere tu ⁊ omnis populus qui subiectus ẽ tibi. Post hec egrediemur Et exiuit a pharaone. iratus nimis. Dixit autem dñs ad moysen. Non audiet vos pharao vt multa signa fiant in terra egypti. Moyses autem ⁊ aaron fecerunt omnia signa: ⁊ ostenta que sunt coram pharaone. ⁊ indurauit dominus cor pharaonis: nec dimisit filios israel de terra sua.

XII

Dixit qꝫ dñs ad moysen ⁊ aaron in terra egypti. Mensis iste vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cetũ filiorum israel. ⁊ dicite eis: Decima die mensis huiꝰ tollat vnusquisqꝫ agnũ per familias ⁊ domos suas. Sin aũt minor est numerus vt sufficere possit ad vescendum agnũ assumet vicinum suum qui cõiunctus ẽ domui eiꝰ iuxta numerum aiarum que sufficere possint ad esũ agni. Erit ãt agnus absqꝫ macula masculus ãniculus. Juxta quem ritũ tolletis ⁊ hedum: ⁊ seruabitis eum vsqꝫ ad quartãdecimam diem mensis huius. Immolabitqꝫ eum vniuersa multitudo filiorũ israel ad vesperã. ⁊ sument de sanguine eius ac ponent super vtrũqꝫ postem. ⁊ in superliminaribꝰ domorũ in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni: ⁊ azimos panes cũ lactucis agrestibus. Nõ comedetis ex eo crudũ quid. nec coctum aqua: sed assum tm̃ igni. Caput cum pedibus eius ⁊ intestinis vorabitis: nec remãebit quicqꝫ ex eo vsqꝫ mane. Si quid residuum fuerit igne comburetis. Sic autẽ comedetis illũ. Renes vestros accingetis. ⁊ calciamenta habebitis in pedibus. tenentes baculos in manibus: ⁊ comedetis festinãter. Est enim phase. i. transitus domini. Et transibo per terram egypti nocte illa percutiãqꝫ omne primogenitũ in terra egypti. ab hoĩe vsqꝫ ad pecus. ⁊ in cunctis dijs egypti faciam iudicia. ego dominus. Erit aũt sanguis vobis in signum i edibꝰ in quibus eritis. ⁊ videbo sanguinem ⁊ transibo vos: nec erit i vobis plaga disperdẽs quãdo percussero terrã egypti. Habebitis aũt hunc diẽ in monimentũ ⁊ celebrabitis eũ solẽnem dño in generationibꝰ vestris. cultu sempiterno. Septẽ diebꝰ azima comedetis. In die primo nõ erit fermẽtũ in domibꝰ vr̃is. Quicũqꝫ comederit fermẽtatũ. peribit aĩa illa de israel. a primo die vsqꝫ ad diẽ septimũ. Dies prima erit sancta atqꝫ solẽnis: ⁊ dies septima eadẽ festiuitate venerabilis. Nihil operis facietis i eis. exceptis que ad vescendũ pertinent: ⁊ obseruabitis azima. In eadem enim ipsa die educã exercitum vestrum de terra egypti. ⁊ custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo Primo mense quartadecima die mẽsis ad vesperam. comedetis azima. vsqꝫ ad diem vicesimã primã eiusdem mensis ad vesperam. Septem diebus fermentatũ non inuenietur in domibus vestris. Qui comederit fermentatũ. peribit aĩa eius de cetu israel: tam de aduenis qꝫ de indigenis terre. Oẽ fermentatũ non comedetis. In cũctis habitaculis vestris edetis azima. Vocauit aũt moyses oẽs seniores filiorum israel. ⁊ dixit ad eos. Ite tollentes aĩal per familias vestras: ⁊ imolate phase. Fasciculũqꝫ hysopi tingite in sanguine qui est in limine ⁊ aspergite ex eo superliminare ⁊ vtrũqꝫ postem. Nullus vestrũ egrediatur ostiũ domus sue vsqꝫ mane. Transibit. n. dñs percutiens egyptios Cũqꝫ viderit sanguinẽ in superliminari ⁊ i vtroqꝫ poste transcendet ostiũ domꝰ. ⁊ non sinet percussorem ingredi domos vr̃as: ⁊ ledere. Custodi verbũ istud legitimũ tibi ⁊ filijs tuis vsqꝫ in eternum. Cũqꝫ introieritis terrã quam dñs deus daturus est vobis vt pollicitꝰ est: obseruabitis cerimonias istas. Et cũ dixerit vobis filij vr̃i. que ẽ ista religio. Dicetis eis. Victima transitus dñi est: qñ transiuit super domos filiorũ israel i egypto. percutiẽs egiptios. ⁊ domos nr̃as liberans. Incuruatusqꝫ ppl̃us adorauit. Et egressi filij israel fecerũt sicut preceperat dominus moysi ⁊ aaron. Factum est autem i noctis medio. percussit dñs oẽ primogenitũ i terra egypti: a primogenito pharaonis q in solio eius sedebat vsqꝫ ad primogenitum captiue que erat in carcere: ⁊ omne primogenitum iumentorum. Surrexitqꝫ pharao nocte ⁊ omnes serui eius cunctaqꝫ egyptꝰ: ⁊ ortꝰ est clamor magnꝰ

in egypto: Neqꝫ eni erat domus in qua nō ia
ceret mortuus. Vocatisqꝫ pharao moyse ⁊ aa/
ron nocte. ait: Surgite egredimini a pplo me
vos ⁊ filij isrl. Ite ⁊ imolate dño sicut dicitis.
Oues vestras ⁊ armenta assumite vt petiera/
tis: ⁊ abeuntes benedicite mihi. Vrgebantqꝫ
egyptij pplm isrl de terra exire velociter dicen
tes. Omnes moriemur. Tulit igit ppls cōsp
sam farinā anteq̄ꝫ fermentaret: ⁊ ligans in pal
lijs posuit super humeros suos. Feceruntqꝫ fi
lij isrl sicut preceperat dñs moysi: ⁊ petierūt ab
egyptijs vasa argentea ⁊ aurea vestēqꝫ pluri/
mā. Dñs aūt dedit gratiā populo coram egyp
tijs vt cōmodarent eis ⁊ spoliauerūt egyptios.
Profectiqꝫ sunt filij isrl de ramasse in sochot
sexcenta fere milia peditū viroꝝ: absqꝫ paruu/
lis ⁊ mulieribus. Sed ⁊ vulgus promiscuū in
numerabile ascendit cū eis: oues ⁊ armenta ⁊
animantia diuersi generis multa nimis. Coxe
runtqꝫ farinam quā dudum de egypto consper
sam tulerant. ⁊ fecerūt subcineritios panes azi
mos. Neqꝫ enim poterat fermentari cogētibus
exire egyptijs. ⁊ nullā facere sinentibus moraꝫ
nec pulmenti quicq̄ꝫ occurrerat pparare. Ha/
bitatio aūt filioꝝ isrl qua manserunt in egypto
fuit quadringentorū triginta annoꝝ. Quibus
expletis: eadē die egressus est oīs exercitus do
mini de terra egypti. Nox est ista obseruabilis
dñi: qñ eduxit eos de terra egypti. Hāc obser
uare debent oēs filij israel in generationibus su
is. Dixitqꝫ dñs ad moysen ⁊ aaron. Hec ē re
ligio phase. Ois alienigena nō comedet ex eo
Ois autem seruus emptitius circūcidet. ⁊ sic
comedet. Aduena ⁊ mercennarius non edent
ex eo. In vna domo comedet: nec efferetis de
carnibus eius foras: nec os illius confringetis
Ois cetus filioꝝ isrl faciet illud. Qꝫ si quis pe
regrinoꝝ in vrām voluerit transire coloniā et
facere phase dñi: circuncidet prius oē masculi
nūcius. ⁊ tunc rite celebrabit: eritqꝫ sicut indi/
gena terre. Si quis aut circūcisus nō fuerit: nō
vescet ex eo. Eadē lex erit indigene ⁊ colono q
peregrinatur apud vos. Feceruntqꝫ oēs filij
israel sicut preceperat dñs moysi ⁊ aaron ⁊ ea/
dem die eduxit dñs filios israel de terra egypti
per turmas suas. XIII

Locutusqꝫ est dñs ad moysen dicens:
I Sanctifica mihi oē primogenitum qd
aperit vuluā in filijs israel tā de homi
nibus qꝫ de iumentis. Mea sūt. n. oīa. Et ait
moyses ad pplm. Memētote diei huius ī qua
egressi estis de egypto ⁊ de domo seruitutis:
qm̄ in manu forti eduxit vos dñs de loco isto:
vt nō comedatis fermentatuꝫ panem. Hodie
egredimini mēse nouaꝝ frugū. Cūqꝫ introdu
xerit te dñs in terram chananei ⁊ ethei. ⁊ āmor
rei. ⁊ euei. ⁊ iebusei. quā iurauit patribus tuis
vt daret tibi terrā fluentē lacte ⁊ melle: celebra
bitis hūc morē sacrorum mense isto. Septē die
bus vesceris azimis: ⁊ in die septimo erit solen
nitas dñi. Azima comedetis septē diebus. nō
apparebit apud te aliquid frementatū. nec ī cū/
ctis finibus tuis. Narrabisqꝫ filio tuo in die il
lo dicens. Hoc est qd fecit mihi dñs qñ egres/
sus sum de egypto. Et erit quasi signum ī ma/
nu tua: ⁊ quasi monimentū añ oculos tuos: ⁊
vt lex dñi semper sit in ore tuo. In manu enim
forti eduxit te dñs de egypto. Custodies huius
cemodi cultū statuto tpe a diebus in dies. Cūqꝫ
introduxerit te dñs in terram chananei. sicut iu
rauit tibi ⁊ fratribus tuis. ⁊ dederit tibi eam. se/
parabis oē quod aperit vuluam dño. ⁊ qd pri/
mitiuū est in pecoribus tuis. Quicquid habue
ris masculini sexus: consecrabis dño. Primo
genitū asini mutabis oue quod si nō redemeris
interficies. Oē aūt primogenitum hoīs de fili
is tuis precio redimes. Cumqꝫ interrogauerit
te filius tuus cras. dicens: quid est hoc. respon
debis ei. In manu forti eduxit nos dñs de egy
pto de domo seruitutis. Nā cū induratus esset
pharao ⁊ nollet nos dimittere: occidit dñus oē
primogenitū in terra egypti. a primogenito ho
minis vsqꝫ ad primogenitū iumentoꝝ. Iccir/
co imolo dño oē quod aperit vuluam masculi/
ni sexus. ⁊ oīa primogenita filiorū meoꝝ redi/
mo. Erit igitur quasi signū in manu tua ⁊ qua
si appensum quid. ob recordationē añ oculos
tuos: eo ꝙ in manu forti eduxit vos dñs d' egy
pto. Igitur cū emisisset pharao populū. nō eos
duxit dñs per viam terre philistijm que vicina
est: reputans ne forte peniteret eum. si vidisset
aduersum se bella consurgere. ⁊ reuerterentur
in egyptū sed circūduxit per viā deserti. que est
iuxta mare rubrū. Et armati ascenderunt filij
israel de terra egypti. Tulit quoqꝫ moyses os/
sa ioseph secum: eo ꝙ adiurasset filios israel di
cens. Visitabit vos deus: efferte ossa mea hinc
vobiscum. Profectiqꝫ de sochot castramenta
ti sunt in ethan: in extremis finibus solitudinis
Dñs aūt pcedebat eos: ad ostendendā viam p
diem in colūna nubis: ⁊ per noctem in colūna
ignis. vt dux esset itineris vtroqꝫ tēpore. Nū
q̄ꝫ defuit colūna nubis per diē nec colūna ignis
per noctem coram populo. XIIII

LOcutus ē aūt dñs ad moysen dicens. Loquere filijs isrl'. Reuersi castramētentur e regiōe phiarioth: que est inter magdalū ⁊ mare ꝯtra beelsephon. In conspectu ei⁹ castra ponetis sup mare. Dicturusq; est pharao sup filijs israel. Coartati sunt in terra. conclusit eos desertū. Et indurabo cor ei⁹. ac ꝑsequet͛ vos: ⁊ glorificabor in pharaone. ⁊ in oī exercitu eius: scientq; egyptij. q: ego sum dñs Feceruntq; ita. Et nunciatū ē regi egyptiorum q fugisset populus. Immutatūq; est cor pharaonis ⁊ suorum eius sup populū. ⁊ dixerūt. Quid voluim⁹ facer: vt dimitterem⁹ isrl' ne seruiret nobis. Iūxit ergo currū. ⁊ oēm populū suū assūpsit secū. Tulitq; sexcentos curr⁹ electos: ⁊ quicquid in egypto curruū fuit: ⁊ duces totius exercitus. Indurauitq; dñs cor pharaonis regis egypti. ⁊ persecutus est filios israel. At illi egressi erāt in manu excelsa. Cūq; persequerent͛ egyptij vestigia p̄cedentiū: repperérūt eos i castris sup mare. Omisq; equitatus ⁊ curr⁹ pharaonis ⁊ vniuersus exercitus erāt i phiairoth ꝯ beelsephon. Cūq; appropinquasset pharao. leuantes filij israel oculos. viderūt egyptios post se et timuerūt valde. Clamaueruntq; ad dñm. et dixerunt ad moysen. Forsitan nō erāt sepulchra in egypto. ideo tulisti nos vt moreremur i solitudine. Quid hoc facere voluisti. vt educeres nos ex egypto. Nonne iste est sermo quem loqbamur ad te in egypto. dicentes: recede a nobis vt seruiamus egyptijs. Multo enim melius erat seruire eis: q̄ mori i solitudine. Et ait moyses ad populum. Nolite timere. State et videte magnalia dñi. que facturus est hodie. Egyptios enim quos nūc videtis. nequaq; vltra videbitis vsq; in sempiternū. Dñs pugnabit ꝓ vobis: et vos tacebitis. Dixitq; dñs ad moysen. Quid clamas ad me. Loquere filijs israel vt ꝓficiscant͛. Tu aūt eleua virgā tuā et extende manū tuā super mare et diuide illud: vt gradiant͛ filij israel i medio mari p siccū. Ego aūt indurabo cor egyptiorum vt ꝑsequantur vos. et glorificabor in pharaone: et in oī exercitu eius et in curribus et in eqtib⁹ illius. Et scient egyptij q: ego sū dñs: cū glorificat⁹ fuero i pharaone: et in currib⁹ atq; in eqtibus eius. Tollēsq; se angelus dñi qui p̄cedebat castra israel. abijt post eos. ⁊ cū eo parit͛ colūna nubis p̄ora dimittēs. post tergū stetit inter castra egyptiorum ⁊ castra israel. Et erat nubes tenebrosa. ⁊ illuminās noctē: ita vt ad se inuicē toto noctis tpe accedere nō valerēt. Cūq; extēdisset moyses manū super mare. abstulit illud dñs flante vento vehementi ⁊ vrente tota nocte. ⁊ vertit i siccū. Diuisaq; est aqua: ⁊ ingressi sūt filij isrl' p mediū sicci maris. Erat eni aqua quasi mur⁹ a dextera eorum ⁊ leua. Persequētesq; egyptij ingressi sūt post eos: ⁊ oīs eqtat⁹ pharaonis. curr⁹ ei⁹ ⁊ eqtes p mediū maris. Iāq; aduenerat vigilia matutina. ⁊ ecce respiciēs dñs super castra egyptiorum per colūnam ignis ⁊ nubis: interfecit exercitū eorum. ⁊ subuertit rotas curruū. ferebantq; i ꝓfūdū. Dixerūt ergo egyptij. Fugiamus israhelē. dñs eni pugnat ꝓ eis ꝯtra nos Et ait dñs ad moysen. Extende manū tuā sup mare. vt reuertant͛ aque ad egyptios sup currus ⁊ eqtes eorum. Cūq; extendisset moyses manū ꝯtra mare. reuersū est p̄mo diluculo ad p̄orem locū. Fugiētibusq; egyptijs occurrerunt aque ⁊ inuoluit eos dñs i medijs fluctib⁹. Reuersęq; sūt aque: ⁊ operuerunt currus ⁊ quites cūcti exercitus pharaonis. q sequentes ingressi fuerāt mare: nec vnus qdē supfuit ex eis. Filij aūt israel preterunt per mediū sicci maris: ⁊ aq̄ eis erāt quasi ꝓ muro a dextris ⁊ a sinistris Liberauitq; dñs i die illo isrl' de manu egyptiorū: ⁊ viderūt egyptios mortuos sup litt⁹ maris. ⁊ manū magnā quā exercuerat dñs contra eos. Timuitq; ppl's dñm. ⁊ crediderūt dño. ⁊ moysi seruo eius.

XV

TUnc cecinit moyses ⁊ filij isrl'. carmen hoc domino. ⁊ dixerunt. Cantem⁹ domino gloriose enim magnificatus est. equū ⁊ ascensorem deiecit in mare. Fortitudo mea ⁊ laus mea dñs ⁊ factus est mihi in salutē Iste deus meus ⁊ glorificabo eū: deus patris mei ⁊ exaltabo eum. Dñs quasi vir pugnator: omnipotēs nomē eius: currus pharaōis ⁊ exercitū eius ꝓiecit in mare. Electi p̄ncipes eius submersi sunt in mari rubro: abyssi operuerūt eos: descēderūt in ꝓfundū quasi lapis. Dextera tua dñe magnificata ē in fortitudine: dextera tua dñe percussit inimicū: ⁊ in multitudine glorie tue deposuisti aduersarios meos. Misisti iram tuam que deuorauit eos sicut stipulā: ⁊ in spū furoris tui congregate sūt aque. Stetit vnda fluens: congregati sūt abyssi in medio mari Dixit inimicus. persequar ⁊ ꝯprehēdam: diuidā spolia: iplebit͛ aīa mea. Euaginabo gladiū meū: interficiet eos manus mea. Flauit spūs tuus ⁊ operuit os mare: submersi sūt quasi plūbū in aquis vehemētibus. Quis similis tui in fortibus dñe: quis similis tui magnific⁹ i scitate terribilis atq; laudabilis ⁊ faciens mirabilia.

Extendisti manū tuam τ deuorauit eos terra:
dux fuisti i mĩſicordia tua. pplo quē redemisti
Et portasti eū in fortitudine tua: ad habitaculū
scm̃ tuum. Ascenderūt ppl'i τ irati sunt dolores
obtenuerunt habitatores philistijm. Tunc con
turbati sunt pricipes edom: robustos moab ob
tinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores
chanaan. Irruat super eos formido τ pauor: i
magnitudine brachij tui. Fiant immobiles q̄/
si lapis. donec pertranseat populus tuus domi
ne: donec pertranseat ppl's tuus iste quē posse
disti. Introduces eos τ plantabis in mōte he
reditatis tue: firmissimo habitaculo tuo qd̓ ope
ratus es dn̄e. Sanctuarium tuum domine: qd̓
firmauerunt manus tue: dn̄s regnabit i eternū
τ vltra. Ingressus est eniz eques pharao cum
curribus τ equitibus eius i mare: τ reduxit su
per eos dn̄s aquas maris. Filij autē israel am
bulauerūt p siccū i medio ei⁹. Sūpsit ergo ma
ria pphetissa: soror aaron. tympanuz in manu
sua: egressecq̃z sūt oēs mulieres post eā cū tym/
panis τ choris. qbus p̃cinebat dicēs. Cātem⁹
dn̄o. gloriose. n. magnificat⁹ ē: equū τ ascenso/
rem deiecit in mare. Tulit aūt moyses israel de
mari rubro: τ egressi sunt in desertuz sur: Am
bulaueruntq̃z tribus dieb⁹ p solitudinem τ nō
īueniebant aquam. Et venerūt in marath. nec
poterant bibere aquas de marath. eo q̄ essent
amare. Unde τ congruum loco nomen impo
suit. vocās illum marath. i. amaritudinem. Et
murmurauit ppl's ɔtra moysen dicens. Quid
bibemus. At ille clamauit ad dominum. Qui
ostēdit ei lignum. qd̓ cū misisset in aquas: i dul
cedinem verse sunt. Ibi ɔstituit ei p̃cepta atq̃z
iudicia. τ ibi temptauit eū dicens. Si audieris
vocem dn̄i dei tui. τ qd̓ rectū est corā eo feceris
τ obedieris mandatis eius. custodierisq̃z om/
nia p̃cepta illius: cunctum languorē quem po/
sui in egypto nō inducam super te. Ego enim
dn̄s sanator tuus. Venerūt aūt in helim filij is
rael vbi erāt duodeciz fōtes aquaꝝ τ septuagi
ta palme. τ castrametati sūt iuxta aq̃s. XVI

Profectiq̃z de helim venit omnis multi
tudo filioꝝ israel in desertuz syn: quod
est inter helim τ synai: qntadecima die
mensis secundi postq̃z egressi sunt de terra egy
pti. Et murmurauit omnis congregatio filio/
rum israel contra moysen τ aaron in solitudie.
Dixeruntq̃z filij israel ad eos. Utinaz mortui
essem⁹ p manū domini i terra egypti. quādo se
debam⁹ sup ollas carniū: τ comedebam⁹ panē
in saturitate. Cur induxistis nos in desertum
istud vt occideretis omnem multitudinem fa/
me. Dixit autem dominus ad moysen. Ecce
ego pluam vobis panes de celo. Egrediat̄ po
pulus τ colligat que sufficiunt per singulos di
es: vt temptem eum: vtꝝ ambulet in lege mea
an non. Die autem sexto parent q̄ inferant. τ
sit duplum q̄z colligere solebāt per singulos di
es. Dixeruntq̃z moyses τ aaron ad omnes fi
lios israel. Vespere scietis q̄ domin⁹ eduxerit
vos de terra egypti. τ mane videbitis gloriaz
domini. Audiui enim murmur vestrū contra
dominum. Nos vero quid sumus quia musi/
tastis contra nos. Et ait moyses. Dabit vobis
dominus vespere carnes edere τ mane panes
in saturitate. eo q̄ audierit murmurationes ve
stras quibus murmurati estis contra eū. Nos
enim quid sumus. Nec contra nos ē murmur
vestrū: sed contra dominū. Dixit quoq̃z moy
ses ad aaron. Dic vniuerse congregatiōi filio
rū israel. Accedite corā domino. Audiuit eni
murmur vestrum. Cūq̃z loqueretur aaron ad
omnem cetū filioꝝ israel: respexerūt ad solitudi
nem. Et ecce gloria domini apparuit in nube.
Locutus ē aūt dominus ad moysen dicēs. Au
diui murmuratiōes filioꝝ israel. Loquere ad
eos. Vespere comedetis carnes. τ mane satu/
rabimini panibus: scietisq̃z q̄ ego sum domi/
nus deus vester. Factū ē ergo vespere τ ascē
dens coturnix cooperuit castra. mane quoq̃z ros
iacuit per circuitū castroꝝ. Cūq̃z operuisset su
perficiē terre: apparuit in solitudine minutum
τ quasi pilo tusū in similitudinē pruine sup ter
ram. Qd̓ cū vidissent filij israel. dixerūt adin/
uicem. Manhu. Qd̓ significat: quid est hoc.
Ignorabant enim quid esset. Quibus ait moy
ses. Iste ē panis quem dominus dedit vobis
ad vescendū. Hic est sermo quem precepit vo
bit dominus. Colligat vnusquisq̃z ex eo quan
tum sufficit ad vescendum: gomor per singula
capita. Iuxta numerū animarū vestrarū q̄ ha
bitant in tabernaculo. sic tollet̄. Fecerūtq̃z ita
filij israel. τ collegerūt alius plus. alius minus
τ mensi sunt ad mensuram gomor. Nec q pl⁹
collegerat habuit amplius. nec qui minus pa/
rauerat repperit minus: sed singuli iuxta id qd̓
edere poterant ɔgregauerūt. Dixitq̃z moyses
ad eos nullus relinquat ex eo i mane. Qui nō
audierūt eū: sed dimiserūt qdā ex eis vsq̃z ma/
ne: τ scatere cepit vermibus atq̃z ɔputruit. Et
iratus est ɔ̄ eos moyses Colligebāt aūt mane
singuli quantū sufficere poterat ad vescendum
Cūq̃z incaluisset sol: liquefiebat. In die autem

sexta collegerunt cibos duplices. i. duo gomor
per singulos hoies. Venerūt aūt oēs pncipes
multitudinis ꝛ narrauerūt moysi. Qui ait eis
Hoc ē qđ locutus ē dñs. Reqes sabbati san/
ctificata ē dño. Cras qđcūq3 opandū ē facite. ꝛ
que coquēda sūt coquite. Quicquid āt reliquū
fuerit. reponite vsq3 in mane. Fecerūtq3 ita vt
pceperat moyses: ꝛ nō ɔputruit: neq3 vermis
inuent⁹ ē in eo. Dixitq3 moyses. Comedite il
lud hodie: q2 sabbatū est dño. non inuenief ho
die in agro. Sex diebus colligite: in die autem
septimo sabbatū ē dño: iccirco nō īuenief. Ve
nitq3 septima dies. ꝛ egressi de pplo vt collige
rēt non inuenerūt. Dixit aūt dñs ad moysen.
Vsq3quo non vultis custodire mandata mea
ꝛ legē meā: Videte ꝙ dñs dederit vobis sab/
batū. ꝛ ꝓpter hoc die sexta tribuit vobis cibos
duplices. Maneat vnusquisq3 apud semetipz
ꝛ nullus egrediaf de loco suo die septimo. Et
sabbatizauit populus die septimo. Appellauit
q3 dom⁹ israel nomē ei⁹ man. Qđ erat quasi se
mē coriādri albū. gustusq3 eius quasi simile cū
melle. Dixit aūt moyses. Iste ē smo quē pre/
cepit dñs. Imple gomor ex eo ꝛ custodiatur in
futuras retro gnātiones vt nouerint panē quo
alui vos i solitudīe qñ educti estis de terra egy
pti. Dixitq3 moyses ad aarō. Sume vas vnū
ꝛ mitte ibi man. quātū pōt cape gomor. ꝛ repo
ne corā dño ad suandū in generatiōes vestras
sicut pcepit dñs moysi. Posuitq3 illud aaron
in tabernaculo reseruandū. Filij aūt israel co/
mederūt man quadraginta annis: donec veni
rēt in terrā habitabilē. Hoc cibo aliti sūt vsq3
quo tāgerēt fines terre chanaan. Gomor autē
decima pars ē ephi.

XVII

I Gitur ꝓfecta omnis multitudo filio/
rū israel đ deserto syn. ꝑ māsiōes suas
iuxta sermonē dñi castramentati sunt i
raphidim. vbi non erat aqua ad bibendum po
pulo. Qui iurgatus ɔ moysen ait. Da nobis
aquā vt bibamus. Quibus respondit moyses
Quid iurgamini ɔtra me: ꝛ cur tēptatis dñm
Sitiuit ergo ibi populus pre aque penuria. ꝛ
murmurauit ɔtra moysen dicens. Cur fecisti
nos exire de egypto: vt occideres nos ꝛ libe/
ros nostros ac iumēta siti. Clamauit aūt moy
ses ad dñm dicens. Quid faciam populo huic
Adhuc paululum ꝛ lapidabit me. Et ait domi
nus ad moysen. Antecede populuz. ꝛ sume te
cū de seniorib⁹ israel. ꝛ virgā qua pcussisti flu/
uiū tolle in manu tua ꝛ vade. En ego stabo ibi
corā te supra petrā oreb. pcutiesq3 petram. ꝛ
exibit ex ea aqua vt bibat populus. Fecit moy
ses ita corā senioribus israel. Et vocauit nomē
loci illius. tēptatio. ꝓpter iurgiū filioꝝ israel.
ꝛ q2 tēptauerūt dñm. dicētes. Est ne deus i no
bis. an nō. Venit aūt amalech ꝛ pugnabat cō
tra filios isrl in raphidim. Dixitq3 moyses ad
iosue. Elige viros. ꝛ egressus pugna ɔ ama/
lech cras. Ego stabo in vertice collis: habens
virgam dei in manu mea. Fecit iosue vt locu
tus erat moyses. ꝛ pugbit ɔ amalech. Moy/
ses aūt ꝛ aaron ꝛ hur. ascēderūt sup ṽticē col/
lis. Cūq3 leuaret moyses man⁹. vincebat isra
el. Sin aūt paululum remisisset: supabat ama/
lech. Man⁹ aūt moysi erāt graues. Sumētes
igif lapidē posuerūt subter eū in quo sedit. Aa
ron aūt ꝛ hur sustentabāt manus eius ex vtra/
q3 pte. Et factū ē vt man⁹ illius nō lassarentur
vsq3 ad occasū solis. Fugauitq3 iosue amalech
ꝛ populū eius in ore gladij. Dixit autē dñs ad
moysen. Scribe hoc ob monimentū in libro ꝛ
trade aurib⁹ iosue. Delebo eni memoriā ama
lech sub celo. Edificauitq3 moyses altare. ꝛ vo
cauit nomen eius. dominus exaltatio mea di/
cens. Quia manus solius domini ꝛ belluz dei
erit contra amalech: a generatione in generati
onem.

XVIII

C Umq3 audisset iethro sacerdos madi/
an. cognatus moysi omnia que fecerat
dñs moysi i israel populo suo. ꝛ ꝙ edu
xisset dñs israel de egypto. tulit sephorā vxorē
moysi quam remiserat. ꝛ duos filios eius quo
rum vnus vocabatur gersan. dicente patre ad
uena fui in terra aliena: alter vero eliezer: de/
us eni ait patris mei adiutor meus: ꝛ eruit me
de gladio pharaōis. Venit ergo iethro cogna/
tus moysi ꝛ filij eius ꝛ vxor eius ad moysen in
desertū: vbi erat castrametat⁹ iuxta montē dei
ꝛ mandauit moysi dicēs. Ego iethro cognat⁹
tuus venio ad te: ꝛ vxor tua: ꝛ duo filij tui cum
ea. Qui egressus in occursum cognati sui ado
rauit ꝛ osculatus ē eum. Salutauerūtq3 se mu
tuo verbis pacificis. Cūq3 intrasset tabernacu
lū: narrauit moyses cognato suo cuncta q̄ fece
rat dñs pharaoni ꝛ egyptijs ꝓpter isrl: vniuer
sūq3 laborē q ascēdisset eos in itinere: ꝛ ꝙ libe
rauerat eos dñs. Letatusq3 ē iethro sup oībus
bonis q̄ fecerat dñs israheli. eo ꝙ eruisset eum
de manu egyptioꝝ. Et ait. Benedict⁹ dñs qui
liberauit vos de manu egyptiorum ꝛ de manu
pharaonis. q eruit populū suū de manu egypti
Nunc cognoui q2 magnus dñs sup oēs deos
eo ꝙ supbe egerint ɔ eos. Obtulit ḡ iethro co

gnatus moysi holocausta et hostias dño: venerúntqz aaron et omnes seniores filiorum israel vt comederent panē cū eo corā dño. Altera aūt die sedit moyses vt iudicaret pplm: qui assistebat moysi a mane vsqz ad vesperam. Qd cū vidisset cognatus eius oia. s. q̄ agebat in populo. ait Quid est qd facis in plebe. Cur solus sedes: et ois ppls prestolat de mane vsqz ad vesperam. Cui rñdit moyses. Venit ad me ppls querens sententiā dei. Cūqz acciderit eis aliqua disceptatio. veniunt ad me vt iudicem inter eos et ostendam pcepta dei et leges eius. At ille. Non bonā inqt rem facis. Stulto labore consumeris: et tu et ppls iste qui tecū est. Ultra vires tuas est negocium. Solus illd nō poteris sustinere sz audi vba mea atqz csilia: et erit dñs tecum. Esto tu pplo in his que ad deū ptinent vt referas q̄ dicunt ad eū: ondasqz populo cerimonias et ritū colendi. viāqz per quā ingredi debeāt. et opus qd facere debeāt. Prouide aūt de oi plebe viros sapiētes et timētes deū in qbus sit vitas. et q oderit auaritiā et cstitue ex eis tribunos et cēturiones. et qnquagenarios. et decanos qui iudicent pplm oi tpe. Quicqd autē maius fuerit referant ad te. et ipsi minora tm̄modo iudicent leuiusqz sit tibi. partito in alios onere. Si hoc feceris: iplebis impiū dñi: et pcepta eius poteris sustentare: et ois hic populus reuertetur ad loca sua cū pace. Quibus auditis. moyses fecit oia q̄ ille suggesserat. Et electis viris strenuis de cūcto isrl. constituit eos principes populi tribunos. et centuriones et qnquagenarios: et decanos. q iudicarent plebē dñi oi tēpore. Quicqd aūt grauius erat referebāt ad eum. faciliora tā tūmō iudicantes. Dimisitqz cognatū suuz: qui reuersus abijt in terrā suam. XIX

M Ense tertio egressionis isrl de terra egypti: in die hac venerunt in solitudinez synai. Nā pfecti de raphidim. et peruenientes vsqz in desertū synai. castrametati sunt in eodem loco: ibiqz isrl fixit tentoria e regione montis. Moyses aūt ascendit in montē ad deum. Vocauitqz eum dñs de monte: et ait. Hec dices domui iacob. et annūciabis filijs isrl. Vos ipsi vidistis q̄ fecerim egyptijs. quō portauerim vos sup alas aqlarū. et assumpserim mihi. Si ergo audieritis vocē meam: et custodieritis pactū meū. eritis mihi in peculiū de cunctis populis. Mea est. n. ois terra et vos eritis mihi in regnū sacerdotale: et gēs scā. Hec sūt vba que loqris ad filios isrl. Venit moyses et conuocatis maioribus natu populi exposuit omnes sermones quos mādauerat dñs. Respōditqz ois populus simul. Cūcta q̄ locutus ē dñs faciemus Cūqz retulisset moyses verba populi ad dñm ait ei dñs. Iam nunc veniam ad te in caligine nubis: vt audiat me populus loquentem ad te et credat tibi in ppetuum. Nūciauit ergo moyses verba populi ad dñm. Qui dixit ei. Vade ad populum. et scifica illos hodie et cras. lauētqz vestimēta sua: et sint parati in diē tertiū. In die eni tertio descendet dñs corā oi plebe super montem synai. Cōstituesqz terminos populo p circuitū: et dices ad eos. Cauete ne ascendatis in montem: nec tangatis fines illius. Oēs q tetigerit montē. morte morietur. Manus non tangēt eū: sed lapidibus opprimetur: aut cōfodietur iaculis. Siue iumentū fuerit siue hō non viuet Cū ceperit clāgere buccina. tūc ascēdāt in mōtē. Descēditqz moyses de monte ad populū: et sanctificauit eū. Cūqz lauissent vestimenta sua ait ad eos. Estote parati in diē tertiū: et ne appropinquetis vxoribus vestris. Iāqz aduenerat tertius dies et mane inclaruerat: et ecce ceperunt audiri tonitrua. ac micare fulgura: et nubes densissima operire montem. Clangorqz buccine vehementius pstrepebat. et timuit ppls qui erat in castris. Cūqz eduxisset eos moyses in occursum dei de loco castrorum. steterūt ad radices montis. Totus autem mons synai fumabat. eo q descendisset dominus super eū i igne et ascenderet fumus ex eo quasi de fornace. Eratqz ois mons terribilis: et sonitus buccine paulatim crescebat in maius: et prolixius tendebatur. Moyses loquebatur et dñs respondebat ei. Descenditqz dñs super montē synai in ipso mōtis vertice: et vocauit moysen in cacumē eius. Quo cū ascendisset. dixit ad eū. Descēde et cōtestare populū: ne forte velit transcēdere terminos ad vidēdū dñm: et pereat ex eis plurima multitudo Sacerdotes qz q accedūt ad dñm sanctificentur ne pcutiat eos. Dixitqz moyses ad dñm. Nō poterit vulgus ascendere in mōtem synai. Tu enim testificatus es. et iussisti dicēs. Pone terminos circa montem et sanctifica illuz. Cui ait dñs. Vade et descende. ascendesqz tu et aaron tecū. Sacerdotes aūt et populus nō trāsceāt terminos: nec ascendant ad dñm: ne forte interficiat illos. Descenditqz moyses ad populum: et omnia narrauit eis. XX

L Ocutusqz ē dñs cūctos sermones hos. Ego sum dominus deus tuus. q eduxi te de terra egypti: de domo seruitutis. Nō habebis deos alienos coram me. Nō faci

es tibi sculptile: neq3 omnẽ similitudinẽ que ẽ in celo desup. ⁊ que i terra deorsũ: nec eoꝝ que sũt in aquis sub terra. Nõ adorabis ea neq3 co les. Ego eni sũ dñs de⁹ tu⁹ fortis zelotes: visi/ tãs inıqtatẽ patrũ i filios. in tertiã ⁊ quartã ge/ neratiõnẽ eoꝝ q oderũt me. ⁊ faciẽs miã3 i mi lia. bis q dıi igũt me ⁊ custodiũt precepta mea. Nõ assumes nomẽ dñi dei tui i vanũ. Nec. n. habebit insontem dñs eũ: qui assũpserit nomẽ dñi dei sui frustra. Memento vt diem sabbati sanctifices. Sex dieb⁹ opaberis. ⁊ facies omnia opa tua. Septimo aũt die sabbatũ dñi dei tui ẽ Nõ facies oẽ opus in eo. tu ⁊ fili⁹ tu⁹ ⁊ filia tua seruus tuus ⁊ ancilla tua: iumentũ tuũ ⁊ adue/ na. qui est itra portas tuas. Sex eni diebus fe/ cit deus celũ ⁊ terrã. mare ⁊ oia que in eis sunt ⁊ regeuit in die septimo. Idcirco benedixit dñs diei sabbati. ⁊ sanctificauit eũ. Honora patre3 tuũ ⁊ matrẽ tuã: vt sis longeu⁹ super terrã quã dñs deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mechaberis. Non furtũ facies. Nõ loqueris ꝯ ꝓximũ tuũ falsũ testimoniũ. Non concupisces domũ ꝓximi tui. Nec desiderabis vxorẽ eius nõ seruu. nõ ancillã. nõ bouẽ. nõ asinum. nec omnia que illius sũt. Cũct⁹ aũt populus vide/ bat voces ⁊ lampades ⁊ sonitũ buccine. montẽ q3 fumantẽ: ⁊ perterriti ac pauore cõcussi. stete rũt ꝓcul dicentes moysi. Loquere tu nobis et audiemus. Non loquatur nobis dñs: ne forte moriamur. Et ait moyses ad ppl'm. Nolite ti/ mere. Vt enim ꝓbaret vos venit de⁹. ⁊ vt ter ror illi⁹ esset in vobis: ⁊ nõ peccaretis. Stetitq3 populus de lõge: moyses aũt accessit ad caligi/ nẽ i qua erat de⁹. Dixitq3 pterea dñs ad moy sen. Hec dices filijs israel. Vos vidistis q̄ de celo locutus sim vobis. Nõ facietis deos argẽ teos: nec deos aureos facietis vobis. Altare d̃ terra facietis mihi. ⁊ offeretis super eo holocau sta. ⁊ pacifica vestra. oues vestras ⁊ boues i oi loco in quo memoria fuerit nois mei. Veniam ad te ⁊ benedicã tibi. Q̄d si altare lapideũ fece/ ris mihi: nõ edificabis illud de sectis lapidibus Si eni leuaueris cultrũ tuũ super eo polluetur Nõ ascendes per gradus ad altare meũ: ne re uelet' turpitudo tua. XXI

Hec sũt iudicia q̄ ꝓpones eis. Si eme/ ris seruũ hebreũ: sex annis seruiet tibi in septimo egredietur liber gratis. Cum quali veste intrauerit: cũ tali exeat. Si habens vxorẽ: ⁊ vxor egredietur simul. Sin aũt dñs dede rit illi vxorem. ⁊ peperit filios ⁊ filias: mulier ⁊ liberi eius erunt dñi sui: ipse vero exibit cum vestitu suo. Q̄d si dixerit seruus diligo domi/ nũ meũ ⁊ vxorem ac liberos. nõ egrediar liber offerat eũ dñs dijs ⁊ applicabitur ad ostium ⁊ po stes: perforabitq3 aurem eius subula. ⁊ erit ei seruus in seculũ. Si qs vendiderit filiã suã i fa mulã. nõ egredietur sicut ancille exire ꝯsueuerũt Si displicuerit oculis dñi sui cui tradita fuerit dimittet eã. populo autem alieno vendendi nõ habebit potestatẽ. si spreuerit eam. Si aũt filio suo desponderit eam: iuxta morem filiarum fa ciet illi. Q̄d si alterã ei acceperit. prouidebit pu elle nuptias ⁊ vestimẽta: ⁊ preciũ pudicitie nõ negabit. Si tria ista non fecerit. egredietur gra/ tis absq3 pecunia. Qui percusserit hominẽ vo lens occidere. morte moriatur. Qui autem nõ ẽ insidiatus. sed deus illum tradidit in man⁹ ei⁹ ꝯstituã tibi locũ in quo fugere debeat. Si quis per industriam occiderit ꝓximũ suũ ⁊ per insi/ dias: ab altari meo auelles eu3 vt moriatur. Qui percusserit patrẽ suũ aut matrẽ. morte moriatur. Qui maledixerit patri suo vel matri. morte mo riatur. Qui furatus fuerit hominem ⁊ vẽdiderit eũ: cõuictus noxe. morte moriatur. Si rixati fu erint viri ⁊ percusserit alter ꝓximũ suũ lapide vel pugno: ⁊ ille mortuus non fuerit sed iacue rit i lectulo. si surrexerit ⁊ ambulauerit foris su per baculũ suũ: innocẽs erit qui percusserit. ita tamen vt operas ei⁹ ⁊ impensas in medicos re stituat. Qui percusserit seruũ suũ vel ancillam virga. ⁊ mortui fuerint in manib⁹ ei⁹: criminis re⁹ erit. Si aũt vno die vel duob⁹ superuixerit nõ subiacebit pene: q2 pecunia illius est. Si ri/ xati fuerint viri ⁊ percusserit qs mulierẽ ꝓgnã tẽ ⁊ abortiuũ quidẽ fecerit: sed ipsa vixerit sub/ iacebit dãno quantũ marit⁹ mulieris expetierit ⁊ arbitri iudicauerint. Si autem mors ei⁹ fue/ rit subsecuta: reddet animã ꝓ anima. oculũ ꝓ oculo. dentem ꝓ dente. manum ꝓ manu. pedẽ ꝓ pede. adustionẽ ꝓ adustione. vuln⁹ ꝓ vul/ nere. liuorẽ ꝓ liuore. Si percusserit quispiam oculũ serui sui aut ancille ⁊ luscos eos fecerit: di mittet eos liberos ꝓ oculo quem eruit. Dentẽ quoq3 si excusserit seruo vel ancille sue: similiter dimittet eos liberos. Si bos cornu percusserit virũ aut mulierẽ ⁊ mortui fuerint. lapidib⁹ ob ruetur ⁊ nõ comedentur carnes ei⁹. dñs quoq3 bo uis inocẽs erit. Q̄d si bos cornupeta fuerit ab heri ⁊ nudiustertius: ⁊ contestati sũt dominum eius: nec recluserit eum. occideritq3 viru3 aut mulierem. ⁊ bos lapidibus obruetur. ⁊ dñm ei⁹ occident. Q̄d si preciũ fuerit ei impositũ. dabit ꝓ aia sua qcqd fuerit postulatus. Filiu3 quoq3

⁊ filiā ſi cornu pcuſſerit: ſiłi ſnīe ſubiacebit. Si
ſeruū ancillāq; iuaſerit: triginta ſiclos argenti
dn̄o dabit: bos ꝟo lapidibus opprimet᷑. Siqs
apuerit ciſternā ⁊ foderit ⁊ nō opuerit eā; ceci
deritq; bos aut aſinus in eā: reddet dn̄s ciſter
ne precium iumētoꝝ. qđ autē mortuū eſt: ipſi⁹
erit. Si bos alienus bouem alterius vulnera/
uerit ⁊ ille mortuus fuerit: vendent bouem vi/
uū ⁊ diuidēt pciū: cadauer autē mortui inter ſe
diſpartient. Si autē ſciebat ꝙ bos cornupeta eſ
ſet ab heri ⁊ nudiuſtertius. ⁊ non cuſtodiuit eū
dominus ſu⁹. reddet bouem pro boue. ⁊ cada/
uer integrum accipiet.

XXII.

SI qs furatus fuerit bouem aut ouem.
⁊ occiderit vel vēdiderit. qnq; boues
ꝓ vno boue reſtituet. ⁊ quattuor oues.
ꝓ vna oue. Si effringens fur domū ſiue ſuffo
diēs fuerit inuent⁹. ⁊ accepto vulnere mortu⁹
fuerit: pcuſſor non erit reus ſanguinis. Quod
ſi horto ſole hoc fecerit. homicidiu; perpetrauit
⁊ ipſe moriat᷑. Si non habuerit qđ ꝓ furto red
dat. ipſe venūdabit᷑. Si inuentū fuerit apud eū
quod furatus eſt viuens ſiue bos ſiue aſin⁹ ſi/
ue ouis. duplū reſtituet. Si leſerit qſpiam agrū
vel vineam. ⁊ dimiſerit iumentū ſuum vt depa
ſcat᷑ aliena: qcqd optimū habuerit in agro ſuo
vel in vinea pro dān̄i eſtimatione reſtituet. Si
egreſſus ignis inuenerit ſpicas ⁊ comprehen/
derit aceruos frugū ſiue ſtantes ſegetes i agriſ
reddet dānū q ignem ſuccenderit. Si qs cōmē
dauerit amico pecuniam aut vas in cuſtodiam
⁊ ab eo q ſuſceperat furto ablata fuerint: ſi inue
nit᷑ fur. duplū reddet. Si latet fur: domin⁹ do/
mus applicabit᷑ ad deos: ⁊ iurabit ꝙ non extē/
derit manū in rem proximi ſui ad perpetrandā
fraudem tam in boue q̄; in aſino ⁊ oue ac veſti
mento. ⁊ qcqd damnū inferre poteſt. Ad deos
vtriuſq; cauſa perueniet. ⁊ ſi illi iudicauerit. du
plū reſtituet proximo ſuo. Si qs cōmendaue/
rit proximo ſuo bouem. aſinū. oue;. ⁊ oē iumē
tū ad cuſtodiā. ⁊ mortuū fuerit. aut debilitatum
vel captū ab hoſtib⁹. nulluſq; hoc viderit iuſ/
iurandū erit in medio ꝙ non extenderit manū
ad rem proximi ſui: ſuſcipietq; dn̄s iuramentū
⁊ ille reddere non coget᷑. Qđ ſi furto ablatum
fuerit reſtituet dānū domio. Si comeſtū a be
ſtia. deferat ad eū qđ occiſū eſt: ⁊ non reſtituet.
Quia ꝓximo ſuo qcq; hoꝝ mutuo poſtulaue/
rit: ⁊ debilitatū aut mortuū fuerit dn̄o non pſen
te: reddere ꝯpellet᷑. Qđ ſi impn̄tiarū dn̄s fuerit
nō reſtituet. maxie ſi ꝯductū venerat ꝓ merce/
de opis ſui. Si ſeduxerit qs ꝟginē needū de/
ſponſatā. dormieritq; cū ea. dotabit eā: ⁊ habe
bit eam vxorem. Si pater virginis dare nolu
erit: reddet pecuniam iuxta modū dotis quam
virgines accipere cōſueuerūt. Maleficos nō
patieris viuere. Qui coierit cū iumento morte
moriat᷑. Qui immolat dijs occidetur: preter do
mino ſoli. Aduenam nō cōtriſtabis: neq; affli
ges eū. Aduene eni ⁊ ipi fuiſtis in terra egy/
pti. Vidue ⁊ pupillo nō nocebitis. Si leſeritiſ
eos. vociferabunt᷑ ad me. ⁊ ego audiam clamo
rē eoꝝ ⁊ idignabit᷑ furor me⁹: percutiāq; vos
gladio ⁊ erūt vxores veſtre vidue: ⁊ filij veſtri
pupilli. Si pecuniam mutuam dederis popu/
lo meo pauperi q habitat tecū. nō vrgebis eum
quaſi exactor: nec vſuris opprimes. Si pign⁹
a ꝓximo tuo acceperis veſtimētū: ante ſolis oc
caſū reddes ei. Ipm̄ eni ē ſolū quo opit᷑ indu/
mētū carnis ei⁹: nec habet aliud in quo dormi
at. Si clamauerit ad me exaudiā eū: q2 miſeri/
cors ſū. Dijs nō detrahes. ⁊ pncipi populi tui
nō maledices. Decimas ⁊ primitias tuas non
tardabis offerre. Primogenitū filioꝝ tuorum
dabis mihi. De bobus q̄; ⁊ ouib⁹ ſimiliter fa/
cies. Septem dieb⁹ ſit cū matre ſua: die octaua
reddes eū mihi. Viri ſancti eritiſ mihi. Carnē
q̄ a beſtijs fuerit pregustata. nō comedetis: ſed
ꝓijcietis canib⁹.

XXIII.

NOn ſuſcipies vocem mendacij: nec iū
ges manū tuā vt ꝓ impio dicas falſu;
teſtimoniū. Non ſequeris turbam ad
faciendū malū: nec in iudicio plurimoꝝ acqui/
eſces ſententie. vt a vero deuies. Pauperiſ q̄;
non miſereberis in iudicio. Si occurreris bo
ui inimici tui. aut aſino errāti: reduc ad eū. Si
videris aſinū odientis te iacere ſub onere. non
pertrāſibis ſed ſubleuabis cū eo. Nō declina/
bis in iudiciū paupis. Mendaciū fugies. In
ſontē ⁊ iuſtū nō occides: q2 aduerſator impiū.
Nec accipies munera: que etiam excecant pru/
dentes. ⁊ ſubuertūt verba iuſtoꝝ. Peregrino
moleſtus non eris. Scitis enim aduenarū ani
mas: q2 ⁊ ipi peregrini fuiſtis in terra egypti.
Sex annis ſeminabis terram tuam ⁊ congre/
gabis fruges ei⁹. Anno autē ſeptimo dimittes
eam ⁊ requieſcere facies: vt comedāt pauperes
populi tui. ⁊ quicquid reliquū fuerit. edant be/
ſtie agri. Ita facies in vinea ⁊ in oliueto tuo.
Sex diebus operaberis. ſeptima die ceſſabis
vt requieſcat bos ⁊ aſinus tuus. ⁊ refrigeretur
filius ancille tue ⁊ aduena. Omnia que dixi vo
bis cuſtodite. ⁊ per nomen externoꝝ deoꝝ nō
iurabitis: neq; audietur ex ore veſtro. Tribus

vicibus per singulos annos mihi festa cele/
bratis. Solẽnitatem quoqȝ azimorum custo/
dies. Septem diebus comedetis azima sicut p̃
cepit tibi tẽpore mensis novorum: quando egres
sus es de egypto. Non apparebis in conspe/
ctu meo vacuus. Et solẽnitatem mensis primi
tivorum operis tui. quecũqȝ seminaveris i agro
solẽnitatem quoqȝ in exitu anni quando cgre
gaveris omnes fruges tuas de agro. Ter i an
no apparebit omne masculinum tuũ coram do
mino deo tuo. Non immolabis super fermen
to sanguinem victime tue: nec remanebit adeps
solẽnitatis mee vsqȝ mane. Primitias frugũ
terre tue deferes in domũ domini dei tui. Nõ
coques hedũ in lacte matris sue. Ecce ego mit
tam angelum meũ qui precedat te ⁊ custodiat i
via: ⁊ introducat in locũ quem preparavi. Ob
serva eum ⁊ audi vocem eius. nec contẽnẽdũ
putes: quia non dimittet cum peccaveris. ⁊ est
nomen meũ in illo. Quod si audieris vocem eiꝰ
⁊ feceris omnia que loquor. inimicus ero ini/
micis tuis. ⁊ affligam affligentes te. Precedet
qȝ te angelus meus. ⁊ introducet te ad amor/
reũ ⁊ etheũ ⁊ phereseum. chananeũqȝ ⁊ eveum
⁊ iebuseũ: quos ego conteram. Non adorabis
deos eorũ: nec coles eos. Non facies opera eo
rũ sed destrues eos. ⁊ confringes statuas eorũ.
Servietisqȝ domino deo vestro: vt benedicaȝ
panibus tuis ⁊ aquis. ⁊ auferã infirmitatẽ de me
dio tui. Non erit infecũda nec sterilis in terra
tua. Numerũ dierũ tuorũ implebo. Terrorem
meũ mittã in precursũ tuũ. ⁊ occidã omnẽ po/
pulũ ad quẽ ingredieris. Cũctorũqȝ inimico/
rũ tuorũ coram te terga vertam: emittens sca/
brones prius qui fugabũt eveũ ⁊ chananeum
⁊ etheũ anteqȝ introeas. Nõ eijciã eos a facie
tua anno vno ne terra in solitudinem redigat
⁊ crescant contra te bestie. Paulatim expellã
eos de conspectu tuo: donec augearis ⁊ possi/
deas terram. Ponam autem terminos tuos a
mari rubro vsqȝ ad mare palestinorum. ⁊ a de
serto vsqȝ ad fluvium. Tradam in manibꝰ ve
stris habitatores terre. ⁊ eijciã eos de conspectu
vestro. Nõ inibis cũ eis fedus. nec cũ dijs eo/
rũ. Nõ habitẽt in terra tua: ne forte peccare te
faciant in me si servieris dijs eorũ. qd tibi certe
erit in scandalũ. XXIIII

Moysi quoqȝ dixit. Ascẽde ad dñm. tu
⁊ aaron. nadab ⁊ abiu. ⁊ septuaginta
senes ex israel. ⁊ adorabitis procul. So
lusqȝ moyses ascendet ad dñm: ⁊ illi nonꝰ ap/
propinquabũt: nec populus ascẽdet cũ eo. Ve
nit ergo moyses: ⁊ narravit plebi omnia verba
dñi atqȝ iudicia. Respõditqȝ ois ppl's vna vo
ce. Omnia verba dñi q̃ locutꝰ ẽ. facię́mꝰ. Scripsit
aũt moyses vniversos sermones dñi. ⁊ mane cõ
surgẽs edificavit altare dño ad radices mõtis
⁊ duodecim titulos per duodecim tribꝰ isrl'. Misit
qȝ iuvenes de filijs israel. ⁊ obtulerũt holocau
sta. immolaveruntqȝ victimas pacificas domino
vitulos duodecim. Tulit itaqȝ moyses dimidi
am partem sanguinis ⁊ misit in crateras. partẽ
aũt residuã fudit super altare. Assumensqȝ vo
lumen federis. legit audiente populo. Qui di/
xerũt. Omnia q̃ locutꝰ ẽ dñs faciemꝰ. ⁊ erimꝰ obe
dientes. Ille vero sũptũ sanguinẽ respersit in
populũ. Et ait. Hic ẽ sanguis federis qd pepi
git dñs vobiscũ: super cunctis sermonibus his.
Ascenderũtqȝ moyses ⁊ aaron nadab ⁊ abiu ⁊
septuaginta de senioribus israel. ⁊ viderũt deũ
isrl'. Sub pedibꝰ eiꝰ quasi opꝰ lapidis sapphy
rini. ⁊ quasi celũ cũ serenũ ẽ. Nec sup eos q procul recesserant de filijs israel. misit manũ suam
Viderũtqȝ deũ. ⁊ comederũt ac biberunt. Di
xit aũt dñs ad moysen. Ascende ad me in mon
tem ⁊ esto ibi: daboqȝ tibi tabulas lapideas et
legem ac mandata que scripsi: vt doceas filios
israel. Surrexerũt moyses ⁊ iosue minister eiꝰ
ascendensqȝ moyses in montem dei senioribus
ait. Expectate hic donec revertamur ad vos.
Habetis aaron ⁊ hur vobiscũ: si quid natũ fu
erit questionis. ⁊ referetis ad eos. Cũqȝ ascen
disset moyses. operuit nubes montem ⁊ habi/
tavit gloria dñi sup synai tegens illũ nube sex
diebꝰ. Septimo aũt die vocavit eũ dñs de me
dio caliginis. Erat autẽ spẽs glorie dñi quasi
ignis ardẽs sup verticẽ montis. in conspectu fi/
liorũ israel. Ingressusqȝ moyses mediũ nebu/
le. ascẽdit in mõtẽ. ⁊ fuit ibi quadraginta diebꝰ
⁊ quadraginta noctibus. XXV

Locutusqȝ est dñs ad moysen dicens.
Loquere filijs israel vt tollãt mihi pri
mitias. Ab oĩ hoĩe q offert vltroneus
accipietis eas. Hec sũt aũt que accipe debetis.
Aurũ ⁊ argẽtũ ⁊ es ⁊ hyacinthũ ⁊ purpuram
coccũqȝ bis tinctũ et byssũ et pilos caprarum et
pelles arietum rubricatas pellesqȝ hyacinthi/
nas et ligna sethim: oleũ ad luminaria concinnã
da. aromata in vnguentũ et thymiamata boni
odoris: lapides onychinos et gemmas ad or/
nandũ ephot et rationale. Facietqȝ mihi scũa/
riũ et habitabo i medio eorũ. iuxta oẽm silitudi
nẽ tabernaculi qd ostẽdã tibi. et oium vasorũ in
cultũ eiꝰ. Sicqȝ facietis illud. Archã de lignis

sethim cõpingite: cuius longitudo hẽat duos
⁊ semis cubitos. latitudo cubitum ⁊ dimidium
altitudo cubitum silr̃iter ac semissem. ⁊ deaura/
bis eã auro mundissimo intus ⁊ foris. Faci/
esqꝫ supra. coronã aureã ꝑ circuitũ. ⁊ quattuor
circulos aureos q̊s pones per quattuor arche
angulos. Duo circuli sunt in latere vno ⁊ duo
in altero. Facies q̊ꝫ vectes de lignis sethim. ⁊
opies eos auro. Inducesqꝫ ꝑ circulos qui sũt
in arche lateribus. ut portẽt i eis. Qui sp̱ erũt
i circulis: nec vnq̃ꝫ extrahent̃ ab eis. Pones
qꝫ in archa testificationẽ quam dabo tibi. Fa/
cies ⁊ ꝓpitiatoriũ de auro mũdissimo. Duos
cubitos ⁊ dimidium tenebit longitudo eius: ⁊
cubitum ac semissem latitudo. Duos q̊ꝫ cheru
bin aureos ⁊ productiles facies ex vtraqꝫ par/
te oraculi. Cherub vnus sit in latere vno. ⁊
alr̃ in altero. Vtrũqꝫ latus propitiatorij tegant
expandentes alas ⁊ operrientes oraculũ: respi
ciantqꝫ se mutuo versis vultibus i ꝓpitiatoriũ.
q̊ opienda ẽ archa: in q̃ pones testimonium qđ
dabo tibi. Inde p̃cipiã ⁊ loquar ad te: supra ꝓ/
pitiatoriũ. s. ac de medio duoꝝ cherubin q erũt
super archã testimonij. cuncta que mandabo ꝑ
te filijs israel. Facies ⁊ mẽsaꝫ de lignis sethim
habentẽ duos cubitos longitudinis: ⁊ in latitu
dine cubitũ. ⁊ in altitudine cubitũ ac semissem:
⁊ inaurabis eaꝫ auro purissimo. Faciesqꝫ illi
labium aureũ per circuitũ: ⁊ ipsi labio coronaꝫ
interrasilem altam quattuor digitis: ⁊ super il/
lam alterã coronam aureolã. Quattuor q̊ꝫ cir/
culos aureos preparabis. ⁊ pones eos in quat
tuor angulis eiusdẽ mẽse per singulos pedes.
Subter coronã erũt circuli aurei: vt mittantur
vectes per eos: ⁊ possit mensa portari. Ipsos
quoqꝫ vectes facies de lignis sethim ⁊ circũda
bis auro ad subuehendam mensam. Parabis
⁊ acetabula ac phialas. thuribula ⁊ cyathos in
quibꝰ offerenda sunt libamina ex auro purissi/
mo. ⁊ pones supra mensam panes propositio/
nis in cõspectu meo semp̱. Facies ⁊ cãdelabrũ
ductile de auro mũdissimo: hastile eius ⁊ cala/
mos cyphos ⁊ sperulas ac lilia ex ipso ꝓcedẽtia
Sex calami egredient̃ de laeribꝰ. tres ex vno
latere: ⁊ tres ex altero. Tres cyphi quasi in nu
cis modũ per calamos singulos. sperulecqꝫ si/
mul ⁊ lilia ⁊ tres similiter cyphi instar nucis in
calamo altero. sperulecqꝫ simul ⁊ lilia. Hoc erit
opus sex calamorum: que producendi sũt de ha
stili. In ipso aũt candelabro erunt quattuor cy
phi in nucis modum: sperule qꝫ per singulos ⁊
lilia. Sperule sub duobus calamis per tria lo/
ca. qui simul sex fiunt ꝓcedentes de hastili vno
⁊ sperule igitur ⁊ calami ex ipso: erunt vniuer
sa ductilia ex auro purissimo. Facies ⁊ lucer/
nas septem: pones eas super candelabrum vt
luceant ex aduerso. Emũctoria quoqꝫ ⁊ vbi ea
que emuncta sunt extinguantur. fiant de auro
purissimo. Omne pondus candelabri cũ vni/
uersis vasis suis habebit talentũ auri purissimi
Inspice ⁊ fac sm̃ exemplar qđ tibi in mõte mõ
stratum est.

XXVI

Tabernaculũ vero ita facies. Decem cor/
tinas de bysso retorta ⁊ hyacintho ac
purpura coccoqꝫ bis tincto variatas o/
pere plumario facies. Longitudo cortine vni
us habebit vigintiocto cubitos: latitudo quattu
or cubitorum erit. Vnius mensure fient vni/
uersa tentoria. Quinqꝫ cortine sibi iungentur
mutuo. ⁊ alie quinqꝫ nexu simili coherebunt.
Ansulas hyacinthinas in lateribus ac sũmita/
tibus facies cortinarum. vt possint inuicem co
pulari. Quinquagenas ansulas cortina habe/
bit in vtraqꝫ parte ita insertas: vt ansa cõtra an
sam veniat: ⁊ altera alteri possit aptari. Facies
⁊ quinquaginta circulos aureos qbꝰ cortinarũ
vela iungenda sunt. vt vnũ tabernaculuꝫ fiat.
Facies ⁊ saga cilicina vndecim. ad operiendũ
tectum tabernaculi. Longitudo sagi vniꝰ habe
bit triginta cubitos. ⁊ latitudo quattuor. Equa
erit mensura sagorũ omniũ. E quibus quinqꝫ
iuges seorsum. ⁊ sex sibi mutuo copulabis. ita
vt sextum sagũ in fronte tecti. duplices. Faci/
es ⁊ quinquaginta ansas in ora sagi vniꝰ vt cõ
iungi cũ altero queant. ⁊ quinquaginta ansas i
ora sagi alterius. vt cum altero copuletur. Fa/
cies ⁊ quinquaginta fibulas eneas quibus iun
gantur anse: vt vnũ ex omnibꝰ operimẽtũ fiat.
Quođ aũt superfuerit in sagis que parant̃ tecto.
i. vnũ sagũ qđ amplius est: ex medietate eiꝰ ope
ries tabernaculi posteriora. ⁊ cubitus ex vna ꝑ
te pendebit. ⁊ alter ex altera qui plus ẽ in sago/
rũ longitudine. vtrũqꝫ latꝰ tabernaculi ꝓtegẽs
Facies ⁊ operimentũ aliud tecto de pellibꝰ arie
tum rubricatis. ⁊ super hoc rursum aliud ope/
rimentũ de hyacinthinis pellibus. Facies ⁊ ta
bulas stantes tabernaculi de lignis sethim: que
singule denos cubitos in longitudine habeãt.
⁊ in latitudine singulos ac semissem. In lateri
bus tabule due incastrature fient quibus tabu/
la alteri tabule cõnectat̃. Atqꝫ in hũc modũ cũ/
cte tabule parabuntur. Quarũ viginti erunt in
latere meridiano qđ vergit ad austrũ: quibus
quadraginta bases argenteas fundes: vt [illegible]

bases singulis tabulis per duos angulos subij ciant. In latere quoque secundo tabernaculi quod vergit ad aquilonem. viginti tabule erunt: quadraginta habentes bases argenteas. bine bases singulis tabulis supponentur. Ad occidentalem vero plagam tabernaculi facies sex tabulas: et rursum alias duas que in angulis erigantur post tergum tabernaculi. Eruntque sibi coniuncte a deorsum usque ad sursum. et una omnes compago retinebit. Duabus quoque tabulis que in angulis ponende sunt: similis iunctura seruabitur. Et erunt simul tabule octo: bases earum argentee sexdecim. duabus basibus per unam tabulam supputatis. Facies et vectes de lignis sethim quinque ad continendas tabulas in uno latere tabernaculi. et quinque alios in altero. et eiusdem numeri ad occidentalem plagam. qui mittentur per medias tabulas: a summo usque ad summum. Ipsas quoque tabulas deaurabis. et fundes in eis annulos aureos per quos vectes tabulata contineant. quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculum iuxta exemplar quod tibi in monte monstratum est. Facies et velum de hyacintho et purpura. coccoque bis tincto et bysso retorta. opere plumario. et pulchra varietate contextum: quod appendes ante quattuor columnas de lignis sethim: que ipse quidem deaurate erunt. et habebunt capita aurea. et bases argenteas. Inseretur autem velum per circulos: intra quod pones archam testimonij: quo et sanctuarium et sanctuarij sanctuaria diuidentur. Pones et propitiatorium super archam testimonij in sancta sanctorum: mensamque extra velum et contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano. Mensa enim stabit in parte aquilonis. Facies et tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho et purpura coccoque bis tincto et bysso retorta opere plumario. et quinque columnas deaurabis lignorum sethim. ante quas ducetur tentorium. quarum erunt capita aurea et bases enee. XXVII

Facies et altare de lignis sethim: quod habebit quinque cubitos in longitudine. et totidem in latitudine. id est quadrum. et tres cubitos in altitudine. Cornua autem per quattuor angulos ex ipso erunt. et operies illud ere. Facies que in usus eius lebetes ad suscipiendos cineres et forcipes atque fuscinulas. et ignium receptacula. Omnia vasa ex ere fabricabis. Craticulamque in modum rethis eneam: per cuius quattuor angulos erunt quattuor annuli enei quos pones subter arulam altaris. Eritque craticula usque ad altaris medium. Facies et vectes altaris de lignis sethim duos. quos operies laminis eneis et induces per circulum. eruntque ex utroque latere altaris ad portandum. Non solidum sed inane et cauum intrinsecus facies illud: sicut tibi in monte monstratum est. Facies et atrium tabernaculi: in cuius australi plaga contra meridiem erunt tentoria de bysso retorta. Centum cubitos unum latus tenebit in longitudine. et columnas viginti cum basibus totidem eneis: que capita cum celaturis suis habebunt argentea. Similiter et in latere aquilonis per longum erunt tentoria centum cubitorum columne viginti. et bases enei eiusdem numeri: et capita earum cum celaturis suis argentea. In latitudine vero atrij quod respicit ad occidentem erunt tentoria per quinquaginta cubitos. et columne decem. basesque totidem. In ea quoque atrij latitudine que respicit ad orientem quinquaginta cubiti erunt. in quibus quindecim cubitorum tentoria lateri uno deputabuntur. columneque tres et bases totidem. et in latere altere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim. columne tres. et bases totidem. In introitu vero atrij fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho et purpura. coccoque bis tincto et bysso retorta. opere plumario. Columnas habebit quattuor cum basibus totidem. Omnes columne atrij per circuitum vestite erunt argenteis laminis: capitibus argenteis et basibus eneis. In longitudine occupabit atrium cubitos centum: in latitudine quinquaginta: altitudo quinque cubitorum erit. Fietque de bysso retorta: et habebit bases eneas. Cuncta vasa tabernaculi in omnes usus et cerimonias tam paxillos eius quam atrij. ex ere facies. Precipe filijs israel ut afferant tibi oleum de arboribus oliuarum purissimum. piloque contusum ut ardeat lucerna semper in tabernaculo testimonij extra velum quod oppansum est testimonio. et collocabunt eam aaron et filij eius. et usque mane luceat coram domino. Perpetuus erit cultus per successiones eorum coram filijs israel. XXVIII

Applica quoque ad te aaron fratrem tuum cum filijs suis de medio filiorum israel ut sacerdotio fungantur mihi. aaron. nadab et abiu. eleazar et ithamar: faciesque vestem sanctam aaron fratri tuo in gloriam et decorem. Et loqueris cunctis sapientibus corde quos repleui spiritu prudentie: ut faciant vestes aaron in quibus sanctificatus ministret mihi. Hec autem erunt vestimenta que facient. Rationale et superhumerale tunicam et lineam strictam. cydarum et baltheum. Facient fratri tuo aaron et filijs eius vestimenta sancta: ut sacerdotio fungantur mihi. Accipientque aurum et hyacinthum et purpu

ram. coccūq3 bis tinctum ꝛ byssum. Faciēt autem superhumerale de auro ꝛ hyacintho ꝛ purpura. coccoq3 bis tincto ꝛ bysso retorta. opere polymito. Duas oras iunctas habebit in vtroq3 latere sūmitatū: vt in vnum redeant. Ipsa quoq3 textura ꝛ cuncta operis varietas erit ex auro ꝛ hyacintho ꝛ purpura. coccoq3 bis tincto ꝛ bysso retorta. Sumesq3 duos lapides onychinos. ꝛ sculpes in eis nomina filiorū israel: sex nomina in lapide vno. ꝛ sex reliqua i altero iuxta ordinem natiuitatis eorum. Opere sculptoris ꝛ celatura gēmarij sculpes eos nominibus filiorum israel. inclusos auro atq3 circūdatos: ꝛ pones in vtroq3 latere superhumeralis. memoriale filijs israel. Portabitq3 aaron nomina eorū coram dn̄o super vtrunq3 humerum: ob recordationem. Facies ꝛ vncinos ex auro: ꝛ duas cathenulas auri purissimi sibi inuicem coherentes: quas inseres vncinis. Rationale q3 iudicij facies opere polymito iuxta texturam superhumeralis: ex auro hyacintho ꝛ purpura. coccoq3 bis tincto ꝛ bysso retorta. Quadrangulū erit ꝛ duplex. Mensuram palmi habebit. tam in longitudine q3 in latitudine. ponesq3 in eo quattuor ordines lapidū. In primo versu erit lapis sardius ꝛ thopacius ꝛ smaragdus. In secundo carbunculus ꝛ saphyrus ꝛ iaspis. In tertio ligurius achates ꝛ amethistus. In quarto chrysolit⁹ onychinus ꝛ berillus. Inclusi auro erunt per ordines suos. habebūtq3 nomina filiorum israel. Duodecim nominib⁹ celabunt singuli lapides nominibus singulorū per duodecim tribus. Facies in rationali cathenas sibi inuicem coherentes ex auro purissimo: ꝛ duos annulos aureos quos pones in vtraq3 rationalis summitate cathenasq3 aureas iunges annulis qui sunt in marginibus eius: ꝛ ipsarū cathenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroq3 latere superhumeralis qđ rationale respicit. Facies ꝛ duos ānulos aureos quos pones i summitatibus rationalis. ꝛ in oris que e regione sunt superhumeralis ꝛ posteriora ei⁹ aspiciunt. nec non ꝛ alios duos annulos aureos qui ponendi sunt in vtroq3 latere superhumeralis deorsum: qđ respicit contra faciē iūcture inferioris vt aptari possit cum superhumerali. ꝛ stringatur rationale annulis suis cū annulis superhumeralis. vita hyacintina vt maneat iunctura fabrefacta. ꝛ a se inuicem rationale ꝛ superhumerale nequeant separari. Portabitq3 aaron nomina filiorum israel in rationali iudicij super pectus suum quando ingredietur sanctuarium: memoriale corā domino i eternū. Pones autē in rationali iudicij doctrinā ꝛ veritatē que erunt in pectore aaron quādo ingredietur corā domino. ꝛ gestabit iudiciū filiorū israel in pectore suo. in conspectu dn̄i semper. Facies ꝛ tunicam superhumeralis totam hyacinthinam in cuius medio supra erit capitium ꝛ ora per gyrū eius textilis: sicut fieri solet i extremis partiū vestibus ne facile rumpant. Deorsum 𝔳o ad pedes eiusdem tunice per circuitum quasi malapunica facies ex hyacitho ꝛ purpura ꝛ cocco bis tincto: ꝛ bysso retorta. mixtis i medio tintinabulis. ita vt tintinabulū sit aureū ꝛ malū punicū: rursūq3 tintinnabulū aliud aureum ꝛ malū punicum. Et vestietur ea aaron in officio ministerij vt audiatur sonitus quādo ingreditur ꝛ egreditur sanctuarium in conspectu domini. ꝛ non moriatur. Facies ꝛ laminam de auro purissimo in qua sculpes opere celatoris sanctū domino. Ligabisq3 eam vitta hyacinthina. ꝛ erit super thyaram imminens fronti pontificis. Portabitq3 aaron iniquitates eorū que obtulerunt ꝛ sanctificauerunt filij israel. in cunctis muneribus ꝛ donarijs suis. Erit autē lamina semper in fronte eius vt placatus sit ei dominus. Stringesq3 tunicam bysso ꝛ thyarā byssinam facies ꝛ baltheum opere plumarij. Porro filijs aaron tunicas lineas parabis ꝛ baltheos ac thyaras in gloriam ꝛ decorem: vestiesq3 his omnibus aaron fratrem tuum ꝛ filios eius cum eo. ꝛ cunctorum consecrabis manus: sanctificabisq3 illos vt sacerdotio fungantur mihi. Facies ꝛ feminalia linea vt operiant carnem turpitudinis sue. a renibus vsq3 ad femora. ꝛ vtentur eis aaron ꝛ filij eius. quando ingredientur tabernaculum testimonij: vel qn̄ appropinquant ad altare vt ministrent in sanctuario: ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum sempiternum erit aaron ꝛ semini ei⁹ post eum.

XXIX

Sed ꝛ hoc facies vt mihi i sacerdotio ꝯsecrent. Tolle vitulū de armēto ꝛ arietes duos imaculatos: panesq3 azimos ꝛ crustulam absq3 fermento que conspersa sint oleo. lagana quoq3 azima. oleo lita. De simila triticea cuncta facies. ꝛ posita in canistro offeres: vitulū aūt ꝛ duos arietes ꝛ aaron ac filios eius applicabis ad ostium tabernaculi testimonij. Cūq3 laueris patrē cum filijs suis aqua indues aaron vestimentis suis. i. linea ꝛ tunica. ꝛ superhumerali ꝛ rationali qđ cōstringes baltheo. ꝛ pones thyaram in capite ei⁹ ꝛ laminā

ſanctam ſuper thyaram. ⁊ oleū vnctionis fun/
des ſuper caput eius. atq; hoc ritu conſecrabit
Filios q; illius applicabis ⁊ indues tunicis li/
neis. cingeſq; baltheo aaron .ſ. ⁊ liberos eius.
⁊ impones eis mitras. erūtq; ſacerdotes mihi
religione perpetua. Poſtq; initiaueris man⁹
eoꝝ. applicabis ⁊ vitulū corā tabernaculo teſti
monij. Imponētq; aaron ⁊ filij eius manus
ſuper caput illius. ⁊ mactabis eū i cōſpectu dn̄i
iuxta oſtium tabernaculi teſtimonij: ſumptūq;
de ſanguine vituli. pones ſuper cornua altaris
digito tuo: reliquū aūt ſanguinem fundens iux
ta baſim eius. Sumes ⁊ adipem totū qui ope/
rit inteſtina ⁊ reticulū iecoris ac duos renes ⁊
adipem qui ſuper eos eſt ⁊ offeres incenſum ſu
per altare. carnes vero vituli ⁊ coriū ⁊ fimū com
bures foris extra caſtra: eo ꝙ pro peccato ſit.
Vnū quoq; arietē ſumes ſuper cui⁹ caput po/
nent aaron ⁊ filij eius manus. quem cū macta
ueris. tolles de ſanguine eius ⁊ fundes circa al
tare: ipſū aūt arietem ſecabis in fruſtra: lotaq;
inteſtina eius ⁊ pedes pones ſuper cōciſas car
nes ⁊ ſuper caput illius. ⁊ offeres totū arietē i
incenſū ſuper altare. Oblatio eſt dn̄o odor ſua
uiſſimus victime dn̄i. Tolles quoq; arietē al
terū ſuper cuius caput aaron ⁊ filij eius ponēt
manus. Quem cū imolaueris. ſumes de ſan/
guine eius ⁊ pones ſuper extremū auricule dex
tre aaron ⁊ filiorum eius. ⁊ ſuper pollices ma/
nus eorum ac pedis dextri. fundeſq; ſanguinē
ſuper altare per circuitū. Cūq; tuleris de ſāgui
ne qui eſt ſuper altare. ⁊ de oleo vnctiōis: aſp/
ges aaron ⁊ veſtes eius filios ⁊ veſtimenta eo
rū. Conſecratiſq; ipſis ⁊ veſtibus. tolles adipē
de ariete ⁊ caudā ⁊ aruinā que operit vitalia. ac
reticulū iecoris ⁊ duos renes atq; adipē qui ſu/
per eos eſt. armūq; dextrū eo q; ſit aries conſe
crationis: tortāq; panis vnius cruſtulam con/
ſperſam oleo. laganum de caniſtro azimorum
qd̄ poſitū eſt in conſpectu domini. poneſq; oīa
ſuper manus aaron ⁊ filioꝝ eius ⁊ ſanctifica/
bis eos: eleuās corā dn̄o. Suſcipieſq; vniuer/
ſa de manib⁹ eoꝝ: ⁊ icēdes ſuper altare in holo
cauſtū odorem ſuauiſſimū in cōſpectu dn̄i. quia
oblatio eius eſt. Sumeſq; pectuſculū de ariete
quo initiatus eſt aaron: ſanctificabiſq; illud ele
uatū coram dn̄o. ⁊ cedet in partem ſuā. Sāctifi
cabiſq; ⁊ pectuſculū conſecratū ⁊ armū quem
de ariete ſeparaſti quo initiatus eſt aaron ⁊ filij
eius. cedentq; in partem aaron ⁊ filiorum ei⁹
iure perpetuo a filijs iſrael: quia primitiua ſunt
⁊ initia de victimis eorum pacificis que offe/
runt dn̄o. Veſtem aūt ſcām q̄ vtetur aaron. ha
bebūt filij ei⁹ p⁹ eū ut vngantur in ea: ⁊ conſe/
crent manus eoꝝ. Septē diebus vtet illa qui
pōtifex pro eo fuerit cōſtitutus de filijs eius. ⁊ q
ingredietur tabernaculū teſtimōij vt miniſtret i
ſāctuario. Arietem aūt cōſecratiōis tolles. ⁊
coques carnes ei⁹ in loco ſcō: qb⁹ veſcet aarō
⁊ filij eius. Panes q; q ſunt i caniſtro in veſti
bulo tabernaculi teſtimonij comedent. ut ſit
placabile ſacrifitiū. ⁊ ſanctificent offerentium
manus. Alienigena nō veſcet ex eis: qa ſancti
ſunt. Qd̄ ſi remāſerit de carnib⁹ cōſecratis ſiue
de panib⁹ vſq; mane. cōbures reliquias igni.
Non comedent: qa ſcificata ſūt. Oīa q̄ precę/
pi tibi facies ſup aaron ⁊ filijs eius. Septem
dieb⁹ cōſecrabis manus eoꝝ ⁊ vitulum pro pctō
offeres p ſingulos dies ad expiandū. Mun/
dabiſq; altare cū immolaueris expiationis ho/
ſtia ⁊ vnges illud i ſcificationē. Septem dieb⁹
expiabis altare ⁊ ſanctificabis. ⁊ erit ſcm̄ ſcōꝝ
Oīs qui tetigerit illud. ſcificabit. hoc eſt qd̄ fa
cies in altari. Agnos anniculos duos per ſin
gulos dies iugit. vnum agnū mane ⁊ alterum
veſpe decimā ptē ſimile cōſperſe oleo tuſo qd̄
hēat mēſurā q̄rtā ptē hin. ⁊ vinū ad libandū
eiuſdem mēſure i agno vno. Alterū vero agnū
offeres ad veſperā. iuxta ritum matutine obla/
tionis: iuxta ea q̄ diximus in odorē ſuauitatis
Sacrificium eſt dn̄o deo oblatione ppetua i ge
nerationes veſtras: ad oſtium tabernaculi
teſtimonij coram dn̄o: vbi cōſtituā ut loq̄r ad
te. Ibiq; pcipiā filijs iſrl̄: ⁊ ſcificabit altare
in gl'ia mea. Scificabo ⁊ tabernaculū teſtimo/
nij cum altari ⁊ aaron cum filijs ſuis: ut ſacer/
dotio fungant mihi. Et habitabo in medio fi/
lioꝝ iſrl̄. eroq; eis deus. ⁊ ſcient quia ego dn̄s
de⁹ eoꝝ q eduxi eos de t'ra egypti. ut manerē
inter illos: ego dn̄s deus ipſoꝝ. XXX

Facies q; altare ad adolendū thymia/
ma de lignis ſethim: habens cubitum
lōgitudinis ⁊ alterum latitudinis. i. q̄/
drāgulum. ⁊ duos cubitos in altitudine. Cor
nua ex ipſo pcedent. veſtieſq; illud auro puriſ
ſimo tā craticulā eius q; parietes per circuitū
⁊ cornua. Facieſq; ei coronam aureolam per
gyrum. ⁊ duos ānulos aureos ſub corona per
ſingula latera: ut mittantur in eos vectes ⁊ alta
re portetur. Ipſos q̄q; vectes facies de lignis
ſethi ⁊ iaurabis. Poneſq; altare cōtra velū quod
āte archā pendet teſtimonij corā ppitiatorio
q̄ tegit teſtimonium: vbi loq̄r tibi: ⁊ adolebit
incenſum ſup eo aaron. ſuaue fragrās. Mane

qñ cōponet lucernas incendet: illud τ quando collocat eas ad vesperꝫ vret thymiama sempitꝰ/ num coram dño in generatiōes vr̄as. Nō offe retis sup eo thymiama ꝯpositōis alteriꝰ nec ob latione τ victimam. nec liba libabitis. Et dep/ cabitur aaron sup cornua eius semel per annū in sanguie qd̄ oblatuꝫ est ꝓ pctō. τ placabit sup eo in generatiōibus vr̄is. Scm̄ scōꝝ erit dño. Locutusq̄ꝫ est dñs ad moysen dicens. Qñ tule ris sūmā filioꝝ isrl' iuxta numeꝝ. dabunt singu li p̄cium ꝓ aiābus suis dño. τ nō erit plaga in eis cū fuerit recēsiti. Hoc aūt dabit ois q trāsit ad nomen: dimidium sicli iuxta mensurā tēpli. Siclus viginti obolos habꝫ. Media pars sicli offeret dño. Qui habet i numero a viginti an nis τ supra dabit p̄ciū. Diues nō addet ad me dium sicli. τ pauper nihil minuet. Susceptāq̄ꝫ pecuniam que collata est a filiis israel trades in vsus tabernaculi testimonij. vt sit monimentū eoꝝ corā dño. τ ꝓpitiet aiābus eoꝝ. Locutus/ q̄ꝫ est dominꝰ ad moysen dicēs. Facies τ labi/ um eneū cū basi sua ad lauandū: ponesq̄ꝫ illud inter tabernaculum testimonij τ altare. Et mis sa aqua. lauabunt in eo aaron τ filij eiꝰ manus suas ac pedes: qñ ingressuri sunt tabernaculuꝫ testimonij: τ qñ accessuri sunt ad altare: vt offe rant in eo thymiama domino: ne forte moriant. Legitimū sempiternū erit ipsi τ semini eiꝰ per successiōes. Locutusq̄ꝫ est dñs ad moysē dicēs Sume tibi aromata prime myrrhe τ electe qn gentos siclos τ cinamomi medium. i. ducentos quinquaginta siclos. calami silr' ducētos qnqua ginta siclos. casie aūt qngentos siclos in ponde re scūarij. oleum de oliuetis mensurā hin. Fa ciesq̄ꝫ vnctionis oleū scm̄. vnguentū ꝯpositum ope vnguentarij. τ vnges ex eo tabernaculum testimonij τ archam testamenti: mensāq̄ꝫ cum vasis suis. candelabruꝫ τ vtensilia eius altaria thymiamatis τ holocausti: τ vniuersam supel/ lectilem q̄ ad cultum eoꝝ ꝑtinet: sanctificabisq̄ꝫ oia. τ erūt scā scōꝝ. Qui tetigerit ea sanctifica/ bit. Aaron τ filios eius vnges: sanctificabisq̄ꝫ eos vt sacerdotio fungant mihi. Filijs quoq̄ꝫ isrl' dices. Hoc oleū vnctiōis scm̄ erit mihi i ge neratiōes vr̄as. Caro hois nō vnget ex eo. τ iuxta ꝯpositiōeꝫ eius nō facietis aliud. qꝛ sancti ficatū est. τ scm̄ erit vobis. Homo qcūq̄ꝫ tale cō posuerit: τ dederit ex eo alieno. exterminabitur de pplo suo. Dixitq̄ꝫ dominꝰ ad moysen. Su/ me tibi aromata stacten. τ onycham. galbanen boni odoris. τ thus lucidissimum. equalis pō/ deris erunt omnia. Faciesq̄ꝫ thymiama cōpo/ situm opere vnguentarij mixtum diligenter et purum τ sanctificatione dignissimum. Cūq̄ꝫ i tenuissimum puluerē vniuersa contuderis. po nes ex eo coram tabernaculo testimonij in quo loco apparebo tibi. Sanctum sanctoꝝ erit vo/ bis thymiama. Talem cōpositionem non faci etis in vsus vestros: qꝛ sanctuꝫ ē dño. Homo qcūq̄ꝫ fecerit simile. vt odore illiꝰ ꝑfruat: peri/ bit de populis suis.

XXXI

Locutusq̄ꝫ est dñs ad moysen dicens. Ecce vocaui ex nomine beselcel filiuꝫ huri filij hur de tribu iuda: τ impleui eū spū dei. sapientia τ intelligentia τ scientia i om ni opere ad excogitandum quicquid fabre fieri potest ex auro τ argento τ ere. marmore τ gē/ mis. τ diuersitate lignorum. Deditq̄ꝫ ei sociuꝫ ooliab filium achisamech de tribu dan. Et in corde hominis eruditi posui sapientiam vt faci ant cuncta que precepit tibi tabernaculum fede ris. τ archam testimonij. τ propitiatorium qd̄ super eam est. τ cuncta vasa tabernaculi men/ samq̄ꝫ τ vasa eius. candelabrum purissimū cū vasis suis. τ altaria thymiamatis τ holocausti τ omnia vasa eorum: labium cum basi sua: ve stes sanctas in ministerio aaron sacerdoti τ fili is eius: vt fungantur officio suo in sacris: oleuꝫ vnctionis τ thymiama aromatum in sanctua/ rio. Omnia que precepi tibi facient. Et locutꝰ est dominus ad moysen dicēs. Loquere filijs israel: τ dices ad eos. Videte vt sabbatum me ium custodiatis: quia signū est inter me τ vos in generationibus vestris: vt sciatis quia ego dñs q sanctifico vos. Custodite sabbatū meū. Sā ctū ē eni vobis. Qui pollucrit illud morte mo riet. Qui fecerit i eo opus peribit aia illiꝰ de me/ dio populi sui. Sex diebꝰ facietis opꝰ: i die septi mo sabbatū ē. requies scā dño. Omis q fecerit opꝰ in hac die. morietur. Custodiāt filij israel sabba/ tū τ celebrēt illud in generatiōibꝰ suis. Pactū ē sempiternū inter me τ filios israel: signūq̄ꝫ ꝑ petuū. Sex enim diebus fecit dñs celū τ terrā. τ in septimo ab omni opere cessauit. Deditq̄ꝫ dñs moysi cōpletis huiuscemodi sermonibus in mōte synai. duas tabulas testimonij lapide/ as: scriptas digito dei.

XXXII

Videns aūt populꝰ q̄ morā faceret moy ses descendendi de monte. ꝯgregatus aduersus aaron: dixit. Surge fac no/ bis deos q nos precedāt. Moysi enim huic vi ro q nos eduxit de terra egypti: ignoramꝰ quid acciderit. Dixitq̄ꝫ ad eos aaron. Tollite inau/ res aureas de vxoꝝ filiorūq̄ꝫ τ filiaꝝ vr̄aꝝ an

ribus. et afferte ad me. Fecit popul⁹ q̄ iusserat deferēs in aures ad aaron. Quas cū ille acce/pisset: formauitq; opere furioso et fecit ex eis vitulū conflatilē. Dixit: Hi sunt dij tui israel qui te eduxerunt de terra egypti. Quod cum vidisset aaron edificauit altare corā eo. et precōis voce clamauit dicens: Cras solēnitas dn̄i ē. Surgentesq; mane obtulerunt holocausta et hostias pacificas. et sedit popul⁹ māducare et bibere et surrexerūt ludere. Locut⁹ ē aūt dn̄s ad moysen dicens. Vade descende. peccauit popul⁹ tuus quem eduxisti de terra egypti. Recesserunt cito de via quam ostendisti eis. Fecerūtq; sibi vitulū conflatilē et adorauerunt. atq; imolātes ei hostias dixerunt: Isti sunt dij tui israel: qui te eduxerunt de terra egypti. Rursūq; ait dn̄s ad moysen: Cerno q᷑ populus iste dure ceruicis sit. Dimitte me vt irascatur furor meus cōtra eos et deleam eos. faciāq; te i gētē magnaz Moyses aūt orabat dn̄m deum suum dicens: Cur dn̄e irascitur furor tuus ꝯ ppl'm tuū quez eduxisti de terra egypti: in fortitudine magna: et in manu robusta. Ne q̄so dicant egyptij: callide eduxit eos vt interficeret in montib⁹: et deleret e terra quiescat ira tua. Et esto placabilis super nequitia populi tui. Recordare abrahaz et isaac et israel seruoꝝ tuoꝝ: quibus iurasti per temetipsum dicens. Multiplicabo semen vestrū sicut stellas celi. et vniuersam terrā hanc de qua locut⁹ sum dabo semini vestro. et possidebitis eā semp. Placatusq; est dn̄s ne faceret malū qd̄ locutus fuerat aduersus populuz suum. Et reuersus est moyses de monte portans duas tabulas testimonij in manu sua. scriptas ex vtraq; parte. et factas opere dn̄i. Scriptura q̄q; dei erat sculpta in tabulis. Audiēs aūt iosue tumultū populi vociferātis dixit ad moysē. Vlulat⁹ pugne auditur in castris. Qui rn̄dit. Non est clamor adhortantiū ad pugnā: neq; vociferatio compellentium ad fugam: sed vocē cantātium ego audio. Cūq; appropinquasset ad castra. vidit vitulū et choros iratusq; valde. proiecit de manu tabulas. et confregit eas ad radicē montis. Arripiensq; vitulum quē fecerant. combussit et contriuit vsq; ad puluerem quē sparsit in aquā. et dedit ex eo potum filijs israel. Dixitq; ad aaron. Quid tibi fecit hic popul⁹: vt induceres super eū peccatum maximū. Cui ille respondit. Ne indignetur dn̄s meus. Tu. n. nosti populū istū q᷑ pronus sit ad malū. Dixerūt mihi. Fac nobis deos qui nos precedant. Huic. n. moysi qui nos eduxit de terra egypti: nescimus quid acciderit. Quib⁹ ego dixi. Quis vestrum habet aurū. Tulerunt et dederunt mihi. et proieci illud in ignem: egressusq; est hic vitulus. Videns ergo moyses populū q᷑ eēt nudatus. spoliauerat enim cū aaron ꝓpter ignominiam sordis et inter hostes nudū cōstituerat et stans in porta castroꝝ ait. Si quis est dn̄i iungat mihi. Congregatiq; sūt ad euz omnes filij leui. Quib⁹ ait: Hec dicit dn̄s deus isrl'. Ponat vir gladiū super femur suū. Ite et redite de porta vsq; ad portā per mediū castroꝝ. et occidat vnusquisq; frēm suū et amicum et proximū suū. Feceruntq; filij leui iuxta sermonem moysi: cecideruntq; in die illo quasi vigintitria milia hominum. Et ait moyses. Cōsecrastis manus vestras hodie domino. vnusquisq; i filio et in fratre suo vt det vobis benedictio. Facto aūt altero die locutus est moyses ad populum. Peccastis peccatū maximū. Ascēdā ad dn̄m: si quo mō quiuero eū deprecari pro scelere vr̄o Reuersusq; ad dn̄m ait: Obsecro. peccauit populus iste peccatū maximū: feceruntq; sibi deos aureos. Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respondit dn̄s. Qui peccauerit mihi delebo eū de libro meo. Tu aūt vade. et duc populū istū quo locutus sum tibi. Angelus meus precedet te. Ego aūt in die vltionis visitabo et hoc peccatū eoꝝ. Percussit aūt dn̄s populū ꝓ reatu vituli quem fecerat aaron.

XXXIII

Locutusq; est dn̄s ad moysen dicens: vade ascende de loco isto tu et ppl's tuus quē eduxisti de terra egypti. in traz quā iuraui abrahā isaac et iacob. dicens semini tuo dabo eam. et mittam percussorē tui angelū: vt eijciā chananeū et āmorreū et etheū et pherezeum et eueū et iebuseū. et intres i terrā fluētē lacte et melle. Nō. n. ascendā tecū: q2 ppl's dure ceruicis ē. ne forte disperdā te i via. Audiēsq; ppl's sermonē hūc pessimum luxit. et nullus ex more indut⁹ est cultu suo. Dixitq; dn̄s ad moysen: Loquere filijs israel. Populus dure ceruicis es. semel ascendā i medio tui et delebo te. Iā nūc depone ornatū tuū vt sciam quid faciaz tibi. Deposuerūt ergo filij israel ornatū suuz a monte oreb. Moyses q̄q; tollēs tabernaculū. tetendit extra castra procul: vocauitq; nomen ei⁹ tabernaculū federis. Et oīs ppl's q habebat aliquā qōnem: egrediebat̄ ad tabernaculū federis extra castra. Cūq; egrederet̄ moyses ad tabernaculū. surgebat vniuersa plebs et stabat vnusquisq; in ostio papylionis sui: respiciebantq;

tergũ moysi donec ingrederet tẽtoriũ. Ingres
so aũt illo tabernaculũ federis: descendebat co/
lũna nubis ⁊ stabat ad ostiũ: loquebaturqꝫ dñs
cũ moyse: cernentibus vniuersis ꝙ colũna nu
bis staret ad ostiũ tabernaculi. Stabãtqꝫ ⁊ ipsi
⁊ adorabant per fores tabernaculoꝝ suoꝝ. Lo
quebat aũt dñs ad moysen a facie ad faciem: si/
cut solet loqui homo ad amicũ suũ. Cũqꝫ ille re
uerteret in castra: minister eius iosue fili⁹ nun
puer non recedebat de tabernaculo. Dixit aũt
moyses ad dñm. Precipis vt educam populũ
istũ ⁊ nõ indicas mihi quẽ missurus sis mecũ: ꝑ
sertim cũ dixeris. noui te ex nomie. ⁊ inuenisti
grãm corã me. Si ergo inueni grãm in ꝯspec/
tu tuo: ostendã mihi faciẽ tuã vt sciam te ⁊ inue
niã grãm añ oculos tuos. Respice populũ tuũ
gentẽ hanc. Dixitqꝫ dñus: Facies mea ꝑcedet
te. ⁊ requiem dabo tibi. Et ait moyses: Si non
tu ipse ꝑcedas. ne educas nos de loco isto. In
quo. n. scire poterim⁹ ego ⁊ ppl's tuus inuenis/
se nos grãm in conspectu tuo. nisi ambulaue/
ris nobiscũ: vt glorificemur ab omnib⁹ popu/
lis qui habitant super terram. Dixit autem dñs
ad moysen: Et verbũ istud quod locut⁹ es faci
am. Inuenisti. n. gratiã coram me. ⁊ teipsum
noui ex noie. Qui ait: Ostende mihi gloriã tu
am. Rñdit. Ego ostendam omne bonũ tibi. ⁊
vocabo in nomine dñi corã te. ⁊ miserebor cui
voluero. ⁊ clemens ero in quem mihi placuerit
Rursũqꝫ ait. Nõ poteris videre faciem meã.
Nõ enim videbit me hõ ⁊ viuet. Et iterũ. Ec/
ce inquit est locus apd me. ⁊ stabis supra petrã
Cũqꝫ transibit gloria mea ponã te in foramine
petre. ⁊ protegã dextera mea donec trãseã. Tol
lãqꝫ manũ meã ⁊ videbis posteriora mea. faci
em aũt meã videre nõ poteris. XXXIIII

Ac deinceps ꝑcide ait tibi duas tabulas
lapideas instar prioꝝ. ⁊ scribam super
eas verba que habuerũt tabule q̃s fre/
gisti. Esto paratus mane. vt ascendas statim i
montẽ synai: stabisqꝫ mecũ super verticẽ mon
tis. Nullus ascendat tecum: nec videatur quis
piam per totũ montẽ: boues q̃qꝫ ⁊ oues non pa
scantur econtra. Excidit ergo duas lapideas q̃
les antea fuerant. ⁊ de nocte consurgẽs ascẽdit
in montẽ synai sicut preceperat ei dñs: portans
secum tabulas. Cũqꝫ descendisset dñs ꝑ nubẽ
stetit moyses cũ eo inuocans nomẽ dñi. Quo
transeũte corã eo. ait: Dñator dñe deus miseri
cors ⁊ clemens. patiens ⁊ multe miseratiõis ac
verax: qui custodis misericordiã in milia. q au
fers iniqtatem ⁊ scelera atqꝫ peccata. nullusqꝫ
apud te per se inocens est. qui reddis iniqtatem
patrũ filijs ac nepotib⁹ in tertiã ⁊ quartã proge
niẽ. Festinusqꝫ moyses curuat⁹ est pron⁹ i ter
ram. ⁊ adorans ait: Si inueni grãm i conspectu
tuo dñe: obsecro vt gradiaris nobiscũ. popul⁹
enim dure ceruicis ẽ: vt auferas iniqtates nr̃as
atqꝫ peccata nosqꝫ possideas. Rñdit domin⁹:
Ego inibo pactũ videntib⁹ cũctis: signa faciam
que nũq̃ visa sunt super terrã: nec in vllis gen
tib⁹. vt cernat popul⁹ iste in cui⁹ es medio. op⁹
dñi terribile qđ factur⁹ sum. Obserua cuncta q̃
hodie mandaui tibi. Ego ipse eijciam añ faciem
tuam ãmoreũ ⁊ chananeũ ⁊ etheũ: pherezeum
quoqꝫ ⁊ eueũ ⁊ iebuseum. Caue ne vnq̃ cũ ha
bitatorib⁹ terre illi⁹ iungas amicitias. q̃ sint tibi
in ruinam: sed ⁊ aras eoꝝ destrue. cõfringe sta
tuas: lucosqꝫ succide. Noli adorare deũ alienũ
Dñs zelotes nomẽ eius: de⁹ est emulator. Ne
ineas pactũ cũ hominib⁹ illaꝝ regionũ: ne cum
fornicati fuerint cũ dijs suis ⁊ adorauerit simu
lacra eoꝝ: vocet te quispiã vt comedas de imo
latis. Nec vxorẽ de filiab⁹ eoꝝ accipies filijs tu
is ne postq̃ ipse fuerint fornicate: fornicari fa/
ciant ⁊ filios tuos in deos suos. Deos conflati
les nõ facies tibi. Solẽnitatem azimoꝝ custo/
dies. Septẽ dieb⁹ vesceris azimis sicut precepi
tibi in tempore mensis nouoꝝ. Mense. n. ver
ni temporis egressus est đ egypto. Oẽ qđ ape
rit vuluã generis masculini. meũ erit. De cun
ctis animantib⁹ tam de bobus q̃ de ouib⁹. me
um erit. Primogenitũ asini redimes oue. Si
aũt nec precium pro eo dederis. occidet. Pri/
mogenitũ filioꝝ tuoꝝ redimes: nec apparebis
in conspectu meo vacuus. Sex diebus opera/
beris: die septimo cessabis arare ⁊ metere. So
lẽnitatem hebdomadarum facies tibi in primi/
tijs frugum messis tue triticee. ⁊ solẽnitatem q̃n
redeunte anni tempore cuncta condunt. Tri/
bus temporibus anni apparebit oẽ masculinũ
tuum. in cõspectu oĩpotẽtis dñi dei israel. Cum
enim tulero gentes a facie tua ⁊ dilatauero ter
minos tuos. nullus insidiabitur terre tue: ascẽ
dente te ⁊ apparente in cõspectu dñi dei tui ter
in anno. Non imolabis super fermẽto sangui
nem hostie mee. neqꝫ residebit mane de victi/
mis solẽnitatis phase. Primitias frugum ter
re tue offeres in domo domini dei tui. Nõ co/
ques hedum in lacte matris sue. Dixitqꝫ domi
nus ad moysen. Scribe tibi verba hec: quibus
⁊ tecum ⁊ cũ israel pepigi fedus. Fuit ergo ibi
cum dño moyses quadraginta dies ⁊ quadra/
ginta noctes. panẽ non comedit ⁊ aquam non

bibit. ⁊ scripsit in tabulis verba federis decē.
Cūq; descenderet moyses de monte synai. te/
nebat duas tabulas lapideas testimōij. ⁊ igno
rabat q cornuta esset facies sua. ex consortio ser
monis domini Videntes aūt aaron ⁊ filij isra/
el cornutā moysi faciem: timuerūt ppe accede/
re. Vocatiq; ab eo reuersi sunt: tā aaron q̄ pn
cipes synagoge. Et postq̄ locutus est ad eos:
venerūt ad eū etiam omnes filij israel. Quib⁹
precepit cuncta que audierat a domino in mon
te synai. Impletisq; sermonibus posuit vela/
men super faciem suam. Qui ingressus ad do
minū ⁊ loquens cū eo auferebat donec exiret.
⁊ tunc loquebatur ad filios israel oīa q̄ sibi fue
rant impata. Qui videbant facie; egredientis
moysi esse cornutā: sed operiebat ille rursus fa
ciē suā: si qn̄ loquebatur ad eos. XXXV

Igitur congregata oī turba filiorū isra
el. dixit ad eos. Hec sunt que iussit do
minus fieri. Sex dieb⁹ facietis opus.
Septim⁹ dies erit vobis scūs: sabbatū ⁊ requi
es dn̄i. Qui fecerit opus in eo. occidetur. Nō
succendetis ignem in oīb⁹ habitaculis vr̄is per
diem sabbati. Et ait moyses ad oēm caterua
filiorū israel. Iste est sermo quem precepit do/
minus dicens. Separate apud vos primitias
dn̄o. Ois voluntarius ⁊ pno aīo offerat eas
dn̄o. Aurum ⁊ argentū ⁊ es: hyacinthū ⁊ pur
puram. coccūq; bis tinctum ⁊ byssum pilos ca
prarū: pellesq; arietum rubricatas ⁊ hyacinthi
nas ligna sethim. ⁊ oleum ad luminaria cōcin
nanda. ⁊ vt conficiatur vnguentum ⁊ thymia
ma suauissimū. lapides onychinos ⁊ gemmas
ad ornatū superhumeralis ⁊ rationalis. Quis
quis vestrū sapiens est. veniat ⁊ faciat qd̄ dn̄s
imperauit tabernaculū. s. ⁊ tectū eius atq; opi
mentū annulos ⁊ tabulata cum vectib⁹. paxil/
los ⁊ bases. archam ⁊ vectes. propitiatorium.
⁊ velum qd̄ ante illud oppandit: mensam cum
vectib⁹ ⁊ vasis ⁊ propositionis panib⁹. cande/
labrum ad luminaria sustentanda. vasa illius ⁊
lucernas ⁊ oleum ad nutrimenta igniū: altare
thymiamatis ⁊ vectes ⁊ oleum vnctiōis ⁊ thy
miama ex aromatib⁹: tentorium ad ostium ta/
bernaculi. altare holocausti ⁊ craticulā ei⁹ ene
am cū vectib⁹ ⁊ vasis suis: labrum ⁊ bases ei⁹.
cortinas atrij cum colūnis ⁊ basibus. tentoriū
in foribus vestibuli. paxillos tabernaculi atrij
cum funiculis suis: vestimenta quorū vsus est i
ministerio sanctuarij: vestes aaron pōtificis ac
filiorū eius vt sacerdotio fungant mihi. Egres
saq; oīs multitudo filiorū isrl̄ de cōspectu moy/
si. obtulerunt mente promptissima atq; deuota
primitias dn̄o. ad faciēdū opus tabernaculi te/
stimonij. Quicquid ad cultū ⁊ ad vestes scās
necessarium erat. viri cum mulieribus prebue
runt. armillas ⁊ in aures annulos ⁊ dextralia.
Omne vas aureum in donaria dn̄i separatū
est. Si quis habebat aurū hyacinthum ⁊ pur/
puram. coccūq; bis tinctū. byssum ⁊ pilos ca/
prarū. pelles arietum rubricatas ⁊ hyacinthi/
nas. argenti ⁊ auri erisq; metalla obtulerūt do
mino: ligna q; sethim in varios vsus. Sed et
mulieres docte que venerāt dederunt hyacin/
tum purpuram ac vermiculū ac byssū ⁊ pilos
caprarū. sponte propria cuncta tribuētes. Prī
cipes xō obtulerūt lapides onychinos. ⁊ gem
mas ad superhumerale ⁊ rationale. aromataq;
⁊ oleū ad luminaria concinnanda ⁊ ad preparan
dum vnguentū ac thymiama odoris suauissi/
mi componendū. Oēs viri ⁊ mulieres mente
deuota obtulerūt donaria vt fierent opera que
iusserat dn̄s per manū moysi. Cunctiq; filij is/
rael voluntaria dn̄o dedicauerūt. Dixitq; moy
ses ad filios israel. Ecce vocauit domin⁹ ex no/
mine beseleel filium huri. filij hur de tribu iuda
impleuitq; cum spiritu dei. sapientia ⁊ itelligē
tia ⁊ scientia ⁊ omni doctrina. ad excogitandū
⁊ faciendū opus in auro ⁊ argento ⁊ ere ⁊ fer/
ro. sculpendisq; lapidib⁹ ⁊ opere carpentario.
Quicquid fabre adinueniri potest: dedit i cor/
de eius. Ooliab quoq; filiū achisamech de tri/
bu dan ambos erudiuit sapia: vt faciant opera
abietarij polymitarij ac plumarij de hyacintho
⁊ purpura: coccoq; bis tincto ⁊ bysso. ⁊ texant
oīa. ac noua queq; reperiant. XXXVI

Fecit ergo beseleel ⁊ ooliab ⁊ oīs vir sa
piens. quibus dedit dominus sapien/
tiam ⁊ intellectum vt scirent fabre ope/
rari que in vsu sanctuarij necessaria sūt. ⁊ que
precepit dominus. Cūq; vocasset eos moyses
⁊ omnem eruditum virum cui dederat domi/
nus sapientiam. ⁊ qui sponte sua obtulerāt se
ad faciendum opus. tradidit eis omnia dona/
ria filiorum israel. Qui cum instarent operi q̄
tidie: mane vota populus offerebat. Vnde ar/
tifices venire compulsi. dixerunt moysi. Plus
offert populus q̄ necessarium est. Iussit ergo
moyses preconis voce cantari. Nec vir nec
mulier quicq; offerat vltra in opere sanctua/
rij. Sicq; cessatum est a muneribus offeren/
dis: eo quod oblata sufficerent ⁊ superabun/
darent. Feceruntq; omnes corde sapientes
ad explendum opus tabernaculi. corti/

nas decem. de bysso retorta et hyacintho et purpura. coccoqꝫ bis tincto. ope vario: et arte polymita: Quarū vna habebat in longitudine viginti octo cubitos. et in latitudine quattuor. Vna mēsura erat oium cortinaꝝ. Coniūxitqꝫ cortias qnqꝫ alterā alteri. et alias qnqꝫ sibi iuicē copulauit. Fecit et ansas hyacinthinas in ora cortine vnius ex vtroqꝫ latere. et in ora cortine alteri⁹ similr ut ɔtra se inuicē venirēt anse et mutuo iūgerēt. Vnde et quinqꝫginta fudit circulos aureos qui morderēt cortinaꝝ ansas et fieret vnum tabernaculum. fecit et saga vndeci de pilis capraꝝ: ad opiendū tectū tabernaculi. Vnum sagum in longitudine habebat cubitos triginta. et in latitudine cubitos quattuor. Vni⁹ mēsure erāt oia saga. Quoꝝ qnqꝫ iūxit seorsum. et sex alia separatim. Fecitqꝫ ansas qnqꝫginta i ora sagi vnius. et qnqꝫginta i ora sagi alterius ut sibi inuicem iungerentur. et fibulas eneas qnqꝫginta quibus necterēt tectū: ut vnū pallium ex oibus sagis fieret. fecit et optorium tabernaculi de pellibus arietū rubricat aliudqꝫ desup velamē de pellibus hyacinthinis. Fecit et tabulas tabernaculi de lignis sethim stantes Decez cubitoꝝ erat longitudo tabule vnius et vnum ac semis cubitū latitudo retinebat Bine incastrature erant p singulas tabulas. ut altera alteri iūgerēt. Sic fecit i oibus tabernaculi tabulis. E quibus vigiti ad plagā meridianā erāt ɔ austrū cū qdragita basib⁹ argenteis. Due bases sub vna tubula ponebant ex vtraqꝫ parte angulorū Vbi incastrature laterū in angulis terminant. Ad plagā qꝫ tabernaculi q respicit ad aqlonē: fecit viginti tabulas cum qdragita basibus argenteis: duas bases p singulas tabulas contra occidētē Vo. i. ad caꝫ ptē tabernaculi que mare respicit: Fecit sex tabulas. et duas alias per singulos angulos tabernaculi retro q iūcte erāt a [illegible] vsqꝫ sursum. et i vnam cōpagē pariter fere[illegible]. Ita fecit ex vtraqꝫ pte p angulos: ut oct[illegible] [illegible]mul tabule et haberent bases argenteas [illegible]: binas. s. bases sub singulis tabulis. [illegible]cit et vectes de lignis sethim qnqꝫ ad ptinendas tabulas vnius lateris tabernaculi. et quinqꝫ alios ad alterius lateris coaptandas tabulas. et [illegible] hos qnqꝫ alios vectes ad occidentalē plagā tabernaculi ɔ mare. Fecit qꝫ vectem alium q p medias tabulas ab angulo vsqꝫ ad angulum pueniret. Ipsa aūt tabulata deaurauit: fusis basibus caꝝ argēteis. Et circulos coꝝ fecit aureos. per qs vectes induci possent: qs et ipsos lamis aureis operuit.

Fecit et velum de hyacintho et purpura. vermiculo ac bysso retorta opere polymitario. variū atqꝫ distinctum: et qttuor colunas de lignis sethim qs cū capitibus deaurauit fusis basibus caꝝ argēteis. Fecit et tētorium i itroitu tabernaculi ex hyacitho purpura vermiculo byssoqꝫ retorta ope plumarij. et colūnas qnqꝫ cū capitibus suis qs opuit auro: basesqꝫ carū fudit eneas quas et opuit auro.

XXXVII

Fecit autē beseleel et archam de lignis sethim habentē duos et semis cubitos in longitudine. et cubitum ac semissem in latitudine: altitudo quoqꝫ vnius cubiti fuit et dimidij. vestiuitqꝫ eam auro purissimo intus et foris. Et fecit illi coronā aureā per gyrū conflans quattuor ānulos aureos per quattuor angulos eius duos annulos in latere vno. et duos in altero. Vectes quoqꝫ fecit de lignis sethi quos vestiuit auro et quos misit in annulos q erant in lateribus arche ad portandum eā. Fecit et propitiatorium. i. oraculū de auro mundissimo duorum cubitorum et dimidij in longitudine. et cubiti ac semis in latitudine. Duos etiaꝫ cherubin ex auro ductili quos posuit ex vtraqꝫ parte propitiarij. cherub vnū i sūmitate vnius partis. et cherub alterū in sūmitate partis alterius. Duos cherubin in singulis sūmitatib⁹ propitiatorij: extendentes alas et tegentes propitiatoriū. seqꝫ mutuo et illud respicientes. Fecit et mensā de lignis sethim in lōgitudine duorum cubitorum. et in latitudine vnius cubiti q habebat in altitudine cubitum et semisem. Circūdeditqꝫ eam auro mundissimo: et fecit illi labium aureū per gyrum: ipsiqꝫ labio coronam aureā intrasilē quattuor digitoꝝ: et super eādē alterā coronā auream. Fudit et quattuor circulos aureos quos posuit in quattuor angulis p singulos pedes mense contra coronā: misitqꝫ in eos vectes vt posset mensa portari ipos quoqꝫ vectes fecit de lignis sethim. et circūdedit eos auro. Et vasa ad diuersos vsus mense: acetabula: phialas et cyathos: et turibula ex auro puro. in quibus offerenda sunt libamina. Fecit et candelabrū ductile de auro mūdissimo. De cuius vecte calami. cyphi. sperulecqꝫ ac lilia procedebant sex in vtroqꝫ latere. Tres calami ex parte vna. et tres ex altera. Tres cyphi i nucis modum per calamos singulos. sperulecqꝫ simul et lilia. et tres cyphi instar nucis in calamo altero sperulecqꝫ simul et lilia. Equū erat opus sex calamorū qui procedebant de stipite candelabri. In ipso autem vecte erant quattuor cyphi i nu

qs inocat. sperulecq3 per singulos τ lilia. τ spe/
rule sub duobꝰ calamis per loca tria. qui simul
sex fiūt calami ꝓcedentes de vecte vno. Et spe
rule igitur τ calami ex ipso erant: vniuersa du
ctilia ex auro purissimo. Fecit τ lucernas septē
cū emunctorijs suis. τ vasa vbi ea que emūcta
sunt extinguantur de auro mundissimo. Talē
tum auri appendebat candelabrū cū omnibus
vas suis. Fecit τ altare thymiamatis de lignis
sethim per quadrū singulos habens cubitos.
τ in altitudine duos: e cuius angulis procede/
bant cornua: vestiuitq3 illud auro purissimo cū
craticula ac parietibus τ cornibus. Fecitq3 ei
coronam aureolam per gyrum: τ duos annu/
los aureos sub corona ꝑ singula latera. vt mit
tanī in eos vectes. τ possit altare portari. Ipos
autem vectes fecit de lignis sethim. τ operuit la
minis aureis. Composuit τ oleū ad sanctifica/
tionis vnguentum. τ thymiamata de aromati
bus mundissimis opere pigmentarij.

XXXVIII

FEcit τ altare holo
causti de lignis sethim: quinq3 cubito
rū per quadrū. τ triū in latitudine cuiꝰ
cornua de angulis ꝓcedebāt. opuitq3 illud la/
minis eneis. Et in vsus eius parauit ex ere va
sa diuersa: lebetes. forcipes. fuscinulas. vnci/
nos τ igniū receptacula. Craticulāq3 eiꝰ in mo
dū rethis fecit eneam. τ subter eā in altaris me
dio arulā fusis quattuor annulis ꝑ totidē retia
culi sūmitates. ad imittendos vectes ad portan
dū. Quos τ ipos fecit de lignis sethim τ ope/
ruit laminis eneis: induxit q3 in circulos q in la
teribus altaris eminebant. Ipm aūt altare nō
erat solidū sed cauū ex tabulatis. τ intus vacuū
Fecit τ labrū eneū cū basi sua de speculis muli
erū. que excubabāt in ostio tabernaculi. Fecit
τ atriū i cuiꝰ australi plaga erāt tētoria de bysso
retorta cubitoꝝ centū: colūne enee viginti cum
basibus suis: capita colūnaꝝ τ tota operis cela
tura argentea. Eque ad septētrionalem plagā
tentoria colūne basesq3. τ capita colūnarū eius/
dem mensure τ operis ac metalli erant. In ea
Vo plaga q̄ ad occidentē respicit. fuerūt tento
ria cubitoꝝ quinquaginta: colūne decem cū ba
sibus suis enee. τ capita colūnarū τ tota operis
celatura argentea. Porro ↄtra orientē qnqua
ginta cubitoꝝ pauit tētoria e qbꝰ quindecim cu
bitos colūnarū triū cum basibus suis vnū tene
bat latus τ in pte altera. q2 inter vtraq3 introi/
tū tabernaculi fecit. quindecim eque cubitoru3
erāt tētoria colūneq3 tres τ bases totidē. Cun
cta atrij tentoria byssus retorta texuerat. Ba/
ses colūnarū fuere enee. capita aūt earū cū cun
ctis celaturis suis argētea: sed τ ipas colūnas
atrij vestiuit argento. Et in introitu eius ope/
re plumario fecit tētoriū ex hyacintho. purpu/
ra. vermiculo ac bysso retorta. qd habebat vi/
ginti cubitos in longitudine. altitudo vero qn
q3 cubitoꝝ erat iuxta mēsurā quā cūcta atrij ten
toria habebant. Colūne autē in ingressu fuere
quattuor cū basibus eneis: capita q3 earū τ cela
ture argentee. Paxillos q̄3 tabernaculi τ atrij
ꝑ gyrū fecit eneos. Hec sūt instrumēta taber
naculi testimonij q̄ enumerata sūt iuxta ꝓceptum
moysi in cerimonijs leuitarum per manū ytha
mar filij aaron sacerdotis q̄ beseleel filius huri
filij hur de tribu iuda. dn̄o ꝑ moysen iubēte cō
pleuerat iūcto sibi socio ooliab filio achisamech
de tribu dan. qui τ ipe artifex lignoꝝ egregius
fuit. τ polymitarius atq3 plumarius ex hyacin
tho. purpura. vermiculo τ bysso. Omne aurꝫ
qd expensū est in opere sanctuarij. τ qd oblatū
est in donarijs. viginti τ nouem talentorum fu
it. τ septingentorum triginta sicloꝝ: ad mensu
ram sanctuarij. Oblatū est aūt ab his q transie
rūt ad numerū a viginti ānis τ supra: de sexcē
tis tribus milibus τ quingentis quinquaginta
armatoꝝ. Fuerūt preterea centū talenta argen
ti: e qbꝰ cōflate sūt bases sanctuarij. τ introitus
vbi velū pendet. Centū bases facte sūt de talen
tis centu3 singulis talentis per bases singulas
supputatis. De mille aūt septingētis: τ septua
gintaqnq3 siclis fecit capita colūnaꝝ q̄s τ ipas
vestiuit argēto. Erisq3 oblata sūt talēta septua
gintaduo milia. τ quadringēti supra sicli: ex q
bus fuse sūt bases in introitu tabernaculi testi/
monij. τ altare eneū cū craticula sua. oīa q3 va/
sa q̄ ad vsū eiꝰ ptinent. τ bases atrij tā in circui/
tu q3 in ingressu eiꝰ. τ paxilli tabernaculi atq3
atrij ꝑ gyrū.

XXXIX

DE hyacintho vero τ purpura vermi/
culo ac bysso fecit vestes: qbꝰ indueret
aaron qn̄ ministrabat in sanctis sicut ꝓ
cepit dn̄s moysi. Fecit igiī superhūerale de au
ro hyacintho τ purpura coccoq3 bis tincto et
bysso retorta ope polymitario. Incidit q3 bra/
cteas aureas: τ extenuauit in fila vt possent tor
queri cū prioꝝ coloꝝ subtegmine: duasq3 oras
sibi inuicem copulatas in vtroq3 latere sūmita
tū. τ baltheū ex eisdem coloribus: sicut precepe
rat dominus moysi. Parauit τ duos lapides
onychinos astrictos τ iclusos auro. τ sculptos
arte gēmaria nominibꝰ filioꝝ israel. Sex noīa
in lapide vno. τ sex in altero. iuxta ordinē nati

nitatis eoꝝ. Posuitq̃ eos ĩ lateribus suphũe/
ralis in monumentũ filioꝝ isrl': sicut preceperat
dñs moysi. Fecit ⁊ rationale ope polymito iux̃
opus suphumeralis. ex auro hyacintho pur/
pura. coccoq̃ bis tincto ⁊ bysso retorta. quadrã
gulũ duplex. mensure palmi. ⁊ posuit in eo gẽ/
maruz ordines quattuor. In primo versu erat
sardius. thopaci⁹. smaragdus. In scdo carbũ
culus. sapphyrus. iaspis. In tertio liguri⁹ acha
thes. amethistus. In quarto chrysolithus. ony
chinus ⁊ berillus: circũdati ⁊ inclusi auro p or
dines suos. Ipsiq̃ lapides duodeci sculpti erãt
noibus duodeciz tribuũ isrl': singuli per nomia
singuloꝝ. Fecerũt in rationali ⁊ cathenulas si/
bi inuicem coherentes de auro purissimo ⁊ duos
vncinos. totidemq̃ annulos aureos. Porro
annulos posuerunt in vtroq̃ latere rationalis
ex quibus penderent due cathene auree quas ĩ
seruerũt vncinis q in superhumeralis angulis
eminebant. Hec ⁊ ante ⁊ retro ita ꝯueniebant
sibi: vt superhumerale ⁊ rationale mutuo ne/
cterent: stricta ad balthéũ ⁊ annulis fortius co/
pulata. quos iungebat vitta hyacinthina ne la/
xa flueret ⁊ a se inuicez mouerent sicut p̃cepit dñs
moysi. Fecerũt quoq̃ tunicã suphumeralis: to
taz hyacinthinã. ⁊ capitiũ ĩ supiori pte ꝯtra me
diũ: orãq̃ p gyrũ capitij textilẽ: deorsuz aũt ad
pedes malapunica ex hyacintho. purpura. ver
miculo ac bysso retorta. ⁊ tintinnabula de auro
purissimo. q̃ posuerũt inter malogranata in ex
trema parte tunice p gyrũ: tintinnabulũ autem
aureũ ⁊ malũpunicũ: qbus ornatus incedebat
põtifex qñ ministerio fungebat: sicut p̃cepit dñs
moysi. Fecerunt ⁊ tunicas byssinas opere tex/
tili aaron ⁊ filijs ei⁹. ⁊ mitras cũ coronulis suis
ex bysso. feminalia quoq̃ linea byssina. cingu
lum vo de bysso retorta: hyacintho. purpura
ac vmiculo distinctum arte plumaria sicut p̃ce
perat dñs moysi. Fecerũt ⁊ laminã sacre vene/
ratiõis de auro purissimo: scripserũtq̃ ĩ ea ope
re gẽmario sanctũ dñi. ⁊ strinxeruut eam cũ mi
tra vitta hyacinthina. sicut preceperat dominus
moysi. perfectũ ẽ igit oẽ opus tabernaculi ⁊ te
cti testimonij. Fecerũtq̃ filij isrl' cũcta q̃ p̃cepe
rat dñs moysi. ⁊ obtulerũt tabernaculum ⁊ te/
ctum. ⁊ vniuersam suppellectilẽ. annulos. ta/
bulas. vectes. colũnas ac bases. opertorium de
pellibus arietũ rubricatis. ⁊ aliud operimentũ
de hyacinthinis pellibus: velũ archam. vectes
ꝓpitiatoriũ. mensam cũ vasis suis ⁊ ꝓpositio/
nis panibus. candelabrum. lucernas. ⁊ vtensi
lia earũ cũ oleo. altare aureum ⁊ vnguentum ⁊
thymiama ex aromatibus. ⁊ tentorium in in/
troitu tabernaculi. altare eneum. retiaculũ ve/
ctes ⁊ vasa eius omnia labrum cum basi suo: tẽ
toria atrij ⁊ columnas cum basibus suis. tento
rium in introitu atrij funiculosq̃ illius ⁊ paxil
los. Nihil ex vasis defuit que in ministerium
tabernaculi ⁊ in tectum federis iussa sunt fieri.
Vestes quoq̃ quibus sacerdotes vtuntur in
sanctuario. aaron. s. ⁊ filij eius. obtulerunt filij
israel. sicut preceperat dominus. Que postq̃
moyses cuncta vidit completa. benedixit eis.

XL

Locutusq̃ est do
minus ad moysen dicens. Mense pri
mo prima die mensis. eriges taberna/
culum testimonij. ⁊ pones in eo archaz. dimit
teq̃ ante illam velum. ⁊ illata mensa pones su
per eam que rite precepta sunt. Candelabrum
stabit cum lucernis suis. ⁊ altare aureum ĩ quo
adoletur incensũ: coram archa testimonij. Tẽ/
torium in introitu tabernaculi pones. ⁊ ante il
lud altare holocausti. Labruz int altare ⁊ taber
naculum: quod implebis aqua. Circundabis/
q̃ atrium tentorijs ⁊ ingressum eius. Et assũ/
pto vnctionis oleo vnges tabernaculum cum
vasis suis: vt sanctificentur altare holocausti ⁊
omnia vasa eius: labrum cum basi sua. Om/
nia vnctiõis oleo consecrabis vt sint sancta san
ctorum. Applicabisq̃ aaron ⁊ filios eius ad fo
res tabernaculi testimonij. ⁊ lotos aqua indu/
es sanctis vestibus vt ministrẽt mihi: ⁊ vnctio
eorum in sacerdotium sempiternum proficiat.
Fecitq̃ moyses omnia que preceperat domi/
nus. Igitur mense primo anni secundi. prima
die mensis. collocatum est tabernaculum. Ere
xitq̃ moyses illud ⁊ posuit tabulas. ac bases ⁊
vectes: statuitq̃ columnas ⁊ expandit tectũ su
per tabernaculum. imposito desuper operimẽ
to: sicut dominus imperauerat. Posuit ⁊ testi
monium in archa. subditis infra vectibus. et
oraculum desuper. Cumq̃ intulisset archam in
tabernaculum testimonij. appendit ante eã ve
lũ vt expleret domini iussionem. Posuit ⁊ mẽ
sam in tabernaculo testimonij ad plagam septẽ
trionalem extra velum: ordinatis coram ꝓpo/
sitionis panibus: sicut preceperat domin⁹ moy
si. Posuit ⁊ candelabrum in tabernaculo testi
monij e regione mense in parte australi: locatis
per ordinem lucernis iuxta preceptũ domini.
Posuit ⁊ altare aureũ sub tecto testimonij con
tra velũ. et adoleuit super eo incensũ aromatũ:
sicut iusserat dominus moysi. Posuit et tento
rium in introitu tabernaculi et altare holocau/

sti in vestibulo testimonij: offerens in eo holo
caustum et sacrificia vt dominus imperauerat
Labrum quoqz statuit inter tabernaculuz testi
monij et altare implens illud aqua: laueruntqz
in eo moyses et aaron ac filij eius manus su/
as et pedes cum ingrederentur tectū federis.
et accederent ad altare: sicut preceperat domi/
nus moysi. Erexit et atrium per gyrum taber
naculi et altaris: ducto in introitu eius tētorio
Postqz omnia perfecta sunt operuit nubes ta
bernaculum testimonij: et gloria domini imple
uit illud. Nec poterat moyses ingredi tectū fe/
deris nube operiēte omnia: et maiestate domi
ni coruscante quia cuncta nubes operuerat. Si
quando nubes tabernaculū deserebat: ꝓficis/
cebant filij israel per turmas suas. Si pende/
bat desuper: manebāt in eodem loco. Nubes
quippe domini incubabat per diē tabernaculo
et ignis in nocte: videntibꝰ cunctis pplis israel
per cūctas mansiones suas.

¶ Explicit liber exodi. Incipit vaie
cra. i. liber leuiticus. Capitulū I

VOcauit autem
moysen. et locutus ē ei domi
nus de tabernaculo testimo/
nij dicēs. Loquere filijs isra
el. et dices ad eos. Homo q
obtulerit ex vobis hostiam domino de pecori/
bus. i. de bobus et ouibus offerens victimas:
si holocaustum fuerit eius oblatio ac de armē
to. masculum immaculatum offeret ad hostiuz
tabernaculi testimonij ad placandum sibi do/
minuz. Ponetqz super caput hostie manus et
acceptabilis erit: atqz in expiationem eius ꝓfi
ciens. Immolauitqz vitulum coram domino
et offerent filij aaron sacerdotis sanguinem eiꝰ
fundentes per altaris circuitum: quod est ante
ostiuz tabernaculi. Detractaqz pelle hostie. ar
tus in frustra concident: et subijcient in altari.
ignem strue lignorum ante composita et mem
bra que sunt cesa desuper ordinantes. caput vi
delicet et cuncta que adherent iecori. intestinis
et pedibus lotis aqua: adolebitqz ea sacerdos
super altare in holocaustuz et suauem odorem
domino. Qd si de pecoribus oblatio est de oui
bus siue de capris holocaustum: agnū annicu
luz et absqz macula offeret: immolabitqz ad la
tus altaris qd respicit ad aquilonem coram do
mino. Sanguinez vero illiꝰ fundēt sup altare
filij aaron p circuitū: diuidentqz mēbra. caput
et omnia q̄ adherēt iecori. et imponēt super li/
gna qbꝰ subijciendus est ignis. Intestina vo
et pedes lauabūt aqua. et oblata oīa adolebit sa
cerdos sup altare i holocaustū ꝛ odorē suauissi
mū dn̄o. Si āt de auibꝰ holocausti oblatio fue/
rit dn̄o. de turturibꝰ et pull' colūbe offeret eā sa
cerdos ad altare et retorto ad collū capite. ac ru
pto vulner' loco. decurrē faciet sanguinē sup
crepidinē altar'. vesiculam vo guttur' ꝛ plu
mas ꝓijciet ꝓpe altare ad orīetalē plagā. in lo
co i q̄ cineres effūdi solēt. Cōfringetqz ascellas
eiꝰ: et nō secabit: neqz ferro diuidet eā. et adole
bit sup altare lignis igne supposito. Holocau
stū ē ꝛ oblatio suauissimo odoris dn̄o. II

ANima cū obtulerit oblationē sacrificij
dn̄o: simila erit eiꝰ oblatio. Fundetqz
sup eā oleū. ꝛ ponet thus ac deferet ad
filios aaron sacerdot'. Quoꝝ vnꝰ tollet pugil
lū plenū simile ꝛ olei ac totū thus. ꝛ ponet me/
moriale sup altare in odorē suauissimum dn̄o.
Qd aūt reliquū fuerit de sacrificio. erit aaron ꝛ
filioꝝ eiꝰ scm̄ scōꝝ de oblatiōibꝰ dn̄o. Cū autē
obtuleris sacrificiū coctum in clibano de simila
panes. s. absqz fermēto ꝯspsos oleo: ꝛ lagana
azima oleo lita: si oblatio tua fuerit de sartagie
simile ꝯsperse oleo ꝛ absqz fermēto: diuides eā
minutatim ꝛ fūdes sup eā oleū. Si aūt de crati
cula fuerit sacrificiū: eq simila oleo ꝯspget: quā
offerēs dn̄o. trades manibꝰ sacerdot'. Qui cū
obtulerit eam. tollet memoriale de sacrificio: ꝛ
adolebit super altare in odorem suauitatis dn̄o
Quicquid aūt reliquū ē. erit aaron ꝛ filioꝝ eiꝰ
sanctū scōꝝ de oblatiōibꝰ dn̄i. Ois oblatio quī
offert' dn̄o absqz fermēto fiet. nec qcq̄ fermen
ti ac mellis adolebit' i sacrificio dn̄i. Primitias
tm̄ eoꝝ offeretis ac munera: sup altare vo nō
imponent' in odorē suauitatis. Quicqd obtu/
leris sacrificij sale cōdies: nec auferes sal fede/
ris dei tui de sacrificio tuo. In oī oblatiōe offe
res sal. Si autem obtuleris munus p̄mitiaruz
frugū tuarū dn̄o. de spicis adhuc virentibus:
torrebis eas igni: ꝛ confringes in morē farris
ꝛ sic offeres p̄mitias tuas dn̄o. fūdēs super ea
oleū. ꝛ thus imponēs: quia oblatio dn̄i est: de
qua adolebit sacerdos in memoriam muneris
ptē farris fracti: ꝛ olei ac totū thus. III

QVod si hostia pacificorum fuerit eius
oblatio: ꝛ de bobus voluerit offerre.
marem siue feminam: imaculata offe/
ret coram domino. Ponetqz manū super ca/
put victime sue. que imolabit' in introitu taber
naculi. Fūdentqz filij aaron sacerdotis sangui
nē p altaris circuitū. ꝛ offerent de hostia pacifi

corum in oblatiōe dño adipem qui operit vita/
lia. ⁊ qcqd pinguedinis est intrinsecus. duos re
nes cū adipe quo tegunt ilia: ⁊ reticulū iecoris
cū renunculis: adolebuntq̄ ea sup altare i holo
caustum lignis igne supposito in oblationē sua
uissimi odoris domino. Si vo de ouibus fue/
rit eius oblatio ⁊ pacificoꝝ hostia: siue masculū
obtulerit siue feminam: imaculata erūt omnia.
Si agnū obtulerit corā dño: ponet manum suā
super caput victime sue: que immolabit in ve/
stibulo tabernaculi testimonij. Fundentq̄ filij
aaron sanguinē eius per circuitū altaris. ⁊ offe
rent de pacificorū hostia sacrificiū domino. adi
pē ⁊ caudā totā cū renibus. ⁊ piguedinē q̄ ope
rit ventrē atq̄ vniuersa vitalia. ⁊ vtrūq̄ renū
culū cū adipe q̄ ē iuxta ilia: reticulūq̄ iecoris cū
renūculis. ⁊ adolebit ea sacerdos super altare i
pabulum ignis ⁊ oblationis dñi. Si capra fue/
rit eius oblatio ⁊ obtulerit eam domino: ponet
manum suam super caput ei⁹: imolabitq̄ eam
in introitu tabernaculi testimonij: ⁊ fundēt filij
aaron sanguinē eius p altaris circuitū: tollētq̄
ex ea in pastū ignis dominici adipem q̄ opit vē
trem ⁊ q̄ tegit vniuersa vitalia. duos renuncu/
los cū reticulo qd est super eos iuxta ilia. ⁊ arui
nam iecoris cum renunculis: adolebitq̄ ea sup
altare sacerdos i alimoniam ignis ⁊ suauissimi
odoris. Omnis adeps dñi erit iure ppetuo i gene
ratiōib⁹ ⁊ cūctis habitaculis vr̄is: nec sanguinē
nec adipē omnino comedetis. IIII.

Locutusq̄ est dñs ad moysen dicens:
Loquere filijs israel. Aia q̄ peccauerit
p ignorantiā. ⁊ de vniuersis mandatis
dñi q̄ pcepit vt nō fierent. qppiam fecerit. si sa/
cerdos q̄ vnctus est peccauerit delinquere faci/
ens pplm. offeret p pctō suo vitulum imacula
tū dño. Et adducet illū ad ostiū tabernaculi te
stimonij corā dño: ponetq̄ manū super caput
eius. ⁊ imolabit eū dño. Hauriet quoq̄ de sā
guine vituli inferēs illū in tabernaculū testimo
nij. Cūq̄ intinxerit digitū in sanguinē. aspget
cū septies corā dño. ↄtra velū scuarij. Ponet
q̄ de eodem sanguine super cornua altaris thy
miamatis gratissimi dño. qd est in tabernaculo
testimonij. Omnē aūt reliquū sanguinem fun/
det in basim altaris holocausti in itroitu taber/
naculi. Et adipē vituli offeret p pctō. tam eū q̄
vitalia opit q̄ oia q̄ intrinsecus sūt. duos renū
culos ⁊ reticulū qd est supra eos iuxta ilia. ⁊ adi
pem iecoris cū renunculis. sicut offert de vitu
lo hostie pacificoꝝ. ⁊ adolebit ea super altare ho
locausti. Pellem vero ⁊ oēs carnes cū capite
⁊ pedibus ⁊ intestinis ⁊ fimo ⁊ reliquo corpo/
re. efferet extra castra in locū mundū vbi cine/
res effundi solent: incendetq̄ ea sup lignorum
struem: q̄ in loco effusoꝝ cinerū cremabuntur
Qd si ois turba filioꝝ israel ignorauerit ⁊ pi/
pitiā fecerit qd ↄ mādatū dñi ē. ⁊ postea itelle/
xerit peccatū suū: offeret p pctō suo vitulū. Ad
ducetq̄ eū ad ostiū tabernaculi. ⁊ ponēt senio
res populi man⁹ sup caput ei⁹ corā dño. Im/
molatoq̄ vitulo i ↄspectu dñi. inferet sacerdos
q̄ vnctus ē de sanguine ei⁹ in tabernaculū testi
monij: tincto digito aspgens septies ↄtra velū
Ponetq̄ de eodē sanguine i cornibus altaris
qd ē corā dño in tabernaculo testimonij. Reli
quū aūt sanguinē fūdet iuxta basim altaris ho/
locaustoꝝ. qd ē in ostio tabernaculi testimonij
Omnēq̄ ei⁹ adipē tollet ⁊ adolebit super alta/
re sic faciēs ⁊ de hoc vitulo quō fecit ⁊ prius. ⁊
rogāte p eis sacerdote ppiti⁹ erit ei dñs. Ipm
aūt vitulū efferet extra castra atq̄ cōburet sicut
⁊ priorem vitulū. q2 ē p peccato multitudinis.
Si peccauerit pnceps ⁊ fecerit vnū e pluribus
p ignorantiā qd dñi lege phibet. ⁊ postea intel
lexerit peccatū suū: offeret hostiā dño hircum d
capris imaculatum: ponetq̄ manū suā super
caput eius. Cūq̄ imolauerit eū in loco vbi so/
let mactari holocaustū corā domino q2 p pecca
to est. tinget sacerdos digitū in sanguine hostie
p peccato tangens cornua altaris holocausti ⁊
reliquū fundens ad basim eius: adipē vo ado
lebit supra. sicut in victimis pacificoꝝ fieri so/
let. Rogabitq̄ p eo sacerdos ⁊ p peccato eius
⁊ dimittet ei. Qd si peccauerit aia p ignorātiā
de populo terre vt faciat qcq̄ de his q̄ dñi lege
phibent atq̄ delinquat ⁊ cognouerit pctm̄ suū
offeret caprā imaculatā: ponetq̄ man⁹ sup ca/
put hostie q̄ p pctō ē. ⁊ imolabit eā in loco ho/
locausti. Tolletq̄ sacerdos de sanguine in di/
gito suo: ⁊ tangēs cornua altaris holocausti re
liquū fundet ad basim ei⁹. Omnē aūt adipē au/
ferēs. sicut auferri solet de victimis pacificoꝝ.
adolebit sup altare in odorē suauitatis dño: ro
gabitq̄ p eo ⁊ dimittet ei. Si aūt de pecoribus
obtulerit victimā p pctō. ouē. s. imaculatā. po
net manū sup caput eius ⁊ imolabit eā in loco
vbi solēt cedi holocaustoꝝ hostie. Sumetq̄ sa
cerdos de sanguine ei⁹ digito suo. ⁊ tangēs cor
nua altaris holocausti. reliquū fūdet ad basim
eius. Omnē quoq̄ adipē auferēs. sicut auferri
solet adeps arietis q̄ imolat p pacificis: crema
bit sup altare incensū dñi. rogabitq̄ p eo ⁊ p
peccato ei⁹ ⁊ dimittet ei. V

SI peccauerit anima ⁊ audierit vocē iu
rantis. testisq̄ʒ fuerit: ꝙ ipse vidit: aut
conscius est: nisi indicauerit portabit i
niquitatem suam. Anima que tetigerit aliquid i
mundū. siue quod occisuʒ a bestia est aut per se
mortuū aut quodlibet aliud reptile. ⁊ oblita fu
erit imundicie sue. rea est. ⁊ deliquit. ⁊ si tetige
rit qcq̄ʒ de imūdicia hoīs iuxta omnē ipuritatē
q̄ pollui solet. oblitaq̄ʒ cognouerit postea subia
cebit delicto. Anima q̄ iurauerit ⁊ ꝓtulerit la/
bijs suis vt vel male quid faceret. vl' bene ⁊ nō
fecerit. ⁊ idipm̄ iuramento ⁊ ſmone firmaue/
rit oblitaq̄ʒ postea intellexerit delictū suū: agat
pniam ꝓ peccato. ⁊ offerat de gregib⁹ agnā si/
ue caprā: orabitq̄ʒ ꝓ ea sacerdos ⁊ ꝓ peccatis
eius. Sin aūt nō potuerit offerre pec⁹: offerat
duos turtures vel duos pullos colūbarū dn̄o.
vnū ꝓ peccato. ⁊ alterū in holocaustū. dabitq̄ʒ
eos sacerdoti: qui ꝑmū offerēs ꝓ pctō. retorq̄
bit caput ei⁹ ad pēnulas. ita vt collo adhereat ⁊
nō penitus abrumpat᷑. ⁊ asperget de sanguine
eius parietem altaris. Quicqd aūt reliquū fue
rit faciet distillare ad fundamentū eius: q2 pro
pctō est. Alterū vero in holocaustum adolebit
vt fieri solet: rogabitq̄ʒ ꝓ eo sacerdos ⁊ ꝓ pec
cato ei⁹ ⁊ dimittet᷑ ei. Qd' si nō querit man⁹ ei⁹
duos offerre turtures: aut duos pullos colum
barū: offeret ꝓ pctō suo simile ꝑtē ephi decimā
Nō mittet in eā oleum nec thuris aliquid im/
ponet. quia ꝓ pctō est: tradetq̄ʒ eā sacerdoti. q
plenuʒ ex ea pugillū hauriens cremabit super
altare in monimentum ei⁹ q obtulerit. rogās ꝓ
illo ⁊ expiās. reliquā vero partem ipse habebit
in munere. Locutusq̄ʒ ē domin⁹ ad moysen di
cens. Anima si preuaricās cerimonias ꝑ erro
rē in his q̄ dn̄o sunt sanctificata peccauerit offe
ret ꝓ delicto suo arietem imaculatū de gregib⁹
q emi potest duob⁹ siclis iuxta pōdus sanctua/
rij. ipmq̄ʒ qd' intulit dāni restituet. ⁊ qntā pteʒ
ponet supra tradēs sacerdoti q rogabit ꝓ eo of
ferens arietē. ⁊ dimittet᷑ ei. Aia q̄ peccauerit ꝑ
ignorantiā feceritq̄ʒ vnū ex his q̄ dn̄i lege ꝓhi
bent᷑. ⁊ peccati rea itellexerit iniqtatē suā: offe
ret arietē imaculatū de gregib⁹ sacerdoti iuxta
mensuram estimationēq̄ʒ peccati: q orabit ꝓ eo
q2 nesciens fecerit. ⁊ dimittet᷑ ei q2 per errorem
deliquit in dominū.

VI

LOcutusq̄ʒ est dn̄s ad moysen dicens.
Anima q̄ peccauerit. ⁊ ɔtēpta dn̄o ne
gauerit primo suo depositum. qd' fidei
eius creditū fuerat vel vi aliquid extorserit: aut
calūniā fecerit. siue rem perditam inuenerit. ⁊
inficiās insuper peierauerit. ⁊ quodlibet aliud
ex pluribus fecerit in quibus solent peccare ho
mines reddet omnia q̄ per fraudem voluit ob
tinere integra. ⁊ qntā insuper partē dn̄o cui dā
nū intulerat. Pro peccato aūt suo offeret arie/
tē imaculatū de grege. ⁊ dabit cū sacerdoti iux
estimationeʒ mensuramq̄ʒ delicti: qui regabit
ꝓ eo coram domino. ⁊ dimittet᷑ illi ꝓ singulis
que faciēdo peccauit. Locutusq̄ʒ ē dn̄s ad moy
sen dicens. Precipe aaron ⁊ filijs eius. Hec
est lex holocausti. Cremabit᷑ in altari tota nocte
vsq̄ʒ mane. Ignis ex eodē altari erit. Vestiet᷑
tunica sacerdos ⁊ feminalib⁹ lineis. tolletq̄ʒ ci
neres quos vorans ignis exussit. ⁊ ponens iu
xta altare spoliabit᷑ ꝑoribus vestimentis. indu
tusq̄ʒ alijs efferet eos extra castra. ⁊ in loco mū/
dissimo vsq̄ʒ ad fauillā cōsumi faciet. Ignis au
tē in altari semꝑ ardebit quē nutriet sacerdos:
subijciens ligna mane per singulos dies. ⁊ i/
posito holocausto desuꝑ. adipes adolebit paci/
ficoꝝ. Ignis est iste ꝑpetuus: q nunq̄ʒ deficiet
i altari. Hec ē lex sacrificij ⁊ libamētoꝝ q̄ offe
rent filij aaron corā dn̄o ⁊ coram altari. Tollet
sacerdos pugillū simile q̄ cōspersa est oleo. ⁊ to
tū thus qd' suꝑ similā est: adolebitq̄ʒ illud in al
tari in monimentū odoris suauissimi domino.
Reliquā aūt partē simile comedet aaron cū fi/
lijs suis absq̄ʒ fermento. ⁊ comedet in loco san
cto in atrio tabernaculi. Ideo aūt nō fermenta
bit᷑. q2 ps ei⁹ i dn̄io offert᷑ incensū. Sāctū sctōꝝ
erit sicut ꝓ pctō atq̄ʒ delicto. Mares tm̄ stirpis
aaron comedēt illud. Legitimū ac sempiternū
erit in generatiōib⁹ vr̄is d' sacrificijs dn̄i. Ois
q tetigerit illa sanctificabit᷑. Locutusq̄ʒ est dn̄s
ad moysen dicens. Hec ē oblatio aaron ⁊ filio
rū ei⁹: quā offerre debēt dn̄o i die vnctiōis sue
Decimaʒ partē ephi offerēt simile in sacrificio
sempiterno. Mediū ei⁹ māe ⁊ mediū ei⁹ vesꝑe
q̄ i sartagine oleo cōsꝑsa friget᷑. Offeret aūt eā
calidā in odorē suauissimū dn̄o. sacerdos q iu/
re patri successerit: ⁊ tota cremabit᷑ i altari. Oē
enī sacrificiū sacerdotū igne cōsumet᷑. nec qsq̄ʒ
comedet ex eo. Locutus est aūt dn̄s ad moysen
dicēs. Loquere aaron ⁊ filijs eius. Ista est lex
hostie ꝓ peccato. In loco vbi offert᷑ holocau/
stū: imolabit᷑ corā dn̄o. Sanctū scōꝝ ē. Sacer
dos q offert comedet eam in loco scō in atrio ta
bernaculi. Quicqd tetigerit carnes ei⁹ sanctifi
cabit᷑. Si de sanguine illi⁹ vestis fuerit aspꝑsa la
uabit᷑ in loco scō. Vas aūt fictile in quo cocta ē
cōfringet᷑. Qd' si vas eneū fuerit. defricabit᷑ et
lauabit᷑ aqua. Ois masculus de genere sacer/

dotali vescet de carnibus eius: q2 scm̄ sanctorū est. Hostia. n. q cedit p pctō: cuius sanguis infert in tabernaculū testimonij ad expiandū i sāctuario: nō comedet. sed 9buret igni. VII

hEc quoqꝫ est lex hostie p delicto. Scā scōꝝ ē. Iccirco vbi imolabit holocaustū: mactabit ꝛ victima pro delicto. Sāguis eius per gyrum altaris fundet. Offerent ex ea caudā ꝛ adipeꝫ qui operit vitalia: duos renūculos ꝛ pinguedinē q iuxta ilia est reticulum qꝫ iecoris cū renunculis: ꝛ adolebit ea sacerdos super altare. Incensum est dñi p delicto. Ois masculus de sacerdotali genere i loco scō vescetur his carnibus: q2 scm̄ scōꝝ est. Sicut p pctō offert hostia: ita ꝛ pro delicto. Vtriusqꝫ hostie lex vna erit. Ad sacerdotē q eā obtulerit ptinebit. Sacerdos q offert holocausti victimam: habebit pellē ei9. Et oē sacrificiū simile qd coquit in clibano. quicqd in craticula vel in sartagine pparat. eius erit sacerdotis a quo offertur: siue oleo 9spsa siue arida fuerit. Cūctis filijs aaron mēsura eq p singulos diuidet. Hec est lex hostie pacificoꝝ q offert dño. Si p grāꝝ actione oblatio fuerit: offerēt panes absqꝫ fermēto. cōspsos oleo: ꝛ lagana azima vncta oleo. coctāqꝫ similam ꝛ collyridas olei admixtione 9spersas panes quoqꝫ fermētatos cū hostia grāꝝ que immolat p pacificis: ex qbus vnus p pmitijs offert dño. ꝛ erit sacerdotis q fundet hostie sāguinem. Cuius carnes eadē comedent die: nec remanebit ex eis qcq̄ vsqꝫ mane. Si voto vł spōte qspiam obtulerit hostiam: eadē filiter edetur die. Sed ꝛ si qd in crastinū remanserit. vesci licitū est. Quicqd aūt itius inuenerit dies. ignis absumet. Si quis de carnibus victime pacificorū die tertio comederit: irrita fiet ei9 oblatio nec proderit offerenti. qn poti9 q̄cūqꝫ anima tali se edulio contaminauerit. preuaricatiōis rea erit Caro que aliquid tetigerit imundū non comedet: sed combüret igni. Qui fuerit mūdus vescet ex ea. Anima polluta q ederit de carnibus hostie pacificoꝝ que oblata est domino. pibit d ppl'is suis: ꝛ que tetigerit imunditiam hominis vel iumenti siue oīs rei que pollüere potest. ꝛ comederit de huiuscemodi carnibus: interibit de ppl'is suis. Locutusqꝫ est dñs ad moysen dicēs Loquere filijs israel. Adipē ouis ꝛ bouis ꝛ capre non comedetis. Adipē cadaueris morticini ꝛ eius aīalis qd a bestia captū est: habebitis in varios vsus. Si quis adipē q offerri debet i censum dñi comederit. pibit de ppl'o suo. Sanguinē quoqꝫ ois aīalis nō sumetis in cibo. tā d auibus qꝫ de pecoribus. Omnis anima q ederit sanguinem. peribit de populis suis. Locutusqꝫ est dominus ad moysen dicens. Loquere filijs israel dicens. Qui offert victimam pacificorum domino: offerat simul ꝛ sacrificiū. i. libamenta eius. Tenebit manibus adipem hostie. ꝛ pectusculum. Cūqꝫ ambo oblata domino 9secrauit: tradet sacerdoti. q adolebit adipē sup altare: pectusculum autem erit aaron ꝛ filiorum eius. Armus quoqꝫ dexter de pacificorum hostijs. cedet in primitias sacerdotꝭ. Qui obtulerit sanguinem ꝛ adipem filiorum aaron ipē habebit ꝛ armum dextrum in portione sua Pectusculum enim eleuationis ꝛ armum separationis tuli a filijs israel de hostijs eoꝝ pacificis. ꝛ dedi aaron sacerdoti ꝛ filijs eius lege perpetua ab omni populo israel. Hec ē vnctō aaron ꝛ filiorum ei9 in cerimonijs domini: die quo obtulit eos moyses vt sacerdotio fungerētur. ꝛ que precepit eis dari domin9 a filijs israel religione perpetua in generationibus suis. Ista ē lex holocausti ꝛ sacrificij p peccato atqꝫ delicto. ꝛ p consecratiōe ꝛ pacificoꝝ victimis: quā cōstituit dñs moysi in monte synai qū mādauit filijs israel vt offerēt oblatiōes suas dño in deserto synai. VIII

LOcutusqꝫ est dominus ad moysen dicens. Tolle aaron cum filijs suis. vestes eorum ꝛ vnctionis oleū. vitulū p peccato. duos arietes. canistrum cum azimis. ꝛ congregabis omnem cetum israel ad ostium tabernaculi. Fecit moyses vt dominus imperauerat: cōgregataqꝫ oi turba ante fores tabernaculi ait. Iste est sermo quem iussit domin9 fieri. Statiqꝫ obtulit aaron ꝛ filios eius. Cūqꝫ lauisset eos. vestiuit pontificem subucula linea accingens eum baltheo. ꝛ induens eum tunica hyacinthina. ꝛ desuper humerale imposuit: qd astringēs cingulo aptauit rationali in quo erat doctrina ꝛ veritas. Cydari quoqꝫ texit caput. ꝛ super eam contra frontem posuit laminā auream consecratam in sanctificatione. sicut preceperat ei dominus. Tulit ꝛ vnctionis oleum quo liniuit tabernaculum cū omni suppellectili sua. Cūqꝫ sanctificans aspersisset altare septeꝫ vicibus. vnxit illud ꝛ omnia vasa eius: labiūqꝫ cū basi sua sanctificauit oleo. Quod fūdens super caput aaron: vnxit cū ꝛ consecrauit. Filios quoqꝫ eius oblatos. vestiuit tunicis lineis ꝛ cinxit baltheis: iposuitqꝫ mitras vt iusserat dominus. Obtulit ꝛ vitulū p peccato. Cūqꝫ super caput eius posuisset aaron ꝛ filij eius ma-

nus suas: inmolauit eum hauriens sanguinē
⁊ tincto digito tetigit cornua altaris per gyrū.
Quo expiato ⁊ sanctificato: fudit reliquum san
guinem ad fundamenta eius. Adipem vero q
erat super vitalia ⁊ reticulū iecoris: duosqꝫ re/
nunculos cum aruinulis suis adoleuit super al
tare. vitulum cum pelle ⁊ carnibus ⁊ fimo cre/
mans extra castra. sicut preceperat dominus.
Obtulit ⁊ arietem in holocaustum. Super cu
ius caput cum imposuisset aaron ⁊ filij eiꝰ ma/
nus suas. immolauit eum. ⁊ fudit sanguinem
eius per circuitum altaris. Ipm̄qꝫ arietem in
frustra concidens. caput eius ⁊ artus ⁊ adipeꝫ
adoleuit igni: lotis prius intestinis ⁊ pedibus.
Totūqꝫ simul arietem incendit super altare. eo
ꝙ esset holocaustuꝫ suauissimi odoris domino.
sicut preceperat ei. Obtulit ⁊ arietem secūdum
in consecrationem sacerdotum: posuerūtqꝫ su/
per caput eius aaron ⁊ filij eius manus suas.
Quem cū immolassent moyses sumens de san
guine eius. tetigit extremū auricule dextre: aa/
ron ⁊ polliceꝫ manus eius dextre similiter ⁊ pe
dis. Obtulit ⁊ filios aaron. Cūqꝫ de sangui/
ne arietis immolati tetigisset extremū auricule
singuloꝝ dextri ⁊ pollices manus ac dextre pe
dis: reliquū fudit super altarĕ per circuitū. Adi
pem vero ⁊ caudam omnēqꝫ pinguedinē que
operuit intestina: reticulūqꝫ iecoris ⁊ duos re/
nes cū adipibus suis ⁊ armo dextro seperauit.
Tollens aūt de canistro azimoꝝ quod erat co/
rā domino panes absqꝫ fermento ⁊ collyridaꝫ
cōspersam oleo laganūqꝫ. posuit super adipes
⁊ armū dextrū tradens simul omnia aaron ⁊ fi
lijs eius. Qui postq̄ꝫ lauauerūt ea corā domi/
no rursū suscepta de manibus eoꝝ. adoleuit su
per altare holocausti: eo ꝙ consecratiōis eēt ob
latio in odorē suauitatis sacrificij domino. Tu
litqꝫ pectusculū eleuans illud coram domino d̄
ariete consecrationis in partem suam sicut pre/
ceperat ei dominus. Assumensqꝫ vnguentū ⁊
sanguinem qui erat in altari aspersit suꝑ aaron
⁊ vestimēta eius ⁊ super filios illius ac vestes
eoꝝ. Cūqꝫ sanctificasset eos in vestitu suo. pre
cepit eis dicens. Coquite carnes ante fores ta/
bernaculi ⁊ ibi comedite eas. Panes q̊ꝫ con/
secrationis edite q positi sūt in canistro. sicut p̄
cepit mihi dominus dicens. Aaron ⁊ filij eius
comedent eos. Quicquid aūt reliquū fuerit de
carne ⁊ panibus. ignis assumet. De ostio quo
qꝫ tabernaculi nō exibitis septem diebus. vsqꝫ
ad diem quo complebit tempus consecratiōis
vestre. Septem enim diebus finit consecratio
sicut in p̄sentiarū factū ē. vt ritꝰ sacrificij cōple
ret. Die ac nocte manebitis i tabernaculo. ob
seruātes custodias dn̄i ne moriami. Sic enim
mihi p̄ceptū ē. Feceruntqꝫ aaron ⁊ filij eius cū
cta q̄ locutꝰ ē dn̄s ꝑ manū moysi.

IX

Facto autem octauo die. vocauit moy/
ses aaron ⁊ filios eius ac maiores na/
tu isrl': dixitqꝫ ad aarō. Tolle de armē
to vitulum ꝓ peccato ⁊ arietem in holocaustuꝫ
vtrūqꝫ imaculatū. ⁊ offer illos corā domino. ⁊
ad filios israel loqueris. Tollite hircū ꝓ pecca
to. ⁊ vitulum atqꝫ agnum anniculū ⁊ sine ma
cula in holocaustum: bouem ⁊ arietem ꝓ paci
ficis. ⁊ imolate eos coram domino in sacrificio
singulorum similam conspersam oleo offeren
tes. Hodie enim dominus apparebit vobis.
Tulerunt ergo cuncta que iusserat moyses ad
ostium tabernaculi: vbi cuꝫ omnis multitudo
astaret ait moyses. Iste est sermo quem prece
pit dominꝰ: facite ⁊ apparebit vobis gloria eiꝰ
Et dixit ad aaron. Accede ad altare: ⁊ imola
ꝓ peccato tuo. Offer holocaustuꝫ ⁊ deprecare
ꝓ te ⁊ ꝓ populo. Cūqꝫ mactaueris hostiā po/
puli. ora ꝓ eis sicut precepit dominus. Stati/
qꝫ aaron accedens ad altare imolauit vitulū ꝓ
peccato suo. cuius sanguinem obtulerūt ei filij
sui. In quo tingens digitum tetigit cornua al/
taris. ⁊ fudit residuum ad basim eius. Adipē
qꝫ ⁊ renunculos ac reticulum iecoris que sunt
ꝓ peccato adoleuit super altare: sicut precepe/
rat dn̄s moysi. Carnes vo ⁊ pellē eiꝰ extra ca/
stra cōbussit igni: immolauit ⁊ holocausti victi
mā. Obtulerūtqꝫ ei filij sui sanguinē eiꝰ: quē
fudit per altaris circuitū. Ipsam etiā hostiā in
frustra cōcisam cū capite ⁊ mēbris singulis ob
tulerunt: que oīa suꝑ altare cremauit igni: lotis
aqua p̄us intestinis ⁊ pedibꝰ. Et ꝓ peccato po
puli offerēs. mactauit hircū: expiatoqꝫ altari fe
cit holocaustū: addēs in sacrificio libamēta que
parit offerunt. ⁊ adolens ea suꝑ altare: absqꝫ
cerimonijs holocausti matutini. Immolauit ⁊
bouem atqꝫ arietem hostias pacificas populi.
Obtulerūtqꝫ ei filij sui sanguinē quē fudit suꝑ
altare in circuitu: adipem aūt bouis ⁊ caudam
arietis renūculosqꝫ cū adipibꝰ suis ⁊ reticuluꝫ
iecoris posuerunt super pectora. Cūqꝫ cremati
essent adipes suꝑ altare: pectora eoꝝ ⁊ armos
dextros seꝑauit aaron eleuans coram dn̄o: si/
cut p̄ceperat moyses. Et extēdēs manū ad po
pulū benedixit ei: sicqꝫ cōpletis hostijs ꝓ pecca
to ⁊ holocaustis ⁊ pacificis. descēdit. Ingressi
aūt moyses ⁊ aaron in tabernaculū testimonij

⁊ deinceps egressi bñdixerunt pp̄lo. Apparu/
itqꝫ gl'a dñi oĩ m'ltitudini: ⁊ ecce egressus ignis
a dño. deuorauit holocaustũ ⁊ adipes q̄ erãt su
per altare. Quod cũ vidissent turbe: laudaue/
runt dñm ruentes in facies suas. X

Arreptisqꝫ nadab ⁊ abiu filij aaron thu
ribulis imposuerũt ignẽ ⁊ icensũ desu
per offerẽtes corã dño ignẽ alienũ: qđ
eis preceptũ nõ erat. Egressusqꝫ ignis a domi
no deuorauit eos. ⁊ mortui sũt corã dño. Dixit
qꝫ moyses ad aaron. Hoc ẽ qđ locutus ẽ dñs.
Scĩficabor in his qui appropinquant mihi: ⁊ i
conspectu oĩs populi glorificabor. Qđ audiẽs
tacuit aaron. Vocatis aũt moyses mysabele ⁊
elisaphan. filijs oziel patrui aaron. ait ad eos.
Ite ⁊ tollite frẽs vr̃os de ꝯspectu sanctuarij: ⁊
asportate extra castra. Cõfestimqꝫ ꝑgentes tu/
lerũt eos sicut iacebãt vestitos lineis tunicis: ⁊
eiecerunt foras vt sibi fuerat impatũ. Locutusqꝫ
est moyses ad aaron ⁊ ad eleazar ⁊ ithamar
filios eius. Capita vr̃a nolite nudare: ⁊ vesti/
menta nolite scindere. Ne forte moriamini: ⁊ su
per oẽm cetũ oriat̃ indignatio. Frẽs vr̃i ⁊ oĩs
dom$^{9}$ israel plangãt incẽdiũ qđ dñs suscitauit:
vos aũt nõ egrediemini fores tabernaculi: alio
qn̄ peribitis. Oleũ quippe scẽ vnctõis ẽ super
vos. Qui fecerũt oĩa iuxta p̄ceptũ moysi. Di/
xitqꝫ dñs ad aaron. Vinũ ⁊ oẽ qđ inebriare po
test nõ bibetis tu ⁊ filij tui qñ intrabis in taber
naculũ testimonij ne moriamini: qꝛ p̄ceptũ sem
piternũ est in generatiões vr̃as: ⁊ vt habeatis
sciam discernẽdi inter scm̃ ⁊ ꝓphanũ. interpol
lutũ ⁊ mundũ doceatisqꝫ filios israel oĩa legiti/
ma mea que locut$^{9}$ sum ad eos ꝑ manum moysi
Locutusqꝫ est moyses ad aaron ⁊ ad eleazar ⁊
ithamar filios eius qui erãt residui. Tollite sa
crificiũ qđ remansit de oblatione dñi: ⁊ comedi
te illud absqꝫ fermẽto iuxta altare. qꝛ scm̃ scõꝝ
est: comedetis aũt in loco sancto qđ datũ est tibi
⁊ filijs tuis de oblationib$^{9}$ dñi. sicut preceptuꝫ ẽ
mihi. Pectusculũ q̊ꝫ qđ oblatũ est. ⁊ armũ qui
separat$^{9}$ ẽ. edetis in loco mũdissimo tu ⁊ filij tui
⁊ filie tue tecum. Tibi enim ac liberis tuis re/
posita sunt de hostijs salutarib$^{9}$ filioꝝ israel: co
qꝫ armũ ⁊ pectus ⁊ adipes qui cremantur in al
tari. eleuauerũtqꝫ corã dño: ⁊ pertineãt ad te ⁊
ad filios tuos lege perpetua. sicut precepit dñs
Inter hec hircũ qui oblatus fuerat ꝓ pctõ cum
quereret moyses: exustũ repperit. iratusqꝫ ꝯtra
eleazar ⁊ ithamar filios aaron qui remãserant
ait. Cur nõ comedistis hostiã ꝓ pctõ in loco sã
cto. que sancta scõꝝ est. ⁊ data vobis vt portetis
iniquitatẽ multitudinis ⁊ rogetis pro ea in con
spectu dñi: p̄sertim cũ de sanguie illi$^{9}$ nõ sit illa/
tũ intra sancta. ⁊ comedere debueratis eã i san
ctuario. sicut p̄ceptũ ẽ mihi. Respondit aaron:
Oblata est hodie victima ꝓ pctõ ⁊ holocaustuꝫ
corã domino: mihi aũt accidit qđ vides. Quo/
potui comedere eã: aut placere dño in cerimo/
nijs mente lugubri. Qđ cũ audisset moyses re
cepit satisfactionem. XI

Locutus ẽ dñs ad moysen ⁊ aaron di/
cens. Dicite filijs israel. Custodite oĩa
que scripsi vobis: vt sim deus vester.
Hec sunt aĩalia que comedere debetis de cun/
ctis aĩantib$^{9}$ terre. Oẽ qđ hꝫ diuisam vngulaꝫ
⁊ ruminat in pecorib$^{9}$ comedetis. Quicqd aũt
ruminat ⁊ hꝫ vngulã sed non diuidit eaꝫ. sicut
camelus ⁊ cetera. nõ comedetis illud. ⁊ iter im
mũda reputabitis. Cyrogrillus q̄ ruminat vn
gulãqꝫ nõ diuidit. imundus ẽ. lepus quoqꝫ nã
⁊ ipse ruminat sed vngulã non diuidit. ⁊ sus q̄
cũ vngulã diuidat non ruminat: horũ carnib$^{9}$
nõ vescemini nec cadauera ꝯtingentis: qꝛ imũ
da sũt vobis. Hec ẽt sunt que gignunt̃ i aquis
⁊ vesci licitũ est. Oẽ qđ hꝫ pẽnulas ⁊ squamas
tã in mari qꝫ in fluminib$^{9}$ ⁊ stagnis. comedetis
Quicquid aũt pẽnulas ⁊ squamas nõ hꝫ eoruꝫ
que i aquis mouent̃ ⁊ viuũt. abhominabile vo
bis execrandũqꝫ erit. Carnes eoꝝ nõ comede
tis. ⁊ morticina vitabitis. Cuncta q̄ non habẽt
pẽnulas ⁊ squamas i aquis. polluta erũt. Hec
sunt q̄ de auib$^{9}$ comedere nõ debetis. ⁊ vitãda
sunt vobis. Aquilã ⁊ gryphũ ⁊ halyetũ ⁊ mil/
uũ ac vulturẽ iuxta genus suũ. ⁊ oẽ coruini ge
neris i silitudinẽ suã: strutionẽ ⁊ noctuã ⁊ laꝶ
⁊ accipitrẽ iuxta genus suũ: bubonem ⁊ mergu
lũ ⁊ ibin ⁊ cygnũ ⁊ onocrotalum ⁊ porphirio/
nem. herodioneꝫ ⁊ caradrion iuxta gen$^{9}$ suum
vpupam q̊ꝫ ⁊ vespertilionẽ. Oẽ de volucrib$^{9}$
qđ graditur super quattuor pedes. abhomina/
bile erit vobis. Quicquid autẽ ambulat q̄dem
suꝑ quattuor pedes: sꝫ hꝫ longiora retro crura
ꝑ q̄ salit suꝑ terrã comedere debetis. vt ẽ bruc$^{9}$
i gnẽ suo. ⁊ atthacus atqꝫ ophimach$^{9}$ atqꝫ locu
sta. singula iuxta genus suũ. Quicqd aũt ex vo
lucrib$^{9}$ q̄ttuor tm̃ hꝫ pedes. execrabile erit vobis
⁊ quicũqꝫ morticina eoꝝ tetigerit. polluetur. ⁊
erit imundus vsqꝫ ad vesperaꝫ. ⁊ si necesse fue
rit vt portet quippiã hoꝝ mortuum: lauabit ve
stimenta sua. ⁊ imundus erit vsqꝫ ad occasũ so
lis. Oẽ aĩal qđ hꝫ quidẽ vngulã sed non diui/
dit eã nec ruminat. imundũ erit. ⁊ quicquid te/
tigerit illud contaminabitur. Qđ ambulat suꝑ

manus ex cunctis aiantibus q̄ icedunt q̄drupedia. imundum erit. Qui tetigerit morticina eorum. polluetur vsq3 ad vesperū. ⁊ qui portauerit huiuscemodi cadauera lauabit vestimenta sua. ⁊ imundus erit vsq3 ad vesperū: q2 oia hec imunda sunt vobis. Hec quoq3 int polluta reputabunt de his que mouent in terra mustela ⁊ mus ⁊ cocodrillus. singula iuxta gen⁹ suum. migale. cameleon. ⁊ stellio. ⁊ lacerta. ⁊ talpa. oia hec imūda sunt. Qui tetigerit morticina eorum. imundus erit vsq3 ad vesperū. ⁊ sup q̄d ceciderit quicq̄3 de morticinis eo2. polluetur. Tam vas ligneū ⁊ vestimentū q̄3 pelles ⁊ cilicia. ⁊ in quocūq3 fit op⁹. tingent aqua: ⁊ polluta erunt vsq3 ad vesperū. ⁊ sic postea munda bunt. Vas aūt fictile in quod ho2 quicq̄3 intro ceciderit polluet. ⁊ iccirco frangendū ē. Ois cibus quem comedetis si fusa fuerit sup eū aqua. imundus erit. ⁊ oē liq̄ns q̄d bibitur d̄ vniuerso vase. imundū erit. Et qcq̄d de morticinis huiuscemodi ceciderit super illud imundū erit. siue clibani siue cytropedes destruent. ⁊ imundi erūt. Fontes vo ⁊ cisterne ⁊ ois aqua2 cōgregatio. mūda erit. Qui morticina eo2 tetigerit: polluet. Si ceciderit sup sementē nō polluet eā Si aūt quispiā aqua sementē pfuderit ⁊ postea morticinis tacta fuerit illico polluetur. Si mortuum fuerit animal q̄d licet vobis comedere. Qui cadauer eius tetigerit. imundus erit vsq3 ad vesperū. Et qui comederit ex eo quippiā3 siue portauerit lauabit vestimenta sua. ⁊ imūdus erit vsq3 ad vesperū. Oē q̄d reptat sup terram abhominabile erit: nec assumet in cibū. Quicq̄d sup pect⁹ q̄drupes gradit. ⁊ multos hēt pedes. siue per humū trahit. nō comedetis: q2 abhominabile ē. Nolite ptamiare aias v̄ras: nec tangatis qcq̄3 eo2 ne imundi sitis. Ego su3 dominus deus vester. Sci estote. q2 ego scūs su3. ne polluatis aias v̄ras i oi reptili q̄d mouet super terrā. Ego. n. sū dn̄s q eduxi vos de terra egypti: vt essem vobis i deū. Sci eritis. q2 ego scūs sum. Ista est lex aiantiū ac volucru3 ⁊ ois aie viuētis q̄ mouet in aqua ⁊ reptat in terra ut differentias noueritis mūdi ⁊ imūdi ⁊ sciatis q̄d comedere ⁊ respuere debeatis.

XII

Locutusq3 est dn̄s ad moysen dicens: Loquere filijs israel. ⁊ dices ad eos: Mulier si suscepto semine peperit masculū: imunda erit septē diebus iuxta dies separationis mēstrue. ⁊ die octauo circūcidet infantulus. ipsa vo trigintatrib⁹ dieb⁹ manebit in sanguine purificatōis sue. Oē scm̄ non tanget nec ingrediet in sanctuariu3 donec impleant dies purgationis sue. Sin aūt feminā pepererit immunda erit duab⁹ ebdomadibus iuxta ritū fluxus menstrui. ⁊ sexagintasex dieb⁹ manebit in sanguine purificationis sue. Cūq3 expleti fuerint dies purificatiōis sue pro filio siue pro filia deferet agnū anniculū in holocaustu3 ⁊ pullūq3 columbe siue turturē p peccato ad ostiū tabernaculi testimonij: ⁊ tradet sacerdoti qui offeret illa corā dn̄o ⁊ orabit p ea. ⁊ sic mundabitur p fluxu sanguinis sui. Ista est lex parientis masculū aut feminā. Q si non iuenerit man⁹ eius nec potuerit offerre agnū: sumet duos turtures vel duos pullos columba2: vnū in holocaustū ⁊ alte2 pro peccato. Orabitq3 p ea sacerdos. ⁊ sic mundabitur.

XIII

Locutusq3 ē dn̄s ad moysen ⁊ aarō dicens: Hō in cuius cute ⁊ carne ortus fuerit diuersus colo2 siue pustula aut q̄si lucens quippiā. i. plaga lepre. adducet ad aaron sacerdotē. vel ad vnū quēlibet filio2 eius. Qui cum viderit lepā in cute ⁊ pilos in albu3 mutatos colorē. ipsamq3 spēm lepre humiliorē cute ⁊ carne reliqua. plaga lepre ē. ⁊ ad arbitrium eius sperabit. Sin aūt lucis cando2 fuerit i cute. nec humilio2 carne reliqua. ⁊ pili coloris pristini: recludet eū sacerdos septē dieb⁹ ⁊ considerabit die septimo. Et si quidē lepra vltra nō creuerit nec transierit in cute priores terminos rursum recludet eū septe3 diebus alijs. ⁊ die septimo contemplabit. Si obscurio2 fuerit lepra ⁊ non creuerit in cute. mundabit eu3 q2 scabies est: lauabitq3 homo vestimēta sua. ⁊ mūd⁹ erit Q si postq3 a sacerdote visus est ⁊ reddit⁹ mūditie ite2 lepra creuerit. adducet ad eū. ⁊ imunditie cōdēnabit. Plaga lepre si fuerit in hoie. adducet ad sacerdotē. ⁊ videbit eum. Cūq3 colo2 albus in cute fuerit. ⁊ capillo2 mutauerit aspectum. ipsa quoq3 caro viua apparuerit: lepra vetustissima iudicabit: atq3 inolita cuti. Contaminabit itaq3 eū sacerdos ⁊ non recludet: q2 pspicue imunditie est. Sin aūt effloruerit discurrens lepra in cute. ⁊ operuerit omnē carnem a capite vsq3 ad pedes quicquid sub aspectu oculorum cadit: considerabit eum sacerdos. ⁊ tenere lepra mundissima iudicabit. eo q omnis in cando2em versa sit. ⁊ iccirco homo mund⁹ erit Qn̄ vo caro viuens in eo apparuerit. tunc sacerdotis iudicio polluetur. ⁊ inter imundos reputabit. Caro enim viua si lepra aspergit: immunda est. Q si rursum versa fuerit i albo2em ⁊ totū hoiem operuerit: considerabit eum sacer

dos. ⁊ mundū eē decernet. Caro aūt ⁊ cutis i
qua vlcus natum est ⁊ sanatū. ⁊ in loco vlceris
cicatrix alba apparuerit siue subrufa. adduce/
tur homo ad sacerdotē. Qui cum viderit locū
lepre humiliorem carne reliqua: ⁊ pilos versos
in candorem contaminabit eū. Plaga enim le
pre orta est in vlcere. Qd si pilus coloris est pri/
stini. ⁊ cicatrix subobscura ⁊ vicina carne non ē
humilior: recludet eū septem diebus. Et si qui/
dē creuerit. adiudicabit eū lepre sin aūt steterit i
loco suo. vlceris ē cicatrix. ⁊ homo mundꝰ erit.
Caro aūt ⁊ cutis quam ignis exusserit. ⁊ sana/
ta albam siue rufam habuerit cicatricē: conside
rabit eam sacerdos. Et ecce si versa est in albo
rē. ⁊ locus eius reliqua cute est humilior: conta
minabit eum. qꝛ plaga lepre in cicatrice orta ē.
Qd si piloꝝ color nō fuerit imutatꝰ. nec humilior
plaga carne reliqua. ⁊ ipsa lepre spēs fuerit sub
obscura: recludet eū septem diebus. ⁊ die septi
mo contemplabitur. Si creuerit in cute lepra.
contaminabit eum: sin aūt in loco suo cādor ste
terit non satis clarus. plaga combustionis ē. ⁊
iccirco mundabitur. qꝛ cicatrix est combusture
Vir siue mulier in cuiꝰ capite vel barba germi
nauerit lepra. videbit eos sacerdos. Et si qdē
humilior fuerit locus carne reliqua. ⁊ capillus
flauus. solitoqꝫ subtilior. contaminabit eos: qꝛ
lepra capitis ac barbe est. Sin autē viderit lo/
cum macule equalem vicine carni ⁊ capillū ni/
grum: recludet eos septem diebus. ⁊ die septi/
mo intuebitur. Si non creuerit macula ⁊ capil
lus sui coloris est. ⁊ locus plage carni reliqꝫ eq
lis. radet̄ homo absqꝫ loco macule. ⁊ r̄cludetur
septē diebꝰ aliis. Si die septimo visa fuerit ste
tisse plaga in loco suo. nec humilior carne reliq̄
mundabit eum: lotisqꝫ vestibus suis: mundus
erit. Sin autem post emundationē rursus cre
uerit macula in cute. non queret amplius vtrū
capillus in flauum colorem sit cōmutatus: quia
aperte īmundus est. Porro si steterit macula ⁊
capilli nigri qui fuerint: nouerit hominē sana
tum esse. ⁊ confidenter eum pronunciet mūdū
Vir siue mulier in cuius cute candor apparue
rit: intuebitur eos sacerdos. Si deprehenderit
subobscurum alborem lucere in cute. sciat non
esse lepram. sed maculam coloris candidi. ⁊ ho
minem mundum. Vir de cuius capite capilli
fluunt. caluus ⁊ mundus est. Et si a fronte ce/
ciderint pili: recaluaster ⁊ mundus est. Sin au
tem in caluitio siue in recaluatione albus vel ru
fus color fuerit exortus. ⁊ hoc sacerdos viderit
condēnabit eum: aut dubie lepre que orta est i

caluitio. Quicūqꝫ ergo maculatus fuerit lepra
⁊ separatus est ad arbitrium sacerdotis. habe/
bit vestimenta dissuta. caput nudum. os veste
contectum. contaminatum ac sordidum se cla/
mabit. Omni tempore quo leprosus est ⁊ im/
mundus. solus habitabit extra castra. Vestis
lanea siue linea que lepram habuerit in stamine
atqꝫ subtegmine. aut certe pellis: vel quicquid
ex pelle confectum est: si alba vel rufa macula
fuerit infecta. lepra reputabitur. ostendeturqꝫ
sacerdoti. Qui consideratam recludet septē die
bus: ⁊ die septimo rursus aspiciens. si deprehē
derit creuisse. lepra perseuerans est: pollutum
iudicabit vestimentum. ⁊ oē in quo fuerit iuen
ta. ⁊ iccirco comburetur flāmis. Qd si eam vi
derit non creuisse: precipiet ⁊ lauabunt id i quo
lepra est: recludetqꝫ illud septem diebus aliis.
Et cum viderit faciem quidē pristinam non re
uersam. nec tamē creuisse leprā: imundum iu/
dicabit ⁊ igne comburet. eo qꝫ infusa sit in sup/
ficie vestimenti vel per totum lepra. Sin autē
obscurior fuerit locus lepre postqꝫ vestis est lo
ta: abrumpet eum ⁊ a solido diuidet. Qd si vl/
tra apparuerit in his locis que prius imacula/
ta erant lepra volatilis ⁊ vaga. debet igne com
buri. Si cessauerit. lauabit aqua ea que pura sit
secundo. ⁊ munda erunt. Ista est lex lepre ve/
stimenti lanei ⁊ linei. staminis atqꝫ subtegmis
oīsqꝫ supellectilis pellicee: quō mundari debe/
at vel contaminari.

XIIII

Locutusqꝫ est dn̄s ad moysen dicens:
Hic est ritꝰ leprosi quando mundan/
dus ē. Adducetur ad sacerdotē. Qui
egressus de castris cum inuenerit leprā eē mū
datam precipiet ei qui purificatur vt offerat du
os passeres viuos pro se quos vesci licitum est
⁊ lignum cedrinum vermiculūqꝫ ⁊ hysopum.
Et vnum ex passeribus imolari iubebit in va/
se fictili super aquas viuentes: alium autem vi
uum cum ligno cedrino ⁊ cocco ⁊ hysopo. tin/
get in sanguine passeris imolati quo asperget il
lum qui mundandus est septies vt iure purget̄
⁊ dimittet passerem viuum in agrum auolet.
Cūqꝫ lauerit homo vestimenta sua. radet oēs
pilos corporis ⁊ lauabit̄ aqua. purificatusqꝫ i
gredietur castra: ita dūtaxat vt maneat extra ta
bernaculum suum septem diebus. ⁊ die septi/
ma radet capillos capitis. barbāqꝫ ⁊ superci/
lia: ac totius corporis pilos. Et lotis rursuꝫ ve
stibus ⁊ corpore: die octauo sumet duos agnos
imaculatos. ⁊ ouē āniculā absqꝫ macula. ⁊ tres
decimas simile in sacrificiū q̄ cōspersa sit oleo.

⁊ seorsum olei sextariū. Cū𝗾; sacerdos purifi-
cans hoīem statuerit eū. ⁊ hec oīa coraꝫ dn̄o in
ostio tabernaculi testimonij, tollet agnū ⁊ offer
ret eū ꝓ delicto. oleiq; sextarium. Et oblatis añ
dn̄m oībus imolabit agnū vbi solet imolari ho
stia pro pctō. ⁊ holocaustū. i. in loco sctō. Sicut
n. ꝓ pctō: ita ⁊ pro delicto ad sacerdoteꝫ ꝑtinet
hostia. Scā scōꝝ est. Assumensq; sacerdos de
sanguine hostie que imolata ē ꝓ delicto: ponet
super extremū auricule dextre eius q̄ mundaꝛ.
⁊ super pollices manus dextre ⁊ pedis. ⁊ d̄ olei
sextario mittet in manū suā sinistrā. tingetq; di
gitū dextrum ī eo. ⁊ asperget corā dn̄o septies.
Qd̄ autē reliquū ē olei in leua manu. fundet su
per extremū auricule dextre eius q̄ mundaꝛ. ⁊
sup̄ pollices manus ac pedis dextri. ⁊ sup̄ san-
guinē qui effusus est ꝓ delicto. ⁊ sup̄ caput eiꝰ.
Rogabitq; ꝓ eo corā dn̄o: ⁊ faciet sacrificiuꝫ ꝓ
peccato. Tunc imolabit holocaustū. ⁊ ponet il-
lud in altari cū libamentis suis. ⁊ hō rite mun-
dabiꝛ. Qꝫ si pauper ē ⁊ nō pōt manus eiꝰ inue-
nire que dicta sunt. pro delicto assumet agnum
ad oblationē vt roget ꝓ eo sacerdos: decimāq;
ꝑtē simile ꝯsperse oleo ī sacrificiū. ⁊ olei sextari
um: duosq; turtures siue duos pulos columbe
quoꝝ vnus sit ꝓ pctō. ⁊ alter in holocaustū of-
ferretq; ea die octauo purificatiōis sue sacerdo
ti ad ostiū tabernaculi testimōij corā dn̄o. Qui
suscipiens agnum ꝓ delicto ⁊ sextariū olei leua
bit simul. imolatoq; agno. de sanguine eiꝰ po-
net super extremum auricule dextre eius q̄ mū
datur. ⁊ super pollices manus eiꝰ ac pedis dex
tri. Olei ꝟo partē mittet in manū suā sinistrā:
in quo tingēs digitū dextre manus asperget se
pties cōtra dn̄m. tangetq; extremū dextre auri
cule illius q̄ mūdaꝛ ⁊ pollices manus ac pedis
dextri: ī loco sanguinis qui effusus ē ꝓ delicto.
Reliquā autē partē olei q̄ est in sinistra manu:
mittet sup̄ caput purificati vt placet ꝓ eo dn̄m:
⁊ turturem siue pullū columbe offeret vnum ꝓ
delicto: ⁊ alterum in holocaustū cum libamen-
tis suis. Hoc est sacrificiū leprosi qui habere n̄
pōt oīa in emundationē sui. Locutusq; ē dn̄us
ad moysen ⁊ aaron dicens: Cūq; ingressi fue-
ritis terrā chanaan quam ego dabo vobis in
possessionē si fuerit plaga lepre ī edibus: ibit cu
ius est domus nuncians sacerdoti. et dicet:
Quasi plaga lepre videtur mihi esse in domo
mea. At ille precipiet vt efferantur vniuersa d̄
domo priusq; ingrediatur eam ⁊ videat vtruꝫ
leprosa sit: ne immunda fiant omnia q̄ ī domo
sunt. Intrabitq; postea vt consideret leprā do-
mus. ⁊ cum viderit in parietibus illius quasi
valliculas pallore siue rubore deformes. ⁊ hu-
miliores superficie reliqua: egredietur ostium
domus. ⁊ statim claudet illam septē diebus: re
uersusq; die septimo considerabit eam. Si in-
uenerit creuisse lepram: iubebit erui lapides in
quibus lepra est. ⁊ proijci eos extra ciuitateꝫ in
locum imundum. domū autem ipsam radi in-
trinsecus per circuitum ⁊ spargi puluerem ra-
sure extra vrbem in locū imundū. lapidesq; ali
os reponi pro his qui ablati fuerant: ⁊ luto alio
liniri domū. Sin autē postq; eruti sunt lapides
⁊ puluis elatus ⁊ alia terra lita. ingressus sacer
dos viderit reuersam leprā ⁊ parietes resper-
sos maculis: lepra est perseuerans ⁊ imūda do
mus. Quam statim destruent ⁊ lapides eiꝰ ac
ligna atq; vniuersum puluerem proijcient ex-
tra oppidum in locum imundū. Qui intraue-
rit domū quando clausa est. imundus erit vsq;
ad vesperum. ⁊ qui dormierit in ea ⁊ comede-
rit quippiam. lauabit vestimenta sua. Qd̄ si in
troiens sacerdos viderit lepram non creuisse ī
domo postq; denuo lita fuerit. purificabit eam
reddita sanitate. ⁊ in purificatiōe eius sumet du
os passeres lignūq; cedrinum ⁊ vermiculū at
q; hysopum ⁊ imolato vno passere in vase ficti
li super aquas viuas. tollet lignum cedrinuꝫ ⁊
hysopum ⁊ coccum ⁊ passerem vnum. ⁊ tinget
oīa in sanguine passeris immolati atq; in aquis
viuentibus ⁊ asperget domuꝫ septies purifica-
bitq; eam tam in sanguine passeris q̄ in aquis
viuentibus. ⁊ in passere viuo. lignoq; cedrino
⁊ hysopo atq; vermiculo. Cūq; dimiserit pas-
serem auolare in agrum libere: orabit pro do-
mo ⁊ iure mundabitur. Ista est lex omnis le-
pre ⁊ percussure lepre vestium ⁊ domoꝝ cica-
tricis ⁊ erumpentium papulaꝝ. lucentis macu
le ⁊ in varias species coloribus immutatis: vt
possit sciri quo tempore mundum quid vel im
mundum sit.

XV

Locutusq; est dominus ad moysen ⁊
aaron dicens: Loquimini filijs israel. ⁊
dicite eis: Vir qui patitur fluxum se-
minis. imundus erit ⁊ tūc iudicabitur huic vi
tio subiacere cum per singula momenta adhe-
serit carni eius atq; concreuerit fedus [illegible].
Omne stratū in quo dormierit imundū erit. ⁊
vbicunq; sederit. Si quis hominum tetigerit
lectum eius. lauabit vestimenta sua. ⁊ ipse lo-
tus aqua. immundus erit vsq; ad vesperum.
Si sederit vbi ille sederat. ⁊ ipse lauabit vesti-
menta sua. ⁊ lotus aqua immundus erit vsq;

ad vesperū. Qui tetigerit carnem eius. lauabit vestimēta sua. ⁊ ipse lotus aqua imūdus erit vsqꝫ ad vesperū. Si saliuā huiuscemodi hō iecerit sup eū q imūdus est. lauabit vestimenta sua ⁊ lotus aq̄ imūdus erit vsqꝫ ad vespū. Sagina sup qd̄ sederit imundū erit. ⁊ qcqd sub eo fuerit q fluxū seminis patit̄ pollutū erit vsqꝫ ad vesperū. Qui portauerit horum aliqd lauabit vestimēta sua. ⁊ ipse lotus aqua immundus erit vsqꝫ ad vespū. Ois quē tetigerit q talis est nō lotis añ manib⁹. lauabit vestimēta sua. ⁊ lot⁹ aq̄ imundus erit vsqꝫ ad vespū. Vas fictile qd̄ tetigerit confringet̄. vas aūt ligneū lauabit̄ aqua Si sanatus fuerit q huiusmodi sustinet passionem numerabit septem dies post emundatiōeꝫ sui. ⁊ lotis vestib⁹ ⁊ toto corpore in aqs viuentibus erit mūdus. Die auteꝫ octauo sumet duos turtures aut duos pullos columbe. ⁊ veniet in conspectu dn̄i ad ostiuꝫ tabernaculi testimonij. dabitqꝫ eos sacerdoti. Qui faciet vnum ꝓ peccato. ⁊ alterū in holocaustum: rogabitqꝫ pro eo coram domino vt emūdet̄ a fluxu seminis sui. Vir de q̄ egredit̄ semen coit⁹. lauabit aq̄ oē corpus suū ⁊ imund⁹ erit vsqꝫ ad vespeꝝ. Vestē ⁊ pellē quā habuerit lauabit aq̄ ⁊ imūda erit vsqꝫ ad vespeꝝ. Mulier cuꝫ q̄ coiret lauabit̄ aqua. ⁊ imūda erit vsqꝫ ad vespeꝝ. Mulier q̄ redeūte mense patit̄ fluxuꝫ sanguis: septē diebus separabit̄. Ois q̄ tetigerit eā. imundus erit vsqꝫ ad vespeꝝ. ⁊ loc⁹ in q̄ dormierit vel sederit diebus separationis sue. polluet̄. Qui tetigerit lectum suū. lauabit vestimenta sua. ⁊ ipse lot⁹ aq̄ imūdus erit vsqꝫ ad vespeꝝ. Oē vas super qd̄ illa sederit: quisqs attigerit: lauabit vestimenta sua. ⁊ ipse lotus aq̄ pollutus erit vsqꝫ ad vesperū. Si coierit cū ea vir tempore sanguinis menstrualis: imundus erit septē diebus. ⁊ oē stratū in q̄ dormierit polluet̄. Mulier q̄ patit̄ multis dieb⁹ fluxū sanguis nō in tpe mēstruali. vl' que post mēstruū sanguinē fluere nō cessat: q̄diu subiacet huic passioni: imunda erit q̄si sit in tpe mēstruo. Oē stratū i q̄ dormierit ⁊ vas i q̄ sederit pollutū erit. Quicūqꝫ tetigerit eam lauabit vestimenta sua. ⁊ ipse lotus aqua imundus erit vsqꝫ ad vespeꝝ. Si steterit sanguis ⁊ fluere cessauerit. numerabit septem dies purificationis sue. ⁊ die octauo offeret pro se sacerdoti duos turtures aut duos pullos columbarū ad ostium tabernaculi testimonij: qui vnum faciet pro peccato. ⁊ alterū in holocaustum. rogabitqꝫ pro eo coram domio. ⁊ pro fluxu' imunditie ei⁹ Docebitis q̄ filios isrl' vt caueant imunditias ⁊ nō moriant̄ in sordibus suis cū polluerint tabernaculū meū qd̄ ē int eos. Ista ē lex ei⁹ q patit̄ fluxū seminis. ⁊ q̄ polluit̄ coitu. ⁊ q̄ mēstruis temporibus separat̄. vel q̄ iugi fluit sanguine ⁊ hoīs q dormierit cū ea.

XVI

Locutusqꝫ ē dn̄s ad moysen post mortem duoꝝ filioꝝ aaron: qn̄ offerentes ignē alienū interfecti sūt. Et precepit ei dicens. Loquere ad aaron fratrem tuū ne omni tempore ingrediat̄ sanctuariū qd̄ ē intra velū corā ꝓpitiatorio quo tegit̄ archa vt non moriat̄: quia in nube apparebo super oraculū: nisi hec ante fecerit. Vitulū ꝓ peccato offeret. ⁊ arietem in holocaustū. Tunica linea vestiet̄: feminalibus lineis verenda celabit. Accinget̄ zona linea: cydarim lineaꝫ imponet capiti. Hec enim vestimenta sūt sancta. quibus cūctis cum lot⁹ fuerit induet̄. Suscipietqꝫ ab vniuersa multitudine filioꝝ isrl duos hircos ꝓ peccato. ⁊ vnū arietem in holocaustū. Cūqꝫ obtulerit vitulū ⁊ orauerit ꝓ se ⁊ ꝓ domo sua. duos hircos stare faciet corā domino in ostio tabernaculi testimonij: mittensqꝫ super vtrūqꝫ sortem. vnaꝫ domino. ⁊ alterā capro emissario: cuius exierit sors domino: offeret illū ꝓ peccato. cuius autē in caprū emissariū. statuet eū viuū coram domino vt fundat preces super eū. ⁊ emittat eū in solitudinem. His rite celebratis offeret vitulū. ⁊ rogās ꝓ se ⁊ ꝓ domo sua immolabit eū. Assūptoqꝫ thuribulo qd̄ de prunis altaris impleuerit. ⁊ hauriens manu compositū thymiama in incensū. vltra velū intrabit in sancta vt positis super ignem aromatibus nebula eoꝝ ⁊ vapor operiat oraculū qd̄ est supra testimoniū. ⁊ non moriat̄. Tolletqꝫ de sanguine vituli. ⁊ aspget digito septies contra ꝓpitiatoriū ad orientem. Cūqꝫ mactauerit hircū ꝓ peccato populi: inferet sanguinem eius intra velum sicut preceptū ē de sanguine vituli: vt aspergat e regione oraculi. ⁊ expiet sanctuariū ab imūditijs filioꝝ isrl' ⁊ a puaricationibus eoꝝ. cūctisqꝫ peccatis. Juxta hūc ritum faciet tabernaculo testimonij qd̄ fixū est inter eos in medio sordiū habitatiōis eorū. Nullus hominū sit in tabernaculo qn̄ pontifex sanctuariū igredit̄ vt roget ꝓ se ⁊ ꝓ domo sua ⁊ ꝓ vniuerso cetu israel: donec egrediat̄ tabernaculū. Cū aūt exierit ad altar̄ qd̄ corā dn̄o ē oret ꝓ se. ⁊ sūptū sanguinem vituli atqꝫ hirci fundat sup cornua ei⁹ p gyrū: aspgensqꝫ digito septies. expiet ⁊ sanctificet illud ab imunditijs filioꝝ israel. Postqꝫ emundauerit sctūariū ⁊ tabernaculū ⁊ altare. tūc offerat hircū viuen/

tē. et postea vtrasq manus super caput ei᷒. cōfi/teatur oēs iniqtates filiorum israel. et vniuersa de licta atq pctā eorum: q̄ iprecās capiti e᷒ emittet illū per hoiem paratū in desertū. Cūq portauerit hircus oēs iniquitates eorum in terrā solitariam. et dimissus fuerit in deserto. reuertet in taber/naculū testimonij. et depositis vestibus. quib᷒ prius indut᷒ erat cū intraret sanctuariū. relictis q ibi lauabit carnē suā in loco scō. indueturq vestib᷒ suis. Et postq egressus obtulerit holo caustū suū ac plebis. rogabit tam pro se q pro po/pulo. et adipē q oblat᷒ ē pro pctis. adolebit sup al tare. Ille vo q dimiserit caprū emissariū laua/bit vestimenta sua et corpus aqua. et sic igredie tur in castra. Vitulū aūt et hircum qui pro pec/cato fuerant imolati. et quorum sanguis illatus est in sanctuarium vt expiatio compleret. aspor tabūt foras castra. et comburēt igni tam pelles q carnes eorum ac fimū. et quicūq combusse/rit ea. lauabit vestimenta sua et carnē aqua. et sic ingrediet castra. Eritq vobis hoc legitimum sempiternū. Mēse aūt septimo. decima die mē sis. affligetis aias vestras. nullūq op᷒ facietis siue indigena siue aduena qui pegrināt int vos In hac die expiatio erit vrī atq mūdatio ab oi b᷒ peccatis vrīs corā dño mūdabimini. Sabba tū. n. requietionis est. et affligetis aias vestras religione perpetua. Expiabit aūt sacerdos qui vnct᷒ fuerit et cui᷒ man᷒ initiate sunt vt sacerdo tio fungat pro prē suo. Indueturq stola linea et vestib᷒ scis et expiabit sanctuariū et tabernaculū testimonij atq altare: sacerdotes quoq et vni/uersū populū. Eritq hoc vobis legitimū sem/piternū: vt orētis pro filijs israel: et pro cunctis peccatis eorū semel in anno. Fecit igitur sicut preceperat dñs moysi. XVII

Et locutus est dñs ad moysen dicens: Loquere aaron et filijs eius et cunctis filijs israel dicens ad eos: Iste est ser/mo quē mandauit dñs dicens. Homo quilibet de domo israel si occiderit bouē aut ouē siue ca pram in castris vel extra castra. et nō obtulerit ad ostiū tabernaculi oblationē dño. sanguinis reus erit. Quasi si sanguinē fuderit: sic peribit de medio populi sui. Ideo sacerdoti offerre de bent filij israel hostias suas quas occidūt i agro vt sanctificentur dño ante ostiū tabernaculi te/stimonij. et immolent eas hostias pacificas do/mino. Fundetq sacerdos sanguinem super altare domini ad ostium tabernaculi testimonij et adolebit adipem in odorem suauitatis dño. et nequaq vltra imolabunt hostias suas demoni bus cū quib᷒ fornicati sūt. Legitimū sempiternū erit illis et posteris eorum. Et ad ipsos dices. ho/mo de filijs israel et de aduenis qui peregrināt apud vos q obtulerit holocaustū siue victimā. et ad ostiū tabernaculi testimonij nō adduxerit eam vt offerat dño. interibit de populo suo. hō quilibet de domo israel et de aduenis qui pere/grinant inter vos si comederit sanguinē. ob/firmabo faciē meā cōtra aiam illius. et disper/dam eam de populo suo. quia aia carnis in sāgui ne est. et ego dedi illum vobis. vt super altare i eo expietis pro aiabus vestris et sanguis pro aie piaculo sit. Idcirco dixi filijs israel. Ois aia ex vobis nō comedet sanguinem. nec ex aduenis qui peregrinant apud vos. Hō quicūq de fi/lijs israel et de aduenis qui peregrinant apud vos. si venatione atq aucupio ceperit ferā vel auem quibus vesci licitum est: fundat sangui/nem ei᷒ et operiat illū terra. Aia enim ois car/nis in sanguine est. Vnde dixi filijs israel Sā guinē vniuerse carnis nō comedetis: quia anima carnis in sanguine est. Quicūq comederit il/lum interibit. Aia que comederit morticinū vl captum a bestia. tam de indigenis q de aduc/nis. lauabit vestimenta sua et semetipsum aqua et ptaminat᷒ erit vsq ad vesperum. et hoc ordi ne mundus fiet. Qz si nō lauerit vestimēta sua vel corpus portabit iniquitatē suā. XVIII

Locutusq est dñus ad moysen dicēs: Loquere filijs israel. et dices ad eos. Ego sum dñs de᷒ vester. Iuxta cōsue tudinem terre egypti in qua habitastis. non fa cietis. et iuxta morē regionis chanaan: ad quā ego introducturus sū vos. non agetis. nec i le gitimis eorū ambulabitis. Facietis iudicia mea et precepta mea seruabitis: et ambulabitis i eis. Ego dñs deus vester. Custodite leges meas atq iudicia: q̄ faciens homo viuet in eis. Ego dñs deus vester. Ois homo ad proximā san/guinis sui non accedet vt reuelet turpitudinem eius. Ego dñs. Turpitudinē patris tui et tur/pitudinē matris tue non discooperies. Mater tua est: non reuelabis turpitudinem eius. Tur pitudinē vxoris patris tui non discooperies. Turpitudinē enim patris tui est. Turpitudinē sororis tue ex patre siue ex matre que domi vel foris genita est. non reuelabis. Turpitudinem filie filij tui vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua est. Turpitudinē filie vxoris pa tris tui quā peperit patri tuo et est soror tua. nō reuelabis. Turpitudinem sororis patris tui nō discooperies: quia caro est patris tui. Turpitudi

nem sororis matris tue non reuelabis: eo q̃ ca ro sit matris tue. Turpitudinē patrui tui nō re uelabis: nec accedes ad vxorē eius que tibi affi nitate coniungit̄. Turpitudinē nurus tue non reuelabis: q2 vxor filij tui est: nec discooperies ignominiā eius. Et vxorem fratris tui nullus accipiat. Turpitudinē vxoris fratris tui nō re uelabis: q2 turpitudo fratris tui est. Turpitudi nem vxoris tue ⁊ filie eius non reuelabis. Fili am filij eius ⁊ filiam filie illius nō sumes: vt re ueles ignominiam eius: q2 caro illius sunt ⁊ ta lis coitus incestus est. Sororem vxoris tue in pelicatū illius non accipies: nec reuelabis tur pitudinē eius adhuc illa viuente. Ad mulierē que patitur mēstrua nō accedes: nec reuelabis feditatem ei⁹. Cū vxore proximi tui non coibis nec seminis cōmixtione maculaberis. De semi ne tuo non dabis vt consecretur idolo moloch nec pollues nomē dei tui. Ego dn̄s. Cū mascu lo non ꝯmiscearis coitu femineo: q2 abbomina tio est. Cū oī pecore non coibis: nec maculabe ris cum eo. Mulier nō succumbet iumēto nec miscebitur ei: q2 scelus est. Nec polluamini in omnib⁹ his quibus cōtaminate sunt vniuerse gentes quas ego eijciam ante conspectū vestrū ⁊ quibus polluta est terra cui⁹ ego scelera visita bo: vt euomat habitatores suos. Custodite le gitima mea atq3 iudicia. vt non faciatis ex oi bus abbominationib⁹ istis tam indigena q̃3 co lonus qui peregrinat̄ apud vos. Omēs enī exe crationes istas fecerunt accole terre qui fuerūt ante vos ⁊ polluerūt eā. Cauete ergo ne ⁊ vos similiter euomat cū paria feceritis: sicut euomit gentem que fuit ante vos. Omnis aīa q̃ fecerit de abbominationibus his quippiam: peribit d̄ medio populi sui. Custodite mandata mea. no lite facere que fecerunt hi qui fuerunt ante vos. ⁊ ne polluamini in eis. Ego dominus de⁹ ve ster.

XIX

Locutus est domin⁹ ad moysen dicens Loquere ad omnem cetū filiorū israel ⁊ dices ad eos. Sācti estote: q2 ego sā ctus sum dn̄s deus vester. Vnusquisq3 patrē suum ⁊ matrem suam timeat. Sabbata mea cu stodite. Ego dn̄s deus vester. Nolite conuerti ad idola: nec deos conflatiles facietis vobis. Ego dn̄s deus vester. Si imolaueritis hostiā pacificorū dn̄o vt sit placabilis: eo die quo fue rit imolata comedetis eam. ⁊ die altero. Quic quid aūt residuum fuerit in diem tertium: igne comburetis. Si quis post biduum comederit ex ea. prophanus erit ⁊ impietatis reus: porta bitq3 iniquitatem suam: q2 sanctū dn̄i polluit. ⁊ peribit aīa illius de populo suo. Cūq3 messue ris segetes terre tue nō tondebis vsq3 ad solū superficiem terre: nec remanentes spicas colli ges: neq3 in vinea tua racemos ⁊ grana decidē tia congregabis: sed pauperibus ⁊ peregrinis omittēda dimittes. Ego dn̄s deus vester. Nō facietis furtū: nō mētiemini: nec decipiet vnus quisq3 proximū suum. Nō periurabis i nomie meo: nec pollues nomē dei tui. Ego dominus Nō facies calūniam proximo tuo: nec vi oppri mes eū. Nō morabit̄ opus mercēnarij tui apd̄ te vsq3 mane. Non maledices surdo: nec corā ceco pones offendiculū: sed timebis dominum deū tuū: q2 ego sum dominus. Non facies qd̄ iniquū est: nec iniuste iudicabis. Non conside res personā pauperis: nec honores vultū potē tis. Iuste iudica proximo tuo. Non eris crimi nator nec susurro i ppl̄'is. Nō stabis ꝯ sangui nē ꝓximi tui. Ego dn̄s. Nō oderis frēm tuū i corde tuo: sed publice argue eū ne habeas sup̄ illo peccatū. Nō queras vltionem: nec memor eris iniurie ciuiū tuorum. Diliges amicū tuū sicut teipsum. Ego dn̄s. Leges meas custodi te. Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantib⁹. Agrū tuū nō seres diuer so semine. Veste q̃ ex duob⁹ texta est: nō indue ris. Hō si dormierit cū muliere coitu seminis: q̃ sit ancilla ēt nobilis. ⁊ tn̄ precio non redēpta nec libertate donata: vapulabunt ambo ⁊ non morient̄: q2 non fuit libera. Pro delicto autē suo offeret domino ad ostium tabernaculi testi monij arietē: orabitq3 pro eo sacerdos ⁊ ꝓ pec cato ei⁹ coram dn̄o. ⁊ repropitiabitur ei: dimit teturq3 peccatū. Qn̄ ingressi fueritis terram ⁊ plantaueritis i ea ligna pomifera. auferetis p̄ putia eoꝝ. Poma que germināt. imūda erunt vobis nec edetis ex eis. Quarto aūt anno oīs fructus eoꝝ sanctificabitur: laudabilis dn̄o Quinto aūt anno comedetis fruct⁹: cōgregan tes poma q̃ proferunt. Ego dn̄s deus vester. Non comedetis carnē cū sanguie. Nō augu rabimini: nec obseruabitis somnia. Neq3 in rotondū attondebitis comā: nec radetis barbā ⁊ super mortuo nō icidetis carnes vr̄as. neq3 figuras aliquas aut stigmata facietis vobis. Ego dn̄s. Ne ꝓstituas filiā tuā ne cōtaminet terra ⁊ impleat̄ piaculo. Sabbata mea custodite ⁊ sanctuariū meū metuite. Ego dn̄s. Nō decli etis ad magos: nec ab ariolis aliqd̄ sciscitemini vt polluamini per eos. Ego dn̄s deus vester. Coram canocapite consurge. ⁊ honora perso

nā semis. ⁊ time dn̄m deū tuū. Ego sum dn̄s. Si habitauerit aduena in terra vr̄a. ⁊ moratus fuerit int̄ vos. non exprobretis ei: sed sit inter vos quasi idigena. ⁊ diligetis eum q̄si vosmet/ipsos. Fuistis. n. ⁊ vos aduene i terra egypti. Ego dn̄s deus vester. Nolite facē iniquū ali/qd. i iudicio. i regula. in pondere. in mensura. Statera iusta. ⁊ equa sint pondera: iustus mo/dius: equusq; sextarius. Ego dn̄s deus vester q̄ eduxi vos đ t̄ra egypti. Custodite omnia pre cepta mea ⁊ vniuersa iudicia. ⁊ facite ea. Ego dominus.

XX

Locutusq; ē dn̄s ad moysen dicens: Hec loq̄ris filijs israel: hō de filijs israel ⁊ de aduenis q̄ habitant in israel: si q̄s dederit de semine suo idolo moloch: morte/moriat̄. Populus t̄re lapidabit eū. ⁊ ego po/nam faciē meā ꝯ illū. succidamq; eū de medio populi sui: eo ꝙ dederit de semine suo moloch. ⁊ cōtaminauerit sc̄uariū meū: ac polluerit no/men sc̄m̄ meū. Q̄ si negligēs ppl's terre ⁊ q̄si paruipēdens impiū meū: dimiserit hominem qui dedit de semine suo moloch. nec voluerit eū occidere: ponā faciē meā sup hominē illū ⁊ cognationē eius: succidāq; ⁊ ipsū ⁊ oēs q̄ con/senserunt ei. vt fornicarent̄ cū moloch de me/dio ppl'i sui. Aīa que declinauerit ad magos ⁊ ariolos. ⁊ fornicata fuerit cum eis: ponam fa ciē meā ꝯ eā. ⁊ iterficiā illā de medio ppl'i sui. Sc̄ificamini ⁊ estote sc̄i: q̄a ⁊ ego sc̄us sum dn̄s deus vester. Custodite p̄cepta mea ⁊ facite ea Ego dn̄s qui sc̄ifico vos. Qui maledixerit pr̄i suo aut matri. morte moriat̄. Patri matriq; qui maledixerit sanguis eius sit sup eū. Si me/chatus q̄s fuerit cū vxore alterius: ⁊ adulteriū perpetrauerit cū cōiuge ꝓximi sui: morte mo/riat̄ ⁊ mechus ⁊ adultera. Qui dormierit cū no uerca sua: ⁊ reuelauerit ignominiam pr̄is sui: morte moriant̄ ambo. Sanguis eoꝝ sit super eos. Si q̄s dormierit cū nuru sua. vterq; mo/riat̄. q̄a scelus opati sūt. Sanguis eoꝝ sit super eos. Qui dormierit cum masculo coitu femi/neo: vterq; opatus ē nephas: morte moriātur Sit sanguis eoꝝ super eos. Qui supra vxorē filiam. duxerit matrem ei⁹ scelus opatus ē. Vi uus ardebit cum eis: nec p̄manebit tantum ne phas in medio vr̄i. Qui cū iumento ⁊ pecore coierit. morte moriat̄: pecus q̄q; occidite. Mu/lier que succubuerit cuilibet iumento. sil' interfi ciet̄ cum eo. Sanguis eorum sit sup eos. Qui accepit sororē suam. filiā pr̄is sui vel filiā mr̄is sue. ⁊ viderit turpitudinem ei⁹. illaq; conspexerit fr̄is ignominiā: nephariā rem operati sunt occident̄ in conspectu ppl'i: eo ꝙ turpitudinē suā mutuo reuelauerint. ⁊ portabūt iniqtatem suam. Qui coierit cum muliere in fluxu men/struo. ⁊ reuelauerit turpitudinem eius: ipsaq; apuerit fontem sanguinis sui: interficient̄ ambo de medio ppl'i sui. Turpitudinem matertere ⁊ amite tue non discoopies. Qui h̄ fecerit. igno miniā carnis sue nudauit: portabūt ambo ini quitatē suā. Qui coierit cum vxore patrui vel auūculi sui. ⁊ reuelauerit ignominiam cogna/tionis sue: portabunt ambo pct̄m suū. Absq; li beris morient̄. Qui duxerit vxorē fr̄is sui. rē facit illicitam: turpitudinem fr̄is sui reuelauit. absque filijs erit. Custodite leges meas atq; iudicia ⁊ facite ea: ne ⁊ vos euomat t̄ra quam intraturi estis ⁊ habitaturi. Nolite ambula/re in legitimis nacionum: quas ego expulsur⁹ sū ante vos. Oīa eni h̄ fecerūt. ⁊ abhominat⁹ sū eas. vobis aūt loq̄r. Possidete terrā eoꝝ quā dabo vobis in hereditatem. terrā fluentē lacte ⁊ melle. Ego dn̄s deus vester: q̄ separa/ui vos a ceteris ppl'is. Separate ḡ ⁊ vos iu/mentū mundū ab imūdo. ⁊ auē mundam ab imunda. Ne polluatis aīas vr̄as in pecore ⁊ auib⁹ ⁊ cūctis q̄ mouent̄ in t̄ra. ⁊ q̄ vob osten di eē polluta. Eritis sc̄i mihi: q̄r sc̄us ego sum dn̄s. ⁊ separaui vos a ceteris ppl'is ut essetis mei. Vir siue mulier in q̄b⁹ phitonic⁹ uel di/uinacionis fuerit spiritus: morte moriantur la pidib⁹ obruēt eos. Sanguis eoꝝ sit sup illos.

Dixit quoq; dn̄s ad moysen: XXI

Loquere ad sacerdotes filios aaron ⁊ dices ad eos: Ne cōtaminetur sacer dos i mortib⁹ ciuiū suoꝝ. nisi tm̄ i cōsanguine is ac ꝓpinquis. i. super patrē ⁊ matrē ⁊ filium ⁊ filia frēm q̄z ⁊ sororem v̄ginē. q̄ nō ē nupta viro: s; nec in principe populi sui ꝯtamiabitur Nec radent caput nec barbā: neq; i carnibus suis faciēt incisuras. Sci erūt deo suo. ⁊ non polluēt nomē eius. Incensū eni dn̄i ⁊ panes dei sui offerūt. ⁊ iō sc̄i erūt. Scortum ⁊ uile ꝓstibulū nō ducet vxorē: nec eā q̄ repudiata ē a marito. quia consecratus ē deo suo. ⁊ panes ꝓpositiōis offert. Sit ḡ sc̄us: quia ⁊ ego sāct⁹ sū dn̄s qui sc̄ifico vos. Sacerdot̄s filia si de/p̄hēsa fuerit i stupro. ⁊ violauerit nomē pr̄is sui: flammis exuretur. Pontifex. i. sacerdos maximus inter fratres. super cuius caput fusū est vnctionis oleum. ⁊ cuius manus in sacer/dotio consecrate sunt: vestitusq; est sanctis ve/stibus: caput suū non discooperiet: vestimēta

non scindet: ꝛ ad omnē mortuū non ingredie-tur oīo. Super patre quoqꝫ suo ꝛ matre nō cō-taminabit: nec egredietur de sanctis ne pollu-at sanctuariū domini: qꝛ oleuꝫ sancte vnctionis dei sui super eum est. Ego dñs. Virgineꝫ du-cet vxorem. Viduam aūt ꝛ repudiatam ꝛ sor-didam atqꝫ meretricē nō accipiet sed puellā de populo suo. ne ꝯmisceat stirpē generis sui vul go gentis sue. qꝛ ego dñs qui sanctifico eum. Locutusqꝫ ē dñs ad moysen dicens. Loquere ad aaron. Homo de semine tuo ꝑ familias qui habuerit maculā nō offeret panes deo suo: nec accedet ad ministerium eius. Si cecus fuerit. si claudus. si vel paruo vel grandi ꝛ torto naso: si fracto pede. si manu. si gibbus. si lippꝰ. si al-buginē habens in oculo. si iugem scabiem. si i-petiginē in corpore. vel herniosus: oīs qui ha-buerit maculā de semine aaron sacerdotis. nō accedet offerre hostias dño nec panes deo suo. Vescetur tñ panibꝰ qui offerunt in sanctuario ita dūtaxat. vt intra velū non ingrediatur: nec accedat ad altare qui maculam habet. ꝛ cōtami-nare non debet sanctuariū meū. Ego dñs qui sanctifico eos. Locutus est ergo moyses ad aa-ron ꝛ ad filios eius ꝛ ad omnem israel: cuncta que sibi fuerant imperata. XXII

Locutusqꝫ est dñs ad moysen dicens: Loquere ad aaron ꝛ ad filios eius. vt caueant ab his que consecrata sunt filio-rum israel. ꝛ non contaminēt nomē sanctifica-torꝫ mihi que ipsi offerūt. Ego dominꝰ. Dic ad eos ꝛ ad posteros eorū. Omnis homo qui accesserit de stirpe vestra ad ea que ꝯsecrata sūt ꝛ que obtulerūt filij israel domino in quo ē im-mūditia: peribit corā dño. Ego sum dñs. Hō de semine aaron qui fuerit leprosus: aut patiens fluxum seminis nō vescetur de his que sanctifi-cata sunt mihi donec sanetur. Qui tetigerit im-mundū super mortuo. ꝛ ex quo egreditur semē quasi coitus. ꝛ qui tangit reptile ꝛ quodlibet im-mundū cuiꝰ tactus est sordidus. immundus erit vsqꝫ ad vesperū. ꝛ non vescetur his que sancti-ficata sunt. sed cum lauerit carnem suaꝫ aqua ꝛ occubuerit sol tunc mūdatus vescet̃ de sanctifi-catis: qꝛ cibus illius est. Morticinū ꝛ captuꝫ a bestia nō comedent. nec polluent̃ in eis. Ego sum dñs. Custodiant precepta mea. vt nō sub-iaceant peccato. ꝛ moriant̃ in sanctuario cū pol-luerint illud. Ego dominus qui sanctifico eos. Omnis alienigena non comedet de sanctificatis. Inquilinus sacerdotis ꝛ mercenarius non ve-scent̃ ex eis. Quem autem sacerdos emerit ꝛ q vernaculus domus eius fuerit. hi comedent ex eis. Si filia sacerdotis cuilibet ex populo nup-ta fuerit. de his que sanctificata sunt ꝛ de primi-tijs non vescetur. Sin aūt vidua vel repudia-ta ꝛ absqꝫ liberis reuersa fuerit ad domū patris sui: sicut puella consueuerat. aletur cibis patris sui. Omnis alienigena comedendi ex eis non ha-bet potestatem. Qui comederit de sanctifica-tis per ignorātiam. addet quintā partem cū eo qđ comedit. ꝛ dabit sacerdoti in sanctuariū: nec contaminabunt sanctificata filiorum israel que offeruntur dño. ne forte sustineant iniquitateꝫ delicti sui cū sanctificata comederint. Ego dñs qui sanctifico eos. Locutusqꝫ est dñs ad moy-sen dicens. Loquere ad aarō ꝛ filios eius. ꝛ ad oēs filios israel. dicesqꝫ ad eos. Homo de do-mo israel ꝛ de aduenis qui habitant apud vos qui obtulerit oblationem suam. vel vota soluēs vel sponte offerens. quicquid illud obtulerit in holocaustum dñi vt offeratur per vos. masculꝰ immaculatus erit ex bobus ꝛ ouibꝰ ꝛ ex capris. Si maculam habuerit nō offeretis: neqꝫ erit ac-ceptabile. Hō qui obtulerit victimā pacificoꝝ dño vel vota soluens vel sponte offerens tam de bobus qꝫ de ouibus. imaculatū offeret vt ac-ceptabile sit. Omnis macula nō erit in eo. Si cecū fuerit si fractum. si cicatricem habens. si papu-las aut scabiem aut impetiginē non offeretis ea dño: nec adolebitis ex eis super altare dñi. Bo-uem ꝛ ouem aure ꝛ cauda amputatis volunta-rie offerre potes. votū aūt ex his solui non pōt. Omne animal qđ vel contritis vel tonsis vel sec-tis. ablatisqꝫ testiculis est non offeretis dño. ꝛ i terra vestra hoc omnino ne faciatis. De manu alienigene nō offeretis panes deo vestro ꝛ qc-quid aliud dare voluerit: qꝛ corrupta ꝛ macula-ta sunt oīa: non suscipietis ea. Locutusqꝫ ē do-minꝰ ad moysen dicens. Bos oues ꝛ capra cū genita fuerint septem diebꝰ erūt sub vbere ma-tris sue: die auteꝫ octauo ꝛ deinceps offerri po-terunt domino. Siue illa bos siue oues nō im-molabuntur vna die cum fetibꝰ suis. Si imola-ueritis hostiaꝫ pro graꝝ actione dño: vt possit esse placabilis: eodē die comedetis eam. Non remanebit quicqꝫ in mane alteriꝰ diei. Ego do-minus. Custodite mandata mea. ꝛ facite ea. Ego dominus. Ne polluatis nomen meū san-ctū vt sctificet i medio filioꝝ israel. Ego domi-nus qui sanctifico vos. ꝛ eduxi de terra egypti vt essem vobis in deum. Ego dñs. XXIII

Locutusqꝫ est dñs ad moysen dicens: Loqre filijs israel. ꝛ dices ad eos. He

sunt ferie dñi quas vocabit' scãs. Sex diebus facietis op⁹: dies septimus q2 sabbati requies ẽ. vocabit' sanctus. Omne opus nõ facietis in eo. Sabbatũ dñi ẽ in cũctis habitatioib⁹ vestri'. Hec sunt ergo ferie dñi scẽ quas celebrare debetis tpibus suis. Mẽse pmo quartadecima die mensis ad vesperũ. phase dñi ẽ. et quintadecia die mens' hui⁹ solẽnitas azimoꝝ dñi ẽ. Septez diebus azima comedetis. Dies pmus erit vobis celeberrimus. sanctusq3. Omne op⁹ seruile nõ facietis in eo: sed offeret' sacrificiũ i igne dño septẽ diebus. Dies aũt septimus erit celebrioꝛ ⁊ sanctioꝛ nullũq3 seruile opus faciet' i eo. Locutusq3 ẽ dñs ad moysen dicẽs. Loquere filijs israel: ⁊ dices ad eos. Cũ ingressi fueritis terrã quã ego dabo vobis: ⁊ messueritis segetẽ: feretis manipulos spicarũ pmitias messis vestre ad sacerdotẽ. Qui eleuabit fasciculũ corã domino vt acceptabile sit p vobis altero die sabbati. ⁊ sanctificabit illũ. Atq3 in eodem die quo manipulus ↄsecrat'. cedet' agn⁹ imaculat⁹ anniculus i holocaustũ dñi. ⁊ libamẽta offeret' cũ eo. due decime simile ↄspse oleo in incensũz dñi odoreq3 suauissimũ. liba quoq3 vini. quarta pars hin. Panẽ ⁊ polentã ⁊ pultes nõ comedetis ex segete. vsq3 ad diez qua offeretis ex ea deo vestro. Preceptũ ẽ sempiternũ i generationib⁹ cũctisq3 habitaculis vestris. Numerabitis ergo ab altero die sabbati in quo obtulistis manipulũ pmitiaꝝ. septẽ ebdomadas plenas vsq3 ad alterã diẽ expletioĩs ebdomade septie. i. qnquaginta dies. ⁊ sic offeretis sacrificiũ nouum dño ex oib⁹ habitaculis vrĩs. panes pmitiarũ duos de duab⁹ decimis simile fermentate quos coquetis in pmitias dñi. Offeretisq3 cuz panib⁹ septẽ agnos imaculatos ãniculos. ⁊ vitulũ de armento vnum ⁊ arietes duos. ⁊ erũt i holocaustũ cũ libamẽtis suis in odorẽ suauissimũ dño. Facietis ⁊ hircum p peccato. duosq3 agnos anniculos hostias pacificoꝝ. Cũq3 eleuauerit eos sacerdos cũ panib⁹ pmitiaꝝ coram domino. cedũt in vsum eius. Et vocabi' hunc diẽ celeberrimũ atq3 sanctissimũ. O ẽ op⁹ seruile nõ facietis in eo. Legitimũ sempiternũ erit i cũctis habitaculis ⁊ generatioib⁹ vestri'. Post ꝙ autem messueritis segetem terre vestre. nõ secabitis eã vsq3 ad solũ: nec remanẽtes spicas colligetis. sed pauperib⁹ ⁊ peregrinis dimittetis eas. Ego sũ dñs deus vester. Locutusq3 ẽ dñs ad moysen dicens. Loquere filijs israel. Mẽse septimo: pma die mens' erit vobis sabbatũ memoꝛiale clangentibus tubis: ⁊ vocabit' sanctũ. Omne opus seruile nõ facietis in eo. ⁊ offeretis holocaustũ dño. Locutusq3 ẽ dñs ad moysen dicens. Decimo die mensis huius septimi dies expiationũ erit celeberrim⁹. ⁊ vocabit' sanctus. affligetisq3 animas vestras in eo. ⁊ offeretis holocaustũ dño. Omne op⁹ seruile nõ facietis in tempoꝛe diei hui⁹. q2 dies ppitiatiõis est vt ppitiet' vobis dñs de⁹ vester. Omis anima que afflicta nõ fuerit die hac. pibit de populis suis. ⁊ que operis qppiam fecerit: delebo eã de populo suo. Nihil ergo opis faciet' i eo. Legitimũ sempiternũ erit vobis in cũct' generatioib⁹ ⁊ habitatioib⁹ vrĩs. Sabbatũ req̃etionis ẽ. ⁊ affligetis aĩas vrãs. Die nono mens' septimi a vespo vsq3 ad vespeꝝ celebrabit' sabbata vestra. Et locut⁹ ẽ dñs ad moysen dicens Loquere filijs israel. A qntodecimo die mens' hui⁹ septimi. erũt ferie tabernaculoꝝ septẽ diebus domino. Dies prim⁹ vocabit' celeberrim⁹ atq3 sanctissim⁹. Omne op⁹ seruile nõ facietis in eo ⁊ septem dieb⁹ offeretis holocausta dño. Dies q3 octau⁹ erit celeberrim⁹ atq3 sanctissim⁹. ⁊ offeret' holocaustũ dño. Est. n. cet⁹ atq3 collecte. Omne opus seruile nõ facietis in eo. He sũt ferie dñi quas vocabitis celeberrimas atq3 sanctissimas: offeretisq3 in eis oblationes dño holocausta ⁊ libamẽta iuxta ritũ vniuscuiusq3 diei exceptis sabbatis dñi donisq3 vestris. ⁊ q̃ offeretis ex voto. vel q̃ sponte tribuetis dño. A qntodecimo ergo die mens' septimi qñ congregaueritis oẽs fructus terre vestre. celebrabit' ferias dñi septẽ dieb⁹. Die pmo ⁊ die octauo erit sabbatũ. i. reqes. Sumetisq3 vobis die pmo fructus arboꝛis pulcherrime. spatulasq3 palmarũ ⁊ ramos ligni densarũ frondiũ. ⁊ salices de toꝛrente. ⁊ letabimini corã dño deo vr̃o celebrabitisq3 solẽnitatem ei⁹ septem dieb⁹ per annũ. Legittimũ sempiternũ erit in generationib⁹ vrĩs. Mense septimo festa celebrabitis ⁊ habitabitis in vmbraculis septẽ diebus. Omis q generе est israel. manebit in tabernaculis. vt discant posteri vestri q' in tabernaculis habitare fecerim filios israel cuz educerẽ eos de terra egypti. Ego dñs deus vr̃. Locutusq3 est moyses super solemnitatibus domini ad filios isrl'.

Et locutus est dominus XXIIII ad moysen dicens. Precipe filijs israel vt afferant tibi oleũ de oliuis purissimũ ac lucidũ ad ↄcinnãdas lucernas iugit' extra velũ testimonij i tabernaculo federis. Ponetq3 eas aaron a vespere vsq3 in mane coraz dño cultu rituq3 ppetuo i gñatioibus vestris.

Super candelabꝛū mūdissimū ponent̄ semꝑ in
ꝯspectu dñi. Accipies q̊ꝫ similā ⁊ coques ex ea
duodeci panes q singuli habebūt duas decimas
Quoꝝ senos astrinsec⁹ super mensam purissi
mam corā dño statues. ⁊ pones super eos thus
lucidissimū vt sit panis in monumentū oblatio
nis dñi. Per singula sabbata mutabunt̄ coraꝫ
dño. suscepti a filijs isrl̄ fedē sempiterno: erunt
qꝫ aaron ⁊ filioꝛum eius vt comedant eos in lo
co scō: q2 scm̄ scōꝝ est de sacrificijs domini iure
ꝑpetuo. Ecce aūt egressus filius mulieris isra/
helitidis quē peꝑerat de viro egyptio inter fili
os isrl̄: iurgatus est in castris cū viro israheli
te. Cūqꝫ blasfemasset nomen dñi. ⁊ maledixis/
set ei. adductus ē ad moysen. Vocabat̄ aūt ma
ter ei⁹ salumith filia dabꝛi: de tribu dan. Mise
runtqꝫ eū in carcerē: donec nosceret qd iuberet
dñs. Qui locutus est ad moysen dicens. Educ
blasfemuꝫ extra castra. ⁊ ponāt oēs q audierūt
manus suas super caput eius. ⁊ lapidet euꝫ po
pulus vniuersus. Et ad filios isrl̄ loq̄ris. Hō
qui maledixerit deo suo poꝛtabit peccatum suū.
⁊ q blasfemauerit nomē domini: moꝛte moriat̄
Lapidibus oppꝛimet eū oīs multitudo populi
Siue ille ciuis siue peregrin⁹ fuerit. q blasfema
uerit nomē domini. moꝛte moꝛiatur. Qui per
cusserit ⁊ occiderit hoiem. moꝛte moꝛiat̄. Qui
percusserit animal reddat vicariuꝫ. i. aiam pro
aia. Qui irrogauerit maculā cuilibet ciuiū suo
rum: sicut fecit. sic fiet ei. Fracturaꝫ pꝛo fractu
ra. oculum ꝓ oculo. dentem ꝓ dente restituet.
Qualē inflixerit maculā. talē sustinere cogetur
Qui ꝑcusserit iumentū. reddat aliud. Qui per
cusserit hoiem punief. Equū iudicium sit inter
vos. siue ꝑegrinus siue ciuis peccauerit. quia
ego suꝫ dñs deus vester. Locutusqꝫ est moyses
ad filios isrl̄. ⁊ eduxerūt euꝫ qui blasfemauerat
extra castra: ac lapidibus oppꝛesserunt. Fece/
runtqꝫ filij israel sicut pꝛeceperat dñs moyses.

L

Ocutusqꝫ est dñs ad moysen. XXV
in monte synai dicens. Loquere filijs
isral̄. ⁊ dices ad eos. Quando ingressi
fueritis terrā quā ego dabo vobis: sabbatiçet̄
sabbatū dño. Sex annis seres agrū tuuꝫ. ⁊ sex
annis putabis vineā tuaꝫ. colligesqꝫ fruct⁹ ei⁹.
Septio aūt anno sabbatū erit terre reqetionis
dñi. Agrum nō seres. ⁊ vineam non putabis.
Que sponte gignet humus non metes. ⁊ vuas
ꝑmitiarū tuarū nō colliges q̄si vindemiā. An
nus. n. reqetōis terre est. Sed erūt vobis in ci
bū tibi ⁊ seruo tuo. ancille ⁊ mercēnario tuo. ⁊
aduene q peregrinat̄ apud te. Jumentis tuis ⁊
pecoꝛibus omnia que nascunt̄ pꝛebebūt cibum
Numerabis quoqꝫ tibi septē ebdomadas an/
noꝝ. i. septies septem. que simul faciūt quadra
gintanouem. ⁊ clanges buccina mēse septimo
decima die mens̄ pꝛopitiationis tempoꝛe i vni
uersa terra vestra. Sanctificabisqꝫ annū quin
quagesimū. ⁊ vocabis remissionem cūct̄ habi
tatoꝛibus terre tue. Jp̄e est enim iubileus. Re
uertet̄ homo ad possessionem suam. ⁊ vnusqs/
qꝫ rediet ad familiam pꝛistinam. quia iubileus
est ⁊ quinquagesimus annus. Non seretis at/
qꝫ metetis. sponte in agro nascentia. ⁊ pꝛimiti/
as vindemie non colliget̄: ob sanctificationē
iubilei: sed statim ablata comedet̄. Anno iu/
bilei redient omnes ad possessiōes suas. Quā
do vendes quippiam ciui tuo vel emes ab eo
ne contristes fratrem tuum: sed iuxta numerū
annoꝛum iubilei emes ab eo. ⁊ iuxta supputa/
tionem frugum vendet tibi. Quanto plus an
ni remanserint post iubileuꝫ: tanto crescet et ꝑ
cium: et quanto minus tempoꝛis numerauer̄
tanto minoꝛis et emptio constabit. Tempus
enim frugum vendet tibi. Nolite affligere cō/
tribules vestros: sed timeat vnusquisqꝫ deum
suum: quia ego dominus deus vester. Facite
pꝛecepta mea. et iudicia custodite. et implete ea
vt habitare possit̄ in terra absqꝫ vllo pauoꝛe.
et gignat vobis humus fructus suos quib⁹ ve
scamini vsqꝫ ad saturitatē: nullius impetū foꝛ/
midantes. Qđ si dixeritis quid comedemus
anno septimo si non seuerimus neqꝫ collegeri
mus fruges nostras: dabo benedictionē meā
vobis anno sexto. et faciet fructus triū annoꝝ
seretisqꝫ āno octauo. ⁊ comedetis veteres fru/
ges vsqꝫ ad nonū annuꝫ. donec noua nascant̄
edetis vetera. Terra quoqꝫ non vendet̄ in ꝑ/
petuū quia mea est et vos aduene et coloni mei
estis. Vnde cūcta regio possessiōis vestre sub
redemptionis conditione vendetur. Si atte/
nuatus frater tuus vendiderit possessiunculaꝫ
suam. ⁊ voluerit ꝓpinquus ei⁹. poteſt redime
re quod ille vendiderat. Sin autem non habu
erit ꝓximū. ⁊ ip̄e pꝛecium ad redimendum po
tuerit inuenire: computabuntur fruct⁹ ex eo tē
poꝛe quo vendidit. ⁊ qđ reliquū est. reddet em
ptoꝛi. sicqꝫ recipiet possessionem suam. Qđ si
non inuenerit manus eius vt reddat pꝛecium
habebit emptoꝛ qđ emerat vsqꝫ ad annū iubile
um. Jn ip̄o enim omnis vēditio redibit ad do
minū ⁊ ad possessoꝛem pꝛistinum. Qui vendi
derit domū intra vꝛbis muros: habebit licētiā
redimendi donec vnus impleat̄ annus. Si nō

redemerit ⁊ anni circulus fuerit euolutus. emptor possidebit eam ⁊ posteri eius in perpetuũ ⁊ redimi non poterit etiam in iubileo. Sin autem in villa fuerit domus que muros non habet. agroꝝ iure vendet̃. Si ante redempta nõ fuerit. i iubileo reuertet̃ ad dominũ suũ. Edes leuitaruꝫ que in vrbibus sunt: semper possunt redimi. Si redempte non fuerint. in iubileo reuertentur ad dominos: quia domus vrbiũ leuitarũ ꝓ possessionibus sunt inter filios israel. Suburbana autẽ eoꝝ nõ veniant: q2 possessio sempiterna est. Si attenuatus fuerit frater tu⁹ ⁊ infirmus manu. ⁊ susceperis eum quasi aduenam ⁊ peregrinũ ⁊ vixerit tecum: ne accipias vsuras ab eo. nec amplius q̃ꝫ dedisti. Time deũ tuum. vt viuere possit frater tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad vsurã. ⁊ frugum superhabundantiam nõ exiges. Ego dominus deus vester qui eduxi vos de terra egypti. vt darem vobis terrã chanaan ⁊ essem vester deus. Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frat tu⁹. nõ cũ opprimes seruitute famuloꝝ: sed quasi mercenarius ⁊ colonus erit Vsqꝫ ad annũ iubileũ operabit̃ apud te. ⁊ postea egrediet̃ cũ liberis suis. ⁊ reuertetur ad cognationem ⁊ ad possessionẽ patrũ suoꝝ. Mei enim serui sunt. ⁊ ego eduxi eos de terra egypti. Non veneant conditione suoꝝ. Ne affligas eũ ꝑ potentiã: sed metuito deũ tuũ. Seru⁹ ⁊ ancilla sint vobis de natiõib⁹ q̃ i circuitu vr̃o sunt ⁊ de aduenis q peregrinant̃ apud vos vl̃ q ex his nati fuerint in terra vr̃a. Hos habebitis famulos. ⁊ hereditario iure transmittetꝭ ad posteros. ac possidebitis in eternũ. Fr̃es autẽ vr̃os. filios israel: ne opprimatis ꝑ potẽtiam. Si inualuerit apud vos man⁹ aduene atqꝫ peregrini. ⁊ attenuatus frat tuus vẽdiderit se ei. aut cuiqꝫ de stirpe eius. post vẽditionẽ põt redimi Qui voluerit ex fr̃ibus suis redimet eum. ⁊ patruus ⁊ patruelꝭ ⁊ ꝯsanguineus ⁊ affinis. Sin aũt ⁊ ipse potuerit: redimet se: supputatis dũtaxat annis a tpe vẽditiõis sue vsqꝫ in annũ iubileũ. ⁊ pecunia qua vẽditus fuerat iuxta annoꝝ numeruꝫ. ⁊ ratione mercenarij supputata. Si plures fuerint anni q remanẽt vsqꝫ ad iubileũ ẜm hos reddet ⁊ pciũ: si pauci ponẽt rationem cũ eo iuxta annoꝝ numeruꝫ. ⁊ reddet emptori qd̃ reliquũ est annoꝝ: qbus ante seruiuit mercedibus imputatis. Nõ affliget cũ violent̃ i cõspectu tuo. Qd̃ si ꝑ hec redimi nõ potuerit. anno iubileo egrediet̃ cũ liberis suis. Mei enim sũt serui filij israel. quos eduxi de terra egypti.

Ego dñs deus vester XXVI Non facietis vobis idolum ⁊ sculptile nec titulos erigetis. nec insignem lapidem ponetis in terra vestra vt adoretis eum. ego enĩ suꝫ dñs deus vester. Custodite sabbata mea. ⁊ pauete ad sanctuariũ meuꝫ. Ego dñs Si in ꝑceptis meis ambulaueritis. ⁊ mandata mea custodieritis ⁊ feceritꝭ ea: dabo vobis pluuias tp̃ibus suis. ⁊ terra gignet germen suum ⁊ pomis arbores replebunt̃. Apprendẽt messium tritura vindemiam. ⁊ vindemia occupabit sementem. ⁊ comedetis panem vestrum in saturitate: ⁊ absqꝫ pauore habitabitis i terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis. ⁊ nõ erit q exterreat. Auferã malas bestias. ⁊ gladius nõ trãsibit t̃minos vr̃os. Persequemini inimicos vr̃os. ⁊ corruẽt corã vob. Persequent̃ qnqꝫ de vr̃is centũ alienos. ⁊ centũ de vobis decẽ milia. Cadent inimici vr̃i gladio i ꝯspectu vr̃o. Respiciam vos ⁊ crescere faciam multiplicabimini. ⁊ firmabo pactum meuꝫ vobiscũ. Comedetis vetustissima veterum. ⁊ vetera nouis superuenientibus ꝓijcietis. Ponam tabernaculum meũ in medio vr̃i. ⁊ nõ abijciet vos aĩa mea. Ambulabo inter vos ⁊ ero deus vester. vosqꝫ eritis ppl̃s meus. Ego dñs deus vester q eduxi vos de t̃ra egyptioꝝ ne seruiretis eis. ⁊ qui ꝯfregi cathenas ceruicũ vr̃arũ vt incederetis erecti. Qd̃ si nõ audieritis me: nec feceritis oĩa mãdata mea. sed spreueritis leges meas. ⁊ iudicia mea ꝯtempseritis vt non faciatis ea q̃ a me cõstituta sunt. ⁊ ad irritum perducetis pactũ meũ. ego quoqꝫ h faciã vobis. Visitabo vos velociter i egestate ⁊ ardore q ꝯficiat oculos vr̃os. ⁊ cõsumat aĩas vr̃as. Frustra seretis sementẽ. que ab hostibus deuorabitur. Ponam faciem meã ꝯtra vos. ⁊ corruetis corã hostib⁹ vestris. ⁊ subijciemini his q oderũt vos. Fugietis nemĩe ꝑsequẽte. Sin autẽ nec sic obedieritis mihi. addam correptiones vr̃as septuplũ ꝓpter pctã vestra: ⁊ ꝯterã supbiã duritie vestre. Daboqꝫ vobis celũ desup sicut ferrũ. ⁊ t̃rã eneã. Cõsumet̃ in cassum labor vester nõ ꝓferet terra germẽ: nec arbores poma prebebũt. Si ambulaueritis ex aduerso mihi: nec volueritis audire me: addã plagas vestras vsqꝫ in septuplum ꝓpter peccata vestra. Emittãqꝫ in vos bestias agri: que ꝯsumant vos ⁊ pecora vestra: ⁊ ad paucitatẽ cũcta redigant: desertaqꝫ fient vie vestre. Qd̃ si nec sic volueritꝭ recipe disciplinã. sꝫ ambulaueritꝭ ex aduerso mihi: ego quoqꝫ ꝯtra vos aduersus incedã. ⊄ p/

cutiā vos septies ꝓpter pctā vr̄a: inducāqꝫ sup vos gladiū vltorē federis mei. Cūqꝫ ꝯfugeri/ tis i vrbes. mittā pestilētiā i medio vestri ⁊ tra demini i manibus hostiū postq̄ꝫ cōfregero ba/ culū panis vestri. ita vt decē mulieres in vno clibano coquāt panes. ⁊ reddāt eos ad pōdus ⁊ comedetis ⁊ nō saturabimini. Sin aūt nec ꝑ hec audieritis me. sed ambulaueritis cōtra me ⁊ ego incedā aduersus vos in furore cōtrario ⁊ corripiā vos septē plagis ꝓpt peccata vestra ita vt comedatis carnes filioꝝ vestroꝝ ⁊ filia/ rū vr̄aꝝ. Destruam excelsa vestra ⁊ simulacra cōfringā. Cadetis inter ruinas idoloꝝ vr̄oꝝ. ⁊ abhominabit̃ vos aīa mea: intantū vt vrbes vestras redigam in solitudinem. ⁊ deserta faci am sanctuaria vestra: nec recipiā vltra odorē suauissimū: dispdāqꝫ terrā vestrā. ⁊ stupebunt sup ea inimici vestri cū habitatores illiꝰ fuerit. Vos aūt disperdā in gētes. ⁊ euaginabo post vos gladiū: eritqꝫ terra vestra deserta. ⁊ ciuita tes vestre dirute. Tūc placebunt terre sabbata sua cūct̄ diebꝰ solitudinis sue. Qn̄ fueritis in terra hostili: sabbatizabit ⁊ requiescet i sabbat̄ so litudinis sue: eo ꝙ nō requieuerit in sabbatis ve stris. qn̄ habitabatis in ea. Et q̄ d̄ vobis remā serint: dabo pauorē in cordibꝰ eoꝝ in regioni/ bꝰ hostiū. Terrebit eos sonitꝰ folij volantis: ⁊ ita fugiēt quasi gladiū. Cadēt nullo sequēte. ⁊ corruent singuli sup fr̄es suos quasi bella fugi entes. Nemo vestꝝ inimicis audebit resistere Peribit̄ int̄ gētes. ⁊ hostilis vos terra cōsu/ met. Qd̄ si ⁊ de his aliq̄ remāserint: tabescēt in iniqtatibꝰ suis in terra inimicoꝝ suoꝝ. ⁊ ꝓpter peccata patrū suoꝝ ⁊ sua affligent̃. donec ꝯfite ant̃ iniqtates suas ⁊ maioꝝ suoꝝ q̄bꝰ preuari/ cati sūt in me. ⁊ ambulauerūt ex aduerso mihi. Ambulabo igit̃ ⁊ ego ꝯtra eos. ⁊ inducā illos i terrā hostilē. donec erubescat incircūcisa mēs eoꝝ. Tūc orabūt ꝓ impietatibꝰ suis. ⁊ recorda bor federis mei qd̄ pepigi cū abrahā isaac ⁊ ia/ cob. Terre quoqꝫ memor ero: que cū relicta fu erit ab eis. complacebit sibi in sabbat̄ suis. pa tiēs solitudinē ꝓpter illos. Ipsi vero rogabūt ꝓ peccatis suis: eo ꝙ abiecerint iudicia mea: ⁊ leges meas despexerint. Attamē etiā cū essent in terra hostili. nō penitus abieci eos: neqꝫ sic despexi vt ꝯsumerent̃. ⁊ irritū facerē pactū me um cū eis. Ego enī sū dn̄s deꝰ eoꝝ. ⁊ recorda/ bor federis mei pristini: qn̄ eduxi eos de terra egypti i ꝯspectu gentiū vt essem deꝰ eoꝝ. Ego dn̄s deꝰ. Hec sunt iudicia, atqꝫ p̄cepta ⁊ leges quas dedit dn̄s int̃ se ⁊ int̃ filios israel in mōte synai ꝑ manū moysi.

XXVII

Locutusqꝫ est dn̄s ad moysen dicens. Loquere filijs israel. et dices ad eos. Hō qui votū fecerit et spopōderit deo animā suā: sub estimatiōe dabit p̄ciū. Si fuerit masculus a vicesimo anno vsqꝫ ad sexagesimū annū. dabit quinquaginta siclos argenti ad mē surā sanctuarij: si mulier triginta. A quinto āt anno vsqꝫ ad vicesimū. masculus dabit vigin ti siclos femina decē. Ab vno mense vsqꝫ ad annū q̄ntū: ꝓ masculo dabunt̃ q̄nqꝫ sicli. ꝓ fe mina tres. Sexagenarius ⁊ vltra masculus da bit quindecim siclos: femina decē. Si pauper fuerit ⁊ estimationē reddere nō valebit: stabit coram sacerdote. ⁊ quantū ille estimauerit ⁊ vi derit eū posse reddere: tantū dabit. Animal aūt qd̄ imolari potest dn̄o si q̄s vouerit. sanctū erit ⁊ mutari nō potest. i. nec meliꝰ malo nec peius bono. Qd̄ si mutauerit. ⁊ ip̄m quod mutatū ē. ⁊ illud ꝓ quo mutatū ē ꝯsecratū erit dn̄o. Ani mal imūdū qd̄ imolari dn̄o nō potest. si q̄s vo uerit adducet̃ ante sacerdotē: q̄ diiudicās vtrū bonū an malū sit. statuet p̄ciū. Qd̄ si dare volue rit is q̄ offert: addet super estimationem quin/ tā partē. Homo si vouerit domū suā ⁊ sanctifi cauerit dn̄o: ꝯsiderabit eā sacerdos vtrū bona an mala sit. ⁊ iuxta preciū qd̄ ab eo fuerit consti tutū venundabit̃. Sin autem ille q̄ vouerat vo luerit redimere eā. dabit q̄ntā partē estimatio/ nis supra. ⁊ habebit domū. Qd̄ si agrū possessi onis sue vouerit ⁊ cōsecrauerit dn̄o. iuxta men surā sementis estimabit̃ p̄ciū. Si triginta mo/ dijs ordei serit̃ terra. q̄nquaginta siclis venun det̃ argenti. Si statim ab anno incipient̄ iube lei vouerit agrū: quanto valere potest. tāto esti mabit̃. Sin aūt post aliquantulū t̄pis: supputa bit sacerdos pecuniā iuxta annoꝝ q̄ reliqui sūt numerū vsqꝫ ad iubileū. ⁊ detrahetur ex p̄cio. Qd̄ si voluerit redimere agrū ille qui vouerat addet q̄ntā partē estimate pecunie. ⁊ possidebit eam. Sin aūt noluerit redimere. sed alteri cuil̄ bet fuerit venundatꝰ: vltra eū qui vouerat re/ dimere nō poterit. quia cū iubilei venerit dies sanctificatꝰ erat dn̄o. ⁊ possessio ꝯsecrata ad ius pertinet sacerdotū. Si ager emptꝰ est ⁊ non de possessiōe maioꝝ sanctificatꝰ fuerit dn̄o: suppu tabit sacerdos iuxta annoꝝ numerū vsqꝫ ad iu bileū preciū. ⁊ dabit ille qui vouerat eū domino In iubileo aūt reuertet̃ ad priorē dn̄m q̄ vēdi/ derat eū. ⁊ habuerat in sortem possessionis sue Omnis estimatio siclo sanctuarij pōderabit̃. Si clus viginti obolos hꝫ. Primogenita que ad

deū ptinet nemo sanctificare poterit ⁊ vouere. Siue bos siue ouis fuerit dn̄i sūt. Q̄d si immundū ē aial. redimet q obtulit iuxta estimationē suam: ⁊ addet qntā ptē pcij. Si redimere noluerit vēdet alteri. quantūcūq3 fuerit ante estimatū. Oē qd dn̄o consecrat siue hō fuerit siue aial siue ager: nō vēiet nec redimi poterit. Quicqd semel fuerit consecratum. scm̄ scōꝝ erit dn̄o. Et ois consecratio q̄ offert ab hoie nō redimetur sed morte morietur. Oēs decime terre siue d' pomis arborꝝ: siue de frugibus dn̄i sunt. ⁊ illi sanctificant. Si qs aūt voluerit redimere decimas suas: addet qntā ptē earū. Omniū decimarū3 bouis ⁊ ouis ⁊ capre q̄ sub pastoris virga transeūt: qcqd decimū venerit. sanctificabit domino. No eliget nec bonū nec malum: nec altero cōmutabit. Si qs mutauerit. ⁊ qd mutatū ē. ⁊ p quo mutatū ē sanctificabit dn̄o. ⁊ nō redimetur. Hec sūt pcepta q̄ mandauit dn̄s moysi ad filios israel in mōte synai.

Explicit liber Leuiticus. Incipit vaiedaber. i. liber Numeri. Caplm̄ I

Locutusque est dn̄s ad moysen in deserto synai in tabernaculo federis pma die mensis secundi anno altero egressiōis coꝝ ex egypto dicēs Tollite sūmā vniuerse ꝯgregatiōis filioꝝ israel per cognationes ⁊ domos suas. ⁊ noia singuloꝝ. quicquid sexus est masculini a vicesimo anno ⁊ supra. omniū viroꝝ fortium ex israel: ⁊ numerabitis eos per turmas suas tu ⁊ aaron eruntq3 vobiscū pncipes tribuū ac domoꝝ in cognationibus suis: quoꝝ ista sunt nomina. De tribu ruben. elysur filius sedeur. De tribu symeon: salamihel filius surisaddai. De tribu iuda. naason filius aminadab. De tribu ysachar nathanael filius suar. De tribu zabulon: eliab filius helon. Filioꝝ aūt ioseph de tribu ephraim: elisama filius ammiud. De tribu manasse gamalihel filius phadassur. De tribu beniamin abidan filius gedeōis. De tribu dan: abiezer filius amisaddai. De tribu aser: phegiel filius ochran. De tribu gad: eliasaph fili⁹ duel. De tribu neptalim: abira filius enan. Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus ⁊ cognationes suas ⁊ capita exercitus israel: quos tulerūt moyses ⁊ aaron cū oi vulgi multitudine. ⁊ congregauerūt pmo die mensis secundi recensentes eos per cognationes ⁊ domos ac familias. ⁊ capita ⁊ nomina singuloꝝ a vicesimo anno ⁊ supra. sicut preceperat dn̄s moysi. Numeratiq3 sunt in deserto synai de ruben pmogenito israhelis per cognationes ⁊ familias ac domos suas ⁊ noia capitū singuloꝝ. omne qd' sexus est masculini a vicesimo anno ⁊ supra pcedentiū ad bellū: quadragintasex milia qngenti. De filijs symeon per generationes ⁊ familias ac domos cognationū suarū recēsiti sūt p noia ⁊ capita singuloꝝ. oē qd sexus ē masculini a vicesimo anno ⁊ supra pcedentiū ad bellū: quinquagintanouē milia trecenti. De filijs gad per generatiōes ⁊ familias ac domos cognationū3 suarū. recēsiti sūt p noia singuloꝝ a viginti annis ⁊ supra oēs q ad bella pcederēt: quadragintaqnq3 milia sexcēti qnquaginta. De filijs iuda p generatiōes ⁊ familias ac domos cognationū suarū p noia singuloꝝ a vicesimo anno ⁊ supra oēs q poterāt ad bella pcedere. recēsiti sūt: septuagitaquattuor milia sexcēti. De filijs ysachar per generatiōes ⁊ familias ac domos cognationū suarū p noia singuloꝝ a vicesimo anno ⁊ supra. oēs qui ad bella pcederent. recēsiti sūt qnquagintaquattuor milia quadringēti De filijs zabulon per generatiōes ⁊ familias ac domos cognationū suarū. recēsiti sūt p noia singuloꝝ a vicesimo anno ⁊ supra. oēs q poterant ad bella pcedere: qnquagintaseptē milia quadringenti. De filijs ioseph filioꝝ ephraim per generatiōes ⁊ familias ac domos cognationū suarū. recēsiti sūt per noia singuloꝝ a vicesimo anno ⁊ supra. oēs q poterāt ad bella pcedere quadraginta milia qngenti. Porro filiorū3 manasse per generatiōes ⁊ familias ac domos cognationū suarū. recensiti sūt p noia singulorū a viginti ānis ⁊ supra. oēs q poterāt ad bella pcedere: trigintaduo milia ducenti. De filijs beniamin p generatiōes ac familias ac domos cognationū suarū. recensiti sūt nominib⁹ singuloꝝ a vicesimo anno ⁊ supra. oēs q poterant ad bella pcedere: trigintaqnq3 milia quadringenti. De filijs dan p generatiōes ⁊ familias ac domos cognationū suarū3. recēsiti sunt noib⁹ singuloꝝ a vicesimo anno ⁊ supra. oēs q poterāt ad bella pcedere: sexagintaduo milia septingēti. De filijs aser p generatiōes ⁊ familias ac domos cognationū suarū: recēsiti sūt p noia singuloꝝ a vicesimo anno ⁊ supra: oēs q poterāt ad bella pcedere: quadraginta milia et mille qngēti. De filijs neptalim p generatiōes ⁊ familias ac domos cognationū suarū. recēsiti sunt noib⁹ singuloꝝ a vicesimo anno ⁊ supra oēs qui poterāt ad bella pcedere: qnquaginta

tria milia quadrigenti. Hi ſūt quos numeraue
rūt moyſes ⁊ aaron ⁊ duodecim p̄ncipes iſrl' ſin
gulos ꝑ domos cognationū ſuaꝝ. Fueruntqꝫ
oēs filij iſrl'. ꝑ domos ⁊ familias ſuas a viceſi/
mo āno ⁊ ſupra q̄ poterāt ad bella ꝓcedere. ſex
cētatria milia viroꝝ qngenti qnquaginta. Le/
uite aūt in trib⁹ familiaꝝ ſuarū nō ſunt numera
ti cū eis. Locutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen dicens.
Tribū leui noli numerare neqꝫ pones ſummā
eoꝝ cū filij s iſrl'. ſed cōſtitues eos ſuper taber/
naculū teſtimonij ⁊ cūcta vaſa ei⁹. ⁊ qcqd ad ce
rimonias ꝑtinet. Ipſi portabūt tabernaculū ⁊
oīa vtenſilia eius: erunt in miſterio ac ꝑ gyrū
tabernaculi metabunt. Cū ꝓficiſcendū fuerit
deponēt leuite tabernaculum: cū caſtra metāda
erigent. Quiſqs externoꝝ acceſſerit occidetur
Metabunt autē caſtra filij iſrael. vnuſqſqꝫ ꝑ
turmaſ ⁊ cuneos atqꝫ exercitū ſuū. Porro leui
te per gyrum tabernaculi figent tentoria ne fiat
indignatio ſuper multitudinem filioꝝ iſrael. ⁊
excubabūt in cuſtodij s tabernaculi teſtimonij.
Fecerunt ergo filij iſrael iuxta omnia que p̄ce/
perat dominus moyſi. II

LOcutuſqꝫ eſt dn̄s ad moyſen ⁊ aaron
dicēs. Singuli per turmas ſigna atqꝫ
verilla ⁊ domos cognationum ſuarum
caſtra metabunt filij iſrael. per gyrum taberna
culi federis. Ad orientem iudas figet tentoria
per turmas exercitus ſui: eritqꝫ princeps filio/
rū eius naaſon fili⁹ aminadab. ⁊ oēs de ſtirpe
eius ſūma pugnantiū ſeptuagintaq̄ttuor milia
ſexcenti. Iuxta eū caſtrametati ſunt de tribu iſa
char. quoꝝ princeps fuit nathanael filius ſuar
⁊ oīs numerus pugnatoꝝ eius qnquagintaq̄t/
tuor milia quadringenti. In tribu ʒabulon pri
ceps fuit heliab filius helon: oīſqꝫ de ſtirpe ei⁹
exercitus pugnatorum qnquaginta ſeptem mi/
lia quadringenti. Uniuerſi qui in caſtris inde
annumerati ſunt. fuerūt centū octogintaſex mi
lia q̄dringenti. ⁊ per turmas ſuas p̄mi egrediē
tur. In caſtris filioꝝ ruben ad meridianā pla
gam erit princeps eliſur filius ſedeur. ⁊ cūctus
exercitus pugnatoꝝ ei⁹ q numerati ſunt q̄dra/
gintaſex milia quingenti. Iuxta eū caſtrameta
ti ſunt de tribu ſymeon: quoꝝ princeps fuit ſala
mihel filius ſuriſaddai. ⁊ cunctus exercitus pu
gnatorum ei⁹ q numerati ſunt qnquaginta no
uē milia trecēti. In tribu gad princeps fuit elia
ſaph filius duel: ⁊ cūctus exercitus pugnatorū
eius q numerati ſunt q̄draginta qnqꝫ milia ſex
cēti qnq̄ginta. Oēs q recēſiti ſūt ī caſtris ruben
cētū qnquaginta milia. ⁊ mille q̄dringēti quin/
quaginta: ꝑ turmas ſuas in ſecūdo loco ꝓficiſcē
tur. Leuabit aūt tabernaculū teſtimonij ꝑ offi
cia leuitarū ⁊ turmas eoꝝ. Quō eriget ita ⁊ d
ponet. Singuli per loca ⁊ ordines ſuos ꝓfici/
ſcent. Ad occidentalē plagā erūt caſtra filiorū
ephraim: quoꝝ p̄nceps fuit heliſama filius am
miud. Cūctus exercitus pugnatoꝝ eius q nu/
merati ſunt: quadraginta milia qngenti. Et cū
eis tribus filioꝝ manaſſe: quoꝝ p̄nceps fuit ga
maliel filius phadaſſur: cūctuſqꝫ exercitus pu/
gnatoꝝ eius q numerati ſūt trigintaduo milia
ducenti. In tribu filioꝝ beniamin p̄nceps fuit
abidam filius gedeonis. ⁊ cūctus exercitus pu
gnatoꝝ eius qui recenſiti ſūt: trigintaqnqꝫ mi
lia quadrigenti. Oēs q numerati ſūt in caſtris
ephraim centū octo milia centū per turmas ſu/
as tertij ꝓficiſcent. Ad aquilōis partē caſtra
metati ſūt filij dan. quoꝝ p̄nceps fuit abieʒer fi
lius amiſaddai. Cunctus exercitus pugnatoꝝ
ei⁹ q numerati ſūt ſexagintaduo milia ſeptingē
ti. Iuxta eū fixere tentoria de tribu aſer: quoꝝ
p̄nceps fuit phegiel filius ochran. Cūctus ex/
ercit⁹ pugnatoꝝ ei⁹ q numerati ſūt quadragin/
ta milia ⁊ mille qngēti. De tribu filioꝝ neptali
p̄nceps fuit abira filius enan. Cūctus exercit⁹
pugnatoꝝ eius qnquagintatria milia quadrin
genti. oēs qui numerati ſūt in caſtris dan fue/
rūt centū quinquaginta ſeptem milia ſexcēti. ⁊
nouiſſimi ꝓficiſcent. Hic numerus filioꝝ iſra
el per domos cognationū ſuarū ⁊ turmas di/
uiſi exercitus ſexcētatria milia qngenti qnqua/
ginta. Leuite aūt non ſūt numerati inter filios
iſrael. Sic eni p̄cepat dn̄s moyſi. Fecerūtqꝫ fi
lij iſrael iuxta oīa q̄ mādauerat dn̄s. Caſtrame
tati ſūt ꝑ turmas ſuas. ⁊ ꝓfecti per familias ac
domos patrū ſuoꝝ. III

hEc ſūt generationes aaron ⁊ moyſi in
die qua locut⁹ ē dn̄s ad moyſen in mō
te ſynai. ⁊ hec noīa filioꝝ aaron. Pri/
mogenitus ei⁹ nadab: deinde abiu ⁊ eleaʒar et
ythamar. Hec noīa filioꝝ aarō ſacerdotū qui
vncti ſunt. ⁊ quoꝝ repleti ⁊ conſecrati man⁹ vt
ſacerdotio fungerent. Mortui ſūt eni nadab ⁊
abiu cū offerent ignē alienū in ꝯſpectu domini
in deſerto ſynai. abſqꝫ liberis: functiqꝫ ſunt ſa
cerdotio eleaʒar ⁊ ythamar coram aaron patre
ſuo. Locutuſqꝫ ē dn̄s ad moyſen dicens. Ap
plica tribū leui. ⁊ fac ſtare ī ꝯſpectu aarō ſacer/
dotis vt miniſtrēt ei ⁊ excubēt ⁊ obſeruēt qcqd
ad cultū ꝑtinet multitudinis corā tabernaculo
teſtimonij: ⁊ cuſtodiāt vaſa tabernaculi ſeruiē
tes in miniſterio eius. Dabiſqꝫ dono leuitas

aaron ⁊ filijs eius qbus tradidi sũt a filijs isra el. Aaron autem ⁊ filios eius ↄstitues sup cul tũ sacerdot̃ij. Externus qui ad ministrandum accesserit. morief. Locutusq; ẽ dñs ad moysen dicens. Ego tuli leuitas a filijs israel ꝓ omni ꝑmogenito q aperit vuluã in filijs israel: erũt/ q; leuite mei. Meũ est eni oẽ ꝑmogenitũ. Ex quo ꝑcussi ꝑmogenitos in terra egypti: sancti/ ficaui mihi qcqd ꝑmũ nascif in israel. Ab hoie vsq; ad pec° mei sũt. Ego dñs. Locutusq; est dñs ad moysen i deserto synai dicẽs. Numera filios leui p domos patrũ suoꝝ ⁊ familias. om nẽ masculũ ab vno mẽse ⁊ supra. Numerauit moyses vt ꝑceꝑat dñs. ⁊ inuẽti sũt filij leui per noia sua gerson ⁊ caath ⁊ merari. Filij gerson lebni ⁊ semei. Filij caath: amram ⁊ iessaar. he bron ⁊ oziel. Filij merari: mooli ⁊ musi. De gerson fuere familie due: lebnitica ⁊ semeitica: quarũ numeratus ẽ populus sexus masculini. ab vno mẽse ⁊ supra: septẽ milia quingẽti. Hi post tabernaculũ metabunf ad occidentem sub ꝑncipe eliasaph filio iael. ⁊ habebũt excubias i tabernaculo federis. ipm tabernaculũ ⁊ operi mentũ eius. tentoriũ qd trahif ante fores tecti feder̃ ⁊ cortinas atrij. tentoriũ quoq; qd appẽ dif in introitu atrij tabernaculi. ⁊ qcqd ad ritũ altar̃ ꝑtinet: funes tabernaculi ⁊ oia vtensilia eius. Cognatio caath habebit populos amra/ mitas ⁊ iessaaritas: ⁊ hebronitas ⁊ ozielitas. He sũt familie caathitarũ. recensite p noia sua omnes generis masculini ab vno mense ⁊ sup octo milia sexcenti. Habebũt excubias sanctua rij. ⁊ castrametabunf ad meridianam plagam Princepsq; coꝝ erit elisaphan fili° oziel. ⁊ cu/ stodiant archã. mensamq; ⁊ candelarũ: altaria ⁊ vasa sanctuarij in qb° ministraf. ⁊ velũ. cũctã q; huiuscemodi suppellectilẽ. Princeps autẽ ꝑncipũ leuitarũ eleazar filius aaron sacerdot̃ erit sup excubitores custodie sanctuarij. At ve ro de merari erũt populi moolite ⁊ musite. recẽ siti per noia sua. oẽs generis masculini ab vno mẽse ⁊ supra: sex milia ducẽti. Princeps eoꝝ suriel fili° abiaiel. in plaga septẽtrionali castra. metabunf. Erũt sub custodia eoꝝ tabule taber naculi ⁊ vectes ⁊ colũne ac bases earum ⁊ om/ nia q̃ ad cultũ huiuscemodi pertinẽt: colũneq; atrij p circuitũ cũ basibus suis. ⁊ paxilli cũ funi bus. Castrametabunf ante tabernaculũ fede/ ris. i. ad orientalẽ plagam moyses ⁊ aaron cũ filijs suis. hñtes custodiã sanctuarij i medio fi lioꝝ israel. Quisqs alienus accesserit. morief. Oẽs leuite quos numerauerũt moyses ⁊ aarõ iuxta ꝑceptũ dñi p familias suas in genere ma sculino a mense vno ⁊ supra: fuerũt vigintiduo milia. Et ait dñs ad moysen. Numera ꝑmoge nitos sexus masculini de filijs israel ab vno mẽ se ⁊ supra. ⁊ habebis sũmã eoꝝ. Tollesq; leui/ tas mihi ꝓ oi ꝑmogenito filioꝝ israel. Ego sũ dñs. Et pecora eoꝝ ꝓ vniuersis primogenitis pecoꝝ filioꝝ israel. Recensuit moyses sicut ꝓ/ ceperat dñs ꝑmogenitos filioꝝ israel. ⁊ fuerũt masculi p noia sua a mense vno ⁊ supra vigin tiduo milia ducenti septuagintatres. Locutus q; est dominus ad moysen dicens. Tolle leui/ tas pro primogẽitis filiorum israel. ⁊ pecora le uitarum pro pecorib° eorum. erũtq; leuite mei Ego sum dominus. In precio autem ducen/ toꝝ septuagintatriũ q excedũt numerũ leuitarũ de ꝑmogenitis filioꝝ israel. accipies quinq; si clos per singula capita. ad mensuram sanctua/ rij. Siclos habet viginti obolos. Dabisq; pe/ cuniam aaron ⁊ filijs eius preciũ eoꝝ qui supra sunt. Tulit igif moyses pecuniam eoꝝ qui fue rant amplius. ⁊ quos redemerat a leuitis ꝓ ꝑ/ mogenit̃ filioꝝ israel: mille trecentoꝝ sexagin taqnq; sicloꝝ iuxta pondus sanctuarij. ⁊ dedit eã aaron ⁊ filijs eius iuxta verbũ qd ꝑceperat sibi dominus.

IIII

Locutusq; ẽ dominus ad moysen ⁊ aa ron dicens. Tolle summam filiorũ ca ath de medio leuitarum per domos et familias suas a tricesimo anno ⁊ supra vsq; ad qnquagesimũ annũ: omniũ q ingrediũf vt stẽt ⁊ ministrẽt in tabernaculo federis. Hic ẽ cul/ t° filioꝝ caath. Tabernaculũ federis ⁊ sanctuꝫ sanctoꝝ igredienf aaron ⁊ filij ei° qñ mouẽda sunt castra. ⁊ deponent velũ qd pendet ante fo res. inoluentq; eo archam testimonij ⁊ operi ent rursum velamine hyacinthinarũ pelliũ: ex tendentq; desuper palliũ totũ hyacinthynũ. ⁊ i ducẽt vectes. Mẽsam q; ꝓpositiõis inoluẽt hyacinthino pallio. ⁊ ponent cũ eo thuribula ⁊ mortariola. cyathos ⁊ crateras ad liba funden da. Panes semp in ea erũt. Extendentq; de/ sup palliũ coccineũ qd rursũ operiẽt velamẽto hyacinthinarũ pelliũ. ⁊ iducẽt vectes. Sumẽt ⁊ palliũ hyacinthinũ quo operient candelabrũ cũ lucernis ⁊ forcipibus suis ⁊ emunctorijs et cunctis vas̃ olei que ad concinandas lucernas necessaria sunt. ⁊ sup oia ponẽt opimentũ hya cinthinarũ pelliũ ⁊ inducent vectes. Necnõ et altare aureũ inoluent hyacinthino vestimen to. ⁊ extendent desuper operimentũ hyacinthi narũ pelliũ. inducentq; vectes. Oia vasa qb°

ministratur in scīuario īuoluēt hyacinthino pal-
lio. ⁊ extendent desuꝑ opimētum hyacinthina
rum pelliū: inducētqꝫ vectes. Sed ⁊ altare mū
dabunt cinere ⁊ inuoluent illud purpureo ve-
stimento: ponentqꝫ cū eo oia vasa quibꝰ in mi-
nisterio eius vtunᷣ. id est igniū receptacula fus
cinulas ac tridentes vncinos ⁊ batillia. Cūcta
vasa altaris opient siḿ velamine hyacinthinaꝝ
pelliū. ⁊ inducēt vectes. Cūqꝫ inuoluerit aarō
⁊ filij eius scīuariū ⁊ oia vasa eius in cōmotione
castroꝝ. tunc intrabūt filij caath vt portēt inuo
luta: ⁊ nō tangent vasa sanctuarij ne moriantur
Ista sunt onera filioꝝ caath in tabernaculo fe-
deris sup quos erit eleaçar filius aaron sacerdo
tis: ad cuius ꝑtinet curaꝫ oleū. ad concinnandas
lucernas ⁊ cōpositionis incensum ⁊ sacrificium
qđ semꝑ offertur ⁊ oleum vnctionis. ⁊ quicqd
ad cultum tabernaculi ꝑtinet: oiumqꝫ vasoꝝ q̄
in sanctuario sunt. Locutusqꝫ ē dn̄s ad moysen
⁊ aaron dicens: Nolite ꝑdere populū caath de
medio leuitaꝝ: sed hoc facite eis vt viuant ⁊ nō
moriantur si tetigerint sancta scōꝝ. Aaron ⁊ fi-
lij eius intrabunt ipsiqꝫ disponent oꝑa singulo
rum ⁊ diuident quid portare quis debeat. Alij
nulla curiositate videant que sunt in scīuario pri
usqꝫ inuoluantur: alioquin morienᷣ. Locutus-
qꝫ est dn̄s ad moysen dicens: Tollite sūmā etiā
filioꝝ gerson per domos ac familias ⁊ cognatio
nes suas a triginta ānis ⁊ supra vsqꝫ ad annos
quinquaginta. Numera oēs qui ingrediuntur
⁊ ministrāt in tabernaculo federis. Hoc est of-
ficium familie gersonitaꝝ: vt portent cortinas
tabernaculi ⁊ tectū federis opimentū aliud: ⁊ su
per oia velamen hyacinthinū: tentoriūqꝫ qđ pē
det in introitu tabernaculi federis cortinas atrij
⁊ velū in introitu qđ est ante tabernaculū. Oia
que ad altare ꝑtinēt funiculos ⁊ vasa ministerij
iubente aaron ⁊ filijs eius portabūt filij gerson
⁊ sciant singuli cui debeāt oneri mācipari. Hic
est cultus familie gersonitaꝝ in tabernaculo fe-
deris. Eruntqꝫ sub manu ythamar filij aaron
sacerdotis. Filios quoqꝫ merari per familias ⁊
domos patꝝ suoꝝ recensebis a triginta annis
⁊ supra vsqꝫ ad annos quinquaginta: oēs qui
ingrediunᷣ ad officiū ministerij sui ⁊ cultū fede
ris testimonij. Hec sunt onera eorum. Porta
bunt tabulas tabernaculi ⁊ vectes eius colum-
nas ⁊ bases eaꝝ. columnas quoqꝫ atrij per cir
cuitū cū basibus ⁊ paxillis ⁊ funibus suis. Oia
vasa ⁊ suppellectilē ad nūerum accipient sicqꝫ
portabunt. Hoc est officiū familie meraritaꝝ
⁊ ministerium in tabernaculo federis: eruntqꝫ
sub manu ythamar filij aaron sacerdotis. Re-
censuerunt igitur moyses ⁊ aaron ⁊ principes
synagoge filios caath ꝑ cognationes ⁊ domos
patrū suoꝝ a triginta ānis ⁊ supra vsqꝫ ad an-
nū qnquagesimū: oēs q ingrediunᷣ ad ministe
rium tabernaculi federꝭ: ⁊ inuenti sūt duo mi-
lia septingēti qnquaginta. Hic ē numerꝰ ppl̄i
caath q ītrāt tabernaculū federꝭ. Hos nūera
uit moyses ⁊ aaron iuxta sermonē dn̄i ꝑ manū
moysi. Numerati sūt ⁊ filij gerson ꝑ cognatō-
nes ⁊ domos patꝝ suoꝝ a triginta annis ⁊ suꝑ
vsqꝫ ad qnquagesimū ānū oēs q ingrediuntur
vt mīstrēt in tabernaculo federꝭ. ⁊ inuēti sunt
duo milia sexcenti triginta. Hic ē ppl̄s gerso
nitaꝝ: q̊s nūerauerūt moyses ⁊ aaron iuxta v̄
bū dn̄i. Numerati sūt ⁊ filij merari per cogna
tiones ⁊ domos patꝝ suoꝝ a triginta annis et
supra vsqꝫ ad ānū qnquagesimū: oēs q ingre-
diunᷣ ad explendos ritus tabernaculi federis.
⁊ inuēti sūt tria milia ducēti. Hic ē numerus fi
lioꝝ merari: q̊s recēsuerūt moyses ⁊ aarō iux-
ta imperiū dn̄i ꝑ manū moysi. Oēs q recensiti
sūt de leuitꝭ ⁊ quos recēseri fecit ad nomē moy
ses ⁊ aarō ⁊ ꝓncipes israel ꝑ cognationes ⁊ do
mos patrū suoꝝ a triginta annis ⁊ supra vsqꝫ
ad annū qnquagesimū: igrediētes ad ministe-
riū tabernaculi ⁊ onera portāda: fuerunt simul
octomilia qngenti octoginta. Iuxta v̄bū dn̄i
recensuit eos moyses vnūquēqꝫ iuxta officiū
suū et onera sua: sicut ꝓcepat ei dn̄s. V

LOcutusqꝫ est dn̄s ad moysen dicens.
Precipe filijs israel: vt eijciant de ca-
stris oēm leprosū ⁊ q semie fluit pollu-
tusqꝫ est suꝑ mortuo. Tam masculū q̄ꝫ feminā
eijcite de castris: ne cōtaminent ea cū habitaue
rit vobiscū. Feceruntqꝫ ita filij israel: ⁊ eiecerūt
eos extra castra sicut locutus erat dn̄s moysi.
Locutusqꝫ ē dn̄s ad moysen dicēs. Loq̄re ad
filios israel. Vir siue mulier cū fecerint ex oībꝰ
pctis q̄ solent hoībus accidere. ⁊ ꝑ negligentiā
transgressi fuerint mādatū dn̄i atqꝫ deliquerit
ꝯfitebūᷣ pctm̄ suū ⁊ reddēt ipsū caput: qntāqꝫ
ꝑtē desuꝑ ei in quē peccauerit. Sin aūt nō fue
rit q recipiat: dabunt dn̄o et erit sacerdotis ex-
cepto ariete qui offertur ꝓ expiatione vt sit pla
cabilis hostia. Omnes quoqꝫ ꝓmitie quas of
ferunt filij israel: ad sacerdotem pertinent: ⁊ qc
quid in sanctuariū offertur a singulis et tradiᷣ
manibus sacerdotis: ipsius erit. Locutusqꝫ est
dn̄s ad moysen dicēs. Loq̄re ad filios israel. ⁊
dices ad eos. Vir cuius vxor errauerit. mari-
tūqꝫ contēnens dormierit cū altero viro. ⁊ hoc

maritus deprehendere nō querit sed latet adul/terīū ⁊ testib⁹ argui nō potest. q2 nō ē inuēta in stupro si spūs zelotipie cōcitauerit virū ꝯ vxo/rē suā q̄ vel polluta ē. vel falsa suspitione appe tit̄ adducet eā ad sacerdotē. ⁊ offeret oblationē ꝓ illa decimā partē sati farine ordeace. Nō fū det sup eā oleū nec iponet thus. q2 sacrificiū ze/lotipie ē. ⁊ oblatio inuestigās adulteriū. Offe ret igitur eam sacerdos ⁊ statuet corā domino assumetq3 aquā sanctā in vase fictili. ⁊ paurillū terre de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cūq3 steterit mulier in cōspectu dn̄i. discoope riet caput eius. ⁊ ponet super manus illi⁹ sacri ficiū recordationis ⁊ oblationē zelotipie. Ipse aūt tenebit aquas amarissimas: in qb⁹ cum exe cratione maledicta cōgessit: adiurabitq3 eā. ⁊ dicet. Si non dormiuit vir alienus tecū. ⁊ si nō polluta es deserto mariti thoro: nō te nocebūt aque iste amarissime in quas maledicta ꝯgessi. Sin aūt declinasti a viro tuo atq3 polluta es. ⁊ concubuisti cū altero: his maledictionibus sub iacebis. Det te dominus in maledictionem ex emplūq3 cūctoꝝ in populo suo. Putrescere fa ciat femur tuū. ⁊ tumens vterus tuus dirūpat̄ Ingrediant̄ aque maledicte in ventrē tuū. ⁊ vtero tumescente putrescat femur. Et respon/debit mulier. Amen amē. Scribetq3 sacerdos in libello ista maledicta. ⁊ delebit ea aquis ama rissimis in quas maledicta congessit. ⁊ dabit ei bibere. Quas cum exhauserit. tollet sacerdos de manu eius sacrificiū zelotipie: ⁊ eleuabit il/lud coram domino. imponetq3 super altare: ita dūtaxat vt prius pugillum sacrificij tollat de eo quod offert̄ ⁊ incendat super altare. ⁊ sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum bi berit: si polluta est ⁊ cōtēpto viro adulterij rea pertransibunt eā aque maledictionis: ⁊ inflato ventre computrescet femur: eritq3 mulier i ma ledictionē ⁊ in exemplum omni populo. Qđ si polluta non fuerit. erit innoxia. ⁊ faciet liberos Ista est lex zelotipie. Si declinauerit mulier a viro suo. ⁊ si polluta fuerit. maritusq3 zelotipie spiritu concitatus adduxerit eā in cōspectu dn̄i ⁊ fecerit ei sacerdos iuxta oia que scripta sunt: maritus absq3 culpa erit. ⁊ illa recipiet iniqtatē suam.

VI

Locutusq3 est dn̄s ad moysen dicens. Loquere ad filios isrl̄. ⁊ dices ad eos. Vir siue mulier cū fecerit votū vt san/ctificent̄ ⁊ se voluerint dn̄o consecrare: a vino ⁊ oī qđ inebriare pōt abstinebūt. Acetum ex vi no ⁊ ex qualibet alia potione. ⁊ qcqd de vua ex/primit̄ nō bibent: vuas recentes siccasq3 nō co medent: cunctis diebus qbus ex voto dn̄o con secrant̄. Quicqd ex vinea esse pōt ab vua passa vsq3 ad acinū. non comedēt. Oī tpe separatio/nis sue nouacula non transibit per caput ei⁹ vs/q3 ad cōpletū diē quo dn̄o cōsecratur. Scūs erit crescente cesarie capitis ei⁹. Oī tpe ꝯsecratiōis sue sup mortuū non ingrediet̄: nec super patris qdem ⁊ matris ⁊ fratris sororisq3 funere conta minabit̄: q2 cōsecratio dei sui sup caput ei⁹ est. Oībus diebus separatōis sue sanctus erit dn̄o Sin aūt mortuus fuerit subito qspiam corā eo: polluet̄ caput cōsecratiōis ei⁹. qđ radet illico ⁊ in eadem die purgatiōis sue. ⁊ rursum septima In octaua aūt die offeret duos turtures vel du os pullos columbe sacerdoti in introitu federis testimonij: facietq3 sacerdos vnū pro peccato ⁊ alterum in holocaustum. ⁊ dep̄cabit̄ pro eo. qa peccauit super mortuo: sc̄ificabitq3 caput eius i die illo. ⁊ cōsecrabit dn̄o die separationis illi⁹ of ferens agnum anniculū pro pctō. ita tamē vt di es p̄ores irriti fiant: qm̄ polluta est sc̄ificatio ei⁹ Ista est lex cōsecratiōis. Cū dies quos ex voto decreuerat complebunt̄: adducet eum ad ostiū tabernaculi federis: vt offerat oblationem eius dn̄o agnū anniculū imaculatū in holocaustum ⁊ ouem anniculā imaculatā pro pctō. ⁊ arietem imaculatū hostiam pacificā. canistrū quoq3 pa/nū azimoꝝ q ꝯspersi sunt oleo: ⁊ lagana absq3 fermēto vncta oleo: ac libamina singuloꝝ. q̄ of feret sacerdos corā dn̄o: ⁊ faciet tam pro pecca/toq3 in holocaustum. Arietē vero imolabit ho stiam pacificā dn̄o. offerens sil' canistrū azimo/rū ⁊ libamenta q̄ ex more debent̄. Tūc radetur nazareus ante ostiū tabernaculi federis cesarie cōsecrationis sue: tolletq3 capillos eius ⁊ ponet super ignē q est suppositus sacrificio pacificorū ⁊ armū coctum arietis: tortāq3 absq3 fermento vnā de canistro ⁊ laganum azimū vnum. ⁊ tra det in manus nazarei postq3 rasum fuerit caput eius susceptaq3 rursū ab eo eleuabit in cōspectu dn̄i. ⁊ sanctificata sacerdotis erunt: sicut pectu/sculum qđ separari iussū est ⁊ femur. Post hec pōt bibere nazareus vinū. Ista est lex nazarei cū vouerit oblationē suā dn̄o tpe consecratiōis sue: exceptis his que inuenerit manus ei⁹. Iuxta qđ mente deuouerat: ita faciet ad perfectionem sc̄ificationis sue. Locutusq3 est dn̄s ad moysen dicens. Loquere aaron ⁊ filijs eius. Sic bene dicetis filijs isrl̄. ⁊ dicetis eis. Benedicat tibi dn̄s: ⁊ custodiat te. Ostendat dn̄s faciem suā ti bi ⁊ misereat̄ tui. Conuertat dn̄s vultū suū ad te

et det tibi pacē. Inuocabuntq; nomē meū super filios isrl'. et ego benedicā eis. VII

Factū est aūt in die qua cōpleuit moyses tabernaculum et erexit illud: vnxitq; et scificauit cū oib⁹ vasis suis altare similiter et omnia vasa ei⁹: obtulerunt principes israel et capita familiaꝝ. q̄ erāt p singulas trib⁹ pfecti eoꝝ qui numerati fuerant mūera coram dn̄o sex plaustra tecta cum duodecim bob⁹. Vnū plaustrum obtulere duo duces: et vnum bouem singuli: obtulerūtq; ea in ꝯspectu tabernaculi Ait autē domin⁹ ad moysen: Suscipe ab eis vt seruiant in misterio tabernaculi. et trades ea leuit' iuxta ordinem misterij sui. Itaq; cum suscepisset moyses plaustra et boues: tradidit ea leuit' Duo plaustra et quattuor boues dedit filijs gerson. iuxta id qd' habebant necessarium. qttuor alia plaustra et octo boues dedit filijs merari ꝑm officia et cultum suum: sub manu ythamar filij aaron sacerdotis. Filijs aūt caath nō dedit plaustra et boues: quia i scūario seruiunt. et onera ꝓprijs portant humeris. Igitur obtulerūt duces in dedicationē altaris. die qua vnctum est oblationem suam ante altare. Dixitq; dominus ad moysen. Singuli duces per singulos dies offerant munera in dedicationem altaris. Primo die obtulit oblationem suam naason filius amminadab de tribu iuda: fueruntq; in ea acetabulum argentum pondo centum triginta sicloꝝ phiala argētea hn̄s septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarij. vtrunq; plenū simila ꝯspersa oleo in sacrificium. mortariolū ex decem siclis aureis plenum incenso. bouem de armento et arietem et agnum anniculum in holocaustum. hircumq; pro peccato et in sacrificio pacificoꝝ boues duos: arietes quinq;: hircos quinq;: agnos anniculos quinq;. Hec est oblatio naason filij āminadab. Secūdo die obtulit nathanael filius suar dux de tribu ysachar aceptabulū argenteū appendens centum triginta siclos: phialam argenteā hn̄tem septuaginta siclos iuxta pondus sanctuarij: vtrunq; plenū simila ꝯspersa oleo in sacrificiū: mortariolum aureum hn̄s decem siclos plenum incenso: bouem de armento et arietem: et agnum anniculū in holocaustum hircumq; pro peccato: et in sacrificio pacificoꝝ boues duos: arietes quinq;: hircos quinq;: agnos anniculos quinq;. Hec fuit oblatio nathanael filij suar. Tertio die princeps filioꝝ çabulon heliab filius helon obtulit aceptabulum argenteum appendens centū triginta siclos. phialam argenteam hn̄tem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij: vtrūq; plenum simila ꝯspersa oleo in sacrificium: mortariolum aureum appendens decem siclos plenū incenso: bouem de armento et arietem et agnū anniculum in holocaustum: hircumq; pro peccato: et in sacrificio pacificorū boues duos: arietes quinq;: hircos quinq;: agnos āniculos quinq;. Hec ē oblatio heliab filij helō. Die quarto princeps filiorum ruben elisur filius sedeur: obtulit acetabulum argenteum appendens centumtriginta siclos: phialam argenteam hn̄tem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij: vtrūq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium mortariolum aureum appendens decē siclos plenum incenso: bouem de armento et arietem et agnum anniculum in holocaustum: hircūq; pro peccato et in hostias pacificorum boues duos: arietes quinq;: hircos quinq;: agnos anniculos quinq;. Hec fuit oblatio elisur filij sedeur. Die quinto princeps filiorum symeon salamiel filius surisaddai obtulit acetabulum argēteum appendens centumtriginta siclos: phialam argenteam hn̄tē septuaginta siclos ad pōdus sanctuarij: vtrunq; plenum simila conspersa oleo in sacrificium: mortariolum aureū appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento et arietem et agnum anniculū in holocaustum: hircumq; pro peccato: et in hostias pacificorum boues duos: arietes quinq;: hircos quinq;: agnos anniculos quinq;. Hec fuit oblatio salamihel filij surisaddai. Die sexto princeps filiorum gad heliasaph filius duel obtulit acetabulum argenteum appendens centū triginta siclos: phialam argenteā hn̄tem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij: vtrūq; plenum simila ꝯspersa oleo in sacrificium: mortariolum aureum appendens decem siclos plenum incenso: bouem de armento et arietem et agnum anniculum in holocaustum: hircumq; ꝓ pctō: et in hostias pacificoꝝ: boues duos: arietes quinq;: hircos quinq;: agnos anniculos qnq;. Hec fuit oblatio heliasaph filij duel Die septimo princeps filiorum ephraim elisama filius āmiud obtulit acetabulū argenteum appendens centūtriginta siclos: phialam argēteam habentem septuaginta siclos ad pondus sanctuarij: vtrūq; plenum simila cōspersa oleo in sacrificiū: mortariolū aureum appendens decem siclos plenū incenso: bouem de armēto et arietem et agnū anniculū in holocaustum hircumq; pro peccato. et in hostias pacificoꝝ boues duos: arietes qnq;: hircos quinq;: agnos

anniculos quinq3. Hec fuit oblatio elisama fi/
lij ammiud. Die octauo princeps filiorum ma
nasse gamaliel filius phadassur obtulit aceta/
bulum argenteu3 appendens centumtriginta
siclos: phialam argenteā habentē septuaginta
siclos ad pondus sanctuarij: vtrūq3 plenu3 si/
mila cōspersa oleo in sacrificiū: mortariolū au/
reum appendens decem siclos plenum incen/
so: bouem de armento ⁊ arietem ⁊ agnū anni/
culū in holocaustum: hircumq3 pro peccato. ⁊
in hostias pacificorum boues duos: arites qn
q3: hircos quinq3: agnos anniculos quinq3.
Hec fuit oblatio gamaliel filij phadassus Die
nono princeps filiorum beniamin abidan fi/
lius gedeonis obtulit acetabulum argenteum
appendens centumtriginta siclos: phialam ar
genteam habente3 septuaginta siclos ad pon/
dus sanctuarij vtrumq3 plenu3 simila consper
sa oleo in sacrificium: mortariolum aureu3 ap
pendens decem siclos plenum incenso: boue3
de armento ⁊ arietem ⁊ agnu3 anniculu3 in ho
locaustum: hircumq3 pro peccato. ⁊ in hostias
pacificorum boues duos: arietes quinq3. hir/
cos quinq3: agnos anniculos quinq3. Hec fu
it oblatio abidan filij gedeonis. Die decimo
princeps filiorum dan abiezer filius amisad/
dai obtulit acetabulum argenteu3 appendens
centumtriginta siclos: phialam argentea3 ha/
bentē septuaginta siclos ad pondus sanctuarij
vtrumq3 plenum simila conspersa oleo sacrifi
cium: mortariolum aureum appendens dece3
siclos plenum incenso: bouē de armento ⁊ arie
tem ⁊ agnum anniculu3 in holocaustum: hir/
cumq3 pro peccato. ⁊ in hostias pacificoru3 bo
ues duos: arietes qnq3: hircos quinq3: agnos
anniculos quinq3. Hec fuit oblatio abiezer fi/
lij amisaddai. Die vndecimo princeps filioru3
aser phegiel filius ochran obtulit acetabulum
argenteum appendens centumtriginta siclos
phialam argēteā habentem septuaginta siclos
ad pondus sanctuarij: vtrūq3 plenum simila
conspersa oleo in sacrificium: mortariolum au
reum appendens decem siclos plenum incen/
so: bouem de armento ⁊ arietem ⁊ agnum an/
niculum in holocaustum: hircumq3 pro pecca/
to ⁊ in hostias pacificorum boues duos: arie/
tes quinq3: hircos quinq3: agnos anniculos
quinq3. Hec fuit oblatio phegiel filij ochran.
Die duodecimo princeps filiorum neptalim:
ahira filius henan obtulit acetabulum argen/
teum appendens centumtriginta siclos: phia/
lam argenteam habentē septuaginta siclos ad
pondus sanctuarij: vtrūq3 plenum simila oleo
conspersa in sacrificium mortariolum aureum
appendens decem siclos plenum incenso: bo/
uem de armento ⁊ arietem ⁊ agnum anniculū
in holocaustum: hircūq3 pro peccato. ⁊ in ho/
stias pacificorum boues duos: arietes quinq3:
hircos qnq3: agnos anniculos quinq3. Hec
fuit oblatio ahira filij henan. Hec in dedicati
one altaris oblata sūt a principibꝰ israel in die q̄
cōsecratū ē: acetabula argētea duodecim: phia
le argētee duodecim: mortariola aurea duode
cim: ita vt centūtriginta argenti siclos hēret vnū
acetabulū. ⁊ septuaginta siclos vna phiala. i. in
cōmune vasorū oiu3 ex argēto: sicli duo milia
quadringēti pondere santuarij: mortariola au
rea. Duodecim plena incēso. denos siclos ap/
pendētia pondere sanctuarij. i. simul auri sicli
centū viginti boues de armēto in holocaustum
duodeci: arietes duodecim: agni anniculi duo
decim ⁊ libamēta eorū: hirci duodecim ꝓ pctō
ī hostias pacificoꝝ: boues vigītiquattuor: arie
tes sexaginta hirci sexaginta: agni āniculi sexa
ginta. Hec oblata sūt in dedicatione altaris qū
vnctum est. Cūq3 ingrederetur moyses taber
naculū federꝭ vt ꝯsulēt oraculū: audiebat vocē
loquētꝭ ad se de ꝓpitiatorio: qđ erat sup archā
testimonij intᵉ duos cherubin: vñ ⁊ loqbaᵗ ei.

VIII

Locutusq3 ē dñs ad moysen di
cens. Loquere aaron. ⁊ dices ad eum
Cu3 posueris septem lucernas. cande
labrum in australi parte erigatur. Hoc igitur
precipe vt lucerne contra boream e regione re
spiciant ad mensam panum propositionis: cō/
tra eam partem quam candelabrum respicit lu
cerne debebunt. Fecitq3 aaron ⁊ imposuit lu/
cernas super candelabrum. vt preceperat do/
minus moysi. Hec autem erat factura cande
labri. ex auro ductili tam medius stipes q̄cun
cta que ex vtroq3 calamorum latere nasceban/
tur. Iuxta exemplum quod ostendit dominus
moysi: ita operatus est candelabrum. Et locu
tus est dominus ad moysen dicens. Tolle le/
uitas de medio filiorū israel. ⁊ purificabis eos
iuxta hunc ritum. Aspergantur aqua lustrati/
onis ⁊ radant omnes pilos carnis sue. Cum/
q3 lauerint vestimenta sua ⁊ mundati fuerint.
tollent bouem de armentis ⁊ libamentum eius
similam oleo conspersam: bouem autem alte/
rum de armento accipies pro peccato. ⁊ appli/
cabis leuitas coram tabernaculo federis con/
uocata omni multitudine filiorum israel. Cū/
q3 leuite fuerint corā domino ponent filij israel

manus suas super eos. ⁊ offeret aaron leuitas munus in ꝯspectu dñi a filijs isrl': vt seruiant i ministerio eius. Leuite quoqꝫ ponnet manus suas sup capita boū: e qbus vnū facies ꝓ pctō. ⁊ alteꝝ i holocaustū dñi. vt depcerꝭ ꝓ eis. Statuesqꝫ leuitas i ꝯspectu aaron ⁊ filioꝝ ei⁹. ⁊ cōsecrabis oblatos dñō. ac sepabis de medio filiorū isrl' vt sint mei ⁊ postea igrediant̄ tabernaculū federis vt seruiāt mihi. Sicqꝫ purificabis ⁊ consecrabis eos in oblationē dñi: qm̄ dono donati sunt mihi a filijs isrl'. Pro primogenitis q̄ apiunt oēm vuluam in israel. accepi eos. Mea sūt eni oīa pmogenita filioꝝ isrl'. tam ex hoib⁹ qꝫ ex iumentis. Ex die quo pcussi oē pmogenitū i terra egypti. scificaui eos mibi. ⁊ tuli leuitas ꝓ cūctis pmogenitis filioꝝ isrl'. tradidiqꝫ eos dono aaron ⁊ filijs eius de medio ppli: vt seruiant mibi ꝓ israel in tabernaculo federis. ⁊ orēt ꝓ eis ne sit in pplo plaga. si ausi fuerint accedere ad scūariū. Feceruntqꝫ moyses ⁊ aaron ⁊ ois multitudo filioꝝ israel sup leuitis que p̄ceperat dñs moysi. purificatiqꝫ sunt ⁊ lauerūt vestimēta sua. Eleuauitqꝫ eos aaron in cōspectu domini ⁊ orauit pro eis: vt purificati ingrederentur ad officia sua i tabernaculū federis coraꝫ aaron ⁊ filijs ei⁹. Sicut p̄ceperat dñs moysi de leuitis ita factū est. Locutusqꝫ ē dñs ad moysen dicēs. Hec est lex leuitaꝝ. A vigintiquinqꝫ ānis ⁊ sup igredient̄: vt mistrēt in tabernaculo federis. Cūqꝫ qnquagesimū annū etatis iplenerint seruire cessabūt: eruntqꝫ mistri fratrū suorum in tabernaculo federis: vt custodiant q sibi fuerit cōmendata opera aūt ipsa non faciant. Sic disπones leuitis in custodijs suis. IX.

Locutus est dñs ad moysen i deserto synai. anno secūdo postqꝫ egressi sunt de terra egypti. mēse pmo dicēs. Faciant filij isrl' phase in tpe suo. quartadecima die mensis huius ad vesperaꝫ. iuxta oēs cerimonias ⁊ iustificationes eius. Precepitqꝫ moyses filijs israel vt facerēt phase. Qui fecerunt tpe suo q̄rtadecima die mensis ad vesperā in mōte synai. Iuxta omnia q̄ mādauerat dñs moysi fecerūt filij israel. Ecce autem qdam imundi super aīa hois q non poterant facere phase in die illo. accedentes ad moysen ⁊ aaron dixerunt eis. In mundi sum⁹ super aīa hois. quare fraudamur vt nō valeam⁹ oblationē offerre dñō in tpe suo inter filios isrl'. Quib⁹ rñdit moyses. State vt consulā qd p̄cipiat dñs de vobis. Locutusqꝫ ē dñs ad moysen dicēs. Loquere filijs isrl'. Hō q fuerit imundus sup aīa. siue in via ꝓcul i gēte vestra. faciat phase dño in mense secūdo q̄rtadecima die mensis ad vesperā: cū azimis ⁊ lactucis agrestib⁹ comedent illud. Nō relinquēt ex eo quippiā vsqꝫ mane: ⁊ os eius non cōfringent oēm ritū phase obseruabunt. Si quis aūt ⁊ mundus est: ⁊ in itinere non fuit. ⁊ tamē non fecit phase extermiabitur aīa illa de populis suis. q꞉ sacrificiū dño nō obtulit tpe suo. Pctm̄ suū ipse portabit. Peregrinus quoqꝫ ⁊ aduena si fuerint apud vos: facient phase dño iuxta cerimonias ⁊ iustificatiōes suas. Preceptum idē erit apud vos tā aduene qꝫ indigene. Igit̄ die qua erectū est tabernaculū. opuit illud nubes. A vespere aūt super tentoriū erat q̄si spēs ignis vsqꝫ mane. Sic fiebat iugiter. Per dieꝫ opiebat illud nubes ⁊ p nocte q̄si spēs ignis. Cūqꝫ ablata fuisset nubes q̄ tabernaculū ptegebat. tunc proficiscebant̄ filij israel. ⁊ in loco vbi stetisset nubes. ibi castramentabant̄. Ad ipiuꝫ dñi pficiscebant̄ ⁊ ad impiū illius figebāt tabernaculū. Cūctis dieb⁹ qb⁹ stabat nubes sup tabernaculū: manebāt in eodē loco. ⁊ si euenisset vt multo tpe maneret sup illud. erant filij israel in excubijs dñi. ⁊ nō pficiscebant̄ quotq̄t dieb⁹ fuisset nubes super tabernaculū. Ad imperiuꝫ dñi erigebant tentoria. et ad iperiū illius deponebant. Si fuisset nubes a vespere vsqꝫ mane ⁊ statim diluculo tabernaculum reliquisset. pficiscebantur. ⁊ si post diem ⁊ noctem recessisset dissipabant tentoria. Si vero biduo aut vno mense vel longiori tempore fuisset super tabernaculum. manebant filij israel in eodem loco ⁊ non proficiscebātur: statim autem vt recessisset mouebant castra. Per verbum domini figebant tentoria. ⁊ per verbum illius pficiscebantur: erantqꝫ in excubijs dñi iuxta imperiū eius per manū moysi. X

Locutusqꝫ est dominus ad moysen dicens. Fac tibi duas tubas argenteas ductiles: quibus conuocare possis multitudinem quando mouenda sunt castra. Cūqꝫ increpueris tubis: congregabitur ad te omnis turba ad ostium tabernaculi federis. Si semel clangueris: venient ad te principes ⁊ capita multitudinis israel. Si auteꝫ plixior atqꝫ cōcisus clangor increpuerit mouebunt castra. pmi qui sunt ad orientalem plagam. In secundo autem sonitu ⁊ pari vlulatu tube leuabūt tētoria qui habitant ad meridieꝫ. ⁊ iuxta hūc modum reliqui facient vlulātibus tubis in pfectione. Qñ aūt cōgregādus ē populus. simplex turbarum clangor erit. ⁊ non concise vlulabit

Filij aũt aaron sacerdotis clangẽt tubis: eritq̃ hoc legitimũ sempitnu͡z in gnationibus vr̃is. Si exieritis ab bellũ de terra vr̃a ꝯ hostes qui dimicant aduersũ vos: clangetis vlulantibus tubis. ⁊ erit recordatio vr̃i corã dño deo vr̃o vt eruamini de manib⁹ inimicoꝝ vestroꝝ. Si qñ habebitis epulũ ⁊ dies festos ⁊ calendas: canetis tubis super holocaustis ⁊ pacificis victi/mis: vt sint vobis i recordationẽ dei vr̃i. Ego dñs deus vester. Anno secundo mẽse secundo vicesima die mensis. eleuata est nubes de tabernaculo federis. Profectiq̃ sunt filij isrl̃ p tur/mas suas de deserto synai. ⁊ recubuit nubes i solitudine pharan. Mouerũtq̃ castra primi iuxta imperiũ dñi p manu͡z moysi. Filij iuda p turmas suas. quoꝝ princeps erat naason filius aminadad. In tribu filioꝝ isachar fuit pꝛiceps nathanael filius suar. In tribu zabulõ erat princeps eliab. filius helon. Depositũq̃ est taber/naculum: qđ portantes egressi sunt filij gerson ⁊ merari. Profectiq̃ sunt ⁊ filij ruben p tur/mas ⁊ ordinem suum quoꝝ pꝛinceps erat elisur filius sedeur. In tribu autẽ filioꝝ symeon princeps fuit salamihel filius surisaddai. Porro in tribu gad erat princeps heliasaph filius duel. Profectiq̃ sunt ⁊ caathite portantes scũarium Tãdiu tabernaculũ portabaꝫ donec veniret ad erectionis locum. Mouerũt castra ⁊ filij ephraim per turmas suas: in quoꝝ exercitu princeps erat elisama filius ãmiud. In tribu autẽ filioꝝ manasse princeps fuit gamaliel filius phadas/sur. ⁊ in tribu beniamin erat dux abidan filius gedeonis. Nouissimi castroꝝ oĩum profecti st̃ filij dan per turmas suas: in quoꝝ exercitu princeps fuit ahiezer filius amisaddai. In tribu ãt filioꝝ aser erat princeps phegiel filius ochran. Et in tribu filioꝝ neptalim princeps fuit ah[illegible]a filius henan. Hec sunt castra ⁊ profectiões filiorum israel per turmas suas qñ egrediebãtur. Dixitq̃ moyses obab filio raguel madianite cognato suo. Proficiscimur ad locũ que͡z dñs daturus est nobis: veni nobiscũ vt bñfaciamus tibi: q2 dñs bona promisit israeli. Cui ille respõdit. Non vadã tecũ: sed reuertar in terrã mea͡z in qua natus sum. Et ille: Noli inquit nos re/linquere. Tu.n. nosti in quibus locis p deser/tum castra ponere debeam⁹. ⁊ eris ductor nr̃. Cũq̃ nobiscum veneris: quicquid optimũ fuerit ex opib⁹ q̃s nobis traditurus est dñs. dabi/mus tibi. Profecti sunt ergo de mõte dñi via͡z triũ dierum: archaq̃ federis dñi pcedebat eos per dies tres prouidens castroꝝ locũ. Nubes quoq̃ dñi super eos erat per diẽ cũ icederent. Cũq̃ eleuaretur archa dicebat moyses. Surge dñe ⁊ dissipentur inimici tui. ⁊ fugiãt qui oderũt te a facie tua. Cum autem deponeretur. aiebat Reuertere domine ad multitudinem exercitus israel.

XI

Interea ortum est murmur ppl'i: quasi dolentiũ pro labore ꝯ dñm. Qđ cum audisset iratus est. ⁊ accensus i eos ignis dñi deuorauit extremã castroꝝ partem. Cumq̃ clamasset popul⁹ ad moysen: orauit moyses ad dñm ⁊ absortus est ignis. Vocauitq̃ nomẽ loci illius incensio. eo q2 succensus fuisset contra eos ignis dñi. Vulgus qppe pmiscuu͡z quod ascẽderat cũ eis flagrauit desiderio sedẽs ⁊ flẽs iunctis sibi pariter filijs israel. ⁊ ait: Quis da/bit nobis ad vescendũ carnes. Recordamur piscium quos comedebamus in egypto gratis: i mentem nobis veniũt cucumeres ⁊ pepones. porriq̃ ⁊ cepe ⁊ allea. Aia nr̃a arida est. nihil aliud respiciunt oculi nostri nisi man. Erat autẽ man quasi semẽ coriãdri coloris bdellij. Circuibatq̃ popul⁹. ⁊ colligẽs illud frangebat mola siue terebat in mortario: coquẽs in olla ⁊ faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. Cũq̃ descenderet nocte supra castra ros. descẽdebat pariter ⁊ man. Audiuit g̃ moyses flentẽ populũ per familias: singulos per ostia tento/rij sui. Iratusq̃ est furor dñi valde. sed ⁊ moysi intolerãda res visa ẽ. ⁊ ait ad dominũ. Cur afflixisti seruu͡z tuum. Quare nõ inuenio gratiam coram te. Et cur imposuisti pondus vni/uersi populi huius super me. Nunqd ego cõcepi oẽm hanc multitudinẽ vel genui eam: vt dicas mihi: porta eos in sinu tuo sicut portare so/let nutrix infantulũ ⁊ defer in terram, p q̃ iura/sti patrib⁹ eoꝝ. Vnde mihi carnes vt dem tante multitudini. Flent cõtra me dicentes. da nobis carnes vt comedamus. Non possum sol⁹ sustinere oẽm hunc populũ q2 grauis est mihi. Sin aliter tibi videtur: obsecro vt itersicias me ⁊ inueniam grãm in oculis tuis ne tantis afficiar malis. Et dixit dñs ad moysen. Congrega mihi septuaginta viros de seniorib⁹ israel quos tu nosti q2 senes populi sint ac magistri. ⁊ du/ces eos ad ostium tabernaculi federis: faciesq̃ ibi stare tecum vt descendam ⁊ loquar tibi ⁊ auferam de spiritu tuo tradãq̃ eis. vt sustentẽt tecum onus populi. ⁊ nõ tu solus graueris. Populo quoq̃ dices. Sanctificamini. Cras comedetis carnes. Ego.n. audiui vos dicere. Quis dabit nobis escas carnium. Bñ nobis erat in

egypto. Ut det vobis dñs carnes ⁊ comedatis nõ vno die nec duob⁹ vel quinqꝫ aut decẽ. nec viginti quidẽ. sed vsqꝫ ad mẽsem dierꝫ: donec exeat per nares vr̃as ⁊ vertat in nauseaꝫ. eo ꝙ repuleritis dñm qui i medio vr̃i est. ⁊ fleueritis corã eo dicẽtes. Quare egressi sum⁹ ex egypto vt perirem⁹ in solitudine. Et ait moyses ad dominũ. Sexcenta milia peditũ huius populi sũt Et tu dicis: dabo eis esum carniũ mẽse itegro. Nũqd ouiũ ⁊ boũ multitudo cedet vt possit suf ficere ad cibũ. vel oẽs pisces maris in vnũ congregabunt vt eos satient. Cui rñdit dñs. Nũ quid man⁹ dñi iualida ẽ. Iã nũc videbis. vtrũ meus sermo ope cõpleat. Uenit igit moyses ⁊ narrauit populo verba dñi. congregãs septuaginta viros de seniorib⁹ israel: quos stare fecit circa tabernaculũ. Descenditqꝫ dñs ꝑ nubeꝫ. ⁊ locutus est ad eum. auferens de spũ qui erat in moyse ⁊ dans septuaginta viris. Cũqꝫ requie uisset in eis spũs prophetauerunt nec vltra cessauerunt. Remanserãt aũt in castris duo viri quorꝫ vnus vocabat heldad ⁊ alter medad. sup quos requieuit spũs: nã ⁊ ipse descripti fuerant ⁊ nõ exierãt ad tabernaculũ. Cũ ꝓphetarent in castris: cucurrit puer ⁊ nunciauit moysi dicens Heldad ⁊ medad ꝓphetãt in castris. Statim iosue fili⁹ nõ minister moysi ⁊ electus: e pluribus ait: Dñe mi moyses, ꝓhibe eos. At ille: qd inquid emularis pro me. Quis tribuat vt oẽs ppl's ꝓphetet: ⁊ det eis dñs spm̃ suũ. Reuersusqꝫ ẽ moyses ⁊ maiores natu israel i castra. Uẽtus aũt egrediẽs a dño arreptas transinare coturnices dedit ⁊ dimisit in castra itinere ꝗ̃tum vno die ꝯfici põt ex oi pte castrorꝫ per circuituꝫ volabantqꝫ in aere duobus cubitis i altitudine sup terrã. Surgens ergo ppl'us toto die illo ⁊ nocte ac die altero: ꝯgregauit coturnicũ multitudinẽ: qui parꝫ decẽ choros: ⁊ siccauerũt eas ꝑ gyrũ castrorꝫ. Adhuc carnes erant in dentibus eorꝫ nec defecerat huiuscemodi cib⁹ ⁊ ecce furor dñi ꝯcitatus in populũ ꝑcussit eum plaga magna nimis. Uocatusqꝫ est ille loc⁹ sepulchra ꝯcupiscẽtie: ibi. n. sepelierũt ppl'm qui desiderauerat carnes. Egressi aũt ð sepulchris ꝯcupiscẽtie venerũt in aseroth ⁊ mãserunt ibi. XII

Locutaqꝫ est maria ⁊ aaron ꝯ̃ moysen ꝑp vxorẽ eius ethiopissam: ⁊ dixerunt Nũ per solũ moysen locutus est dñs? Nõne ⁊ nobis similiter ẽ locut⁹? Quõ cũ audisset dñs iratus ẽ valde. Erat. n. moyses vir mitissimus sup oẽs hoĩes qui morabãtur in terra Statim locutus est dñs ad eũ ⁊ ad aaron ⁊ mariam. Egredimini vos tm̃ tres ad tabernaculum federis. Cũqꝫ fuissent egressi descẽdit dñs in colũna nubis ⁊ stetit in itroitu tabernaculi vocans aaron ⁊ mariã. Qui cũ issent dixit ad eos Audite sermones meos. Si quis fuerit inter vos ꝓpheta dñi in visione apparebo ei vel per somnũ loquar ad illũ. At nõ talis fu⁹ me⁹ moyses qui in oi domo mea fidelissim⁹ est. Ore. n. ad os loquor ei. Palã ⁊ nõ ꝑ enigmata ⁊ figuras deũ videt. Quare ergo nõ timuistis detrahere fuo meo moysi? Iratusqꝫ ꝯ̃ eos abijt. Nubes qꝫ recessit que erat sup tabernaculũ. Et ecce maria apparuit cãdẽs lepra quasi nix. Cũqꝫ respexisset eã aarõ ⁊ vidisset ꝑfusam lepra ait ad moysen. Obsecro domine mi. ne iponas nobis hoc peccatum quod stulte commisimus: ne fiat hec quasi mortua: ⁊ vt abortiuum quod ꝓijcitur de vulua matris sue. Ecce iam medium carnis eius deuoratum est a lepra. Clamauitqꝫ moyses ad dominum dicens. Deus obsecro sana eam. Cui respondit dominus. Si pater eius spuisset in faciem illius: nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi. Separetur septem diebus extra castra ⁊ postea reuocabit. Exclusa est itaqꝫ maria extra castra septẽ diebus. ⁊ populus nõ ẽ motus de loco illo donec reuocata ẽ maria. XIII

Profectusqꝫ est populus de aseroth fixis tentorijs in deserto pharan. Ibique locutus est dominus ad moysen dicens. Mitte viros qui considerent terram chanaan quam daturus sum filijs israel: singulos de singulis tribubus ex principib⁹. Fecit moyses quod dominus imperauerat ð deserto pharan mittens principes viros: quorum ista sunt nomina. De tribu ruben semmua filium zechur. De tribu symeon: saphat filiuꝫ vri. De tribu iuda: caleb filium iephone. De tribu ysachar: igal filiuꝫ ioseph. De tribu effraim: osee filium nun. De tribu beniamin: phalti filium raphu. De tribu zabulon: geddihel filium sodi. De tribu ioseph sceptri manasse: gaddi filium susi. De tribu dan: amihel filium gemalli. De tribu aser. sthur filium michael. De tribu neptalim: naabi filium napsi. De tribu gad. guhel filium machi. Hec sunt nomina virorum quos misit moyses ad considerandam terram. vocauitqꝫ osee filiuꝫ nun iosue. Misit ergo eos moyses ad considerandum terram chanaan. et dixit ad eos. Ascendite per meridianam plagam. Cumqꝫ veneritis ad montes. cõsiderate terram qualis sit ⁊ populum qui inha

bitator est eius. vtrum fortis sit an infirmus. pauci numero an plures. ipa terra bona an mala: vrbes quales. murate an absq3 muris. humus pinguis an sterilis. nemorasa an absq3 arboribus. Confortamini τ afferte nobis de fructibus terre. Erat autem tempus quando iam pcoque vue vesci possunt. Cumq3 ascendissent explorauerunt terram a deserto syn. vsq3 roob intrantibus emath. Ascenderuntq3 ad meridiem τ venerunt in hebron vbi erant abiman τ sisai τ tolmai filij enach: nam hebron septem annis ante thanim vrbem egypti cōdita est. Pergentesq3 vsq3 ad torrentem botri absciderunt palmitem cum vua sua quem portauerunt in vecte duo viri. De malis quoq3 granatis τ de ficis loci illius tulerunt qui appellatus est nehelescol. i. torrens botri. eo q botrum portassent inde filij isrl. Reuersiq3 exploratores terre p9 quadraginta dies omni regione circuita. venerunt ad moysen τ aaron. τ ad omnem cetum filiorum israel in desertum pharan: quod est in cades. Locutiq3 eis τ oi multitudini oñderunt fructus terre. τ narauerunt dicentes. Venim9 in terram ad quam misistis nos que reuera fluit lacte τ melle: vt ex his fructibus cognosci pōt sed cultores fortissimos habet: τ vrbes grādes atq3 muratas. Stirpem enach vidimus ibi. Amalech habitat in meridie etheus τ iebuseus τ amoreus in montanis. Chananeus vero moratur iuxta mare τ circa fluenta iordanis. Inter hec caleb compescens murmur populi qui oriebatur cōtra moysen ait: Ascendamus τ possideamus terram: quoniam poterimus obtinere eam. Alij vero qui fuerant cum eo dicebant nequaq3 ad hunc populum valemus ascendere quia fortior nobis est. Detraxerūtq3 terre quā inspexerant apud filios israel dicentes. Terra quam lustrauimus deuorat habitatores suos. Populus quem aspeximus procere stature ē Ibi vidimus monstra quedam filiorum enach de genere giganteo quibus comparati quasi locuste videbamur.

XIIII

Igitur vociferans ois turba fleuit nocte illa τ murmurati sunt contra moysen τ aaron cuncti filij israel dicentes: Vtinam mortui essemus in egypto: τ nō i hac vasta solitudine. Vtinam pereamus τ non inducat nos dñs in terram istaz ne cadamus gladio: τ vxores ac liberi nostri ducantur captiui. Nōne melius est reuerti in egyptū. Dixerūtq3 ali ad alteꝝ. Cōstituam9 nobis ducē. τ reuertamur i egyptum. Quo audito moyses τ aarō ceciderūt proni in terram coram oi multitudine filioꝝ israel. At vo iosue fili9 nun τ caleb filius iephone q τ ipsi lustrauerāt terram. sciderunt vestimenta sua. τ ad oēm multitudinē filioruz israel locuti sūt. Terra quam circuiuim9 valde bona ē. Si ppiti9 fuerit dñs. inducet nos i eā τ tradet humum lacte τ melle manātē. Nolite rebelles eē ꝯ dñm. neq3 timeatis populū terre hui9: qa sicut panem ita eos possum9 deuorare. Recessit ab eis oē p̄sidiū: dñs nobiscum est nolite metuere. Cūq3 clamaret ois multitudo τ lapidib9 eos vellet opprimē: apparuit gloria dñi sup tectū federis: cūctis vidētib9 filijs israel Et dixit dñs ad moysen: Vsq3q̄ detrahet mihi ppls iste: Quousq3 non credēt mihi in oibus signis q̄ feci corā eis: Feriā igit eos pestilentia atq3 cōsumā. te autem faciam pncipem sup gentē magnā τ fortiorē q̄3 h est. Et ait moyses ad dñm. Vt audiant egypti de q̄rum medio eduxisti ppl'm istum. τ habitatores terre huius qui audierunt q tu dñe in populo isto sis. τ facie videaris ad faciem. τ nubes tua ptegat illos. τ i colūna nubis p̄cedas eos p diem. τ in colūna ignis p noctē: q occideris tantam multitudinē quasi vnū hoiem. τ dicant. Non poterat introducere ppl'm in trā, p q̄ iurauerat: iccirco occidit eos in solitudine. Magnificetur g fortitudo dñi sicut iurasti dicens. Dñs patiēs τ multe miē. auferens iniqtatem τ scelera nullūq3 inoxiū derelinquens. qui visitas pctā patꝝ i filios in tertiā τ quartā gnātionem. Dimitte obsecro pctm ppli tui hui9 fm magnitudinē miē tue: sicut ppitius fuisti egredientibus de egypto vsq3 ad locū istū. Dixitq3 dñs. Dimisi iuxta vbum tuū. Viuo ego τ implebitur gloria dñi vniuersa terra. Attñ omnes homies qui viderūt maiestatem meā τ signa que feci in egypto τ in solitudine. τ tentauerunt me iam p decē vices nec obedierunt voci mee: non videbūt terram p q̄ iuraui prib9 eoꝝ: nec qsq3 ex illis qui detraxit mihi intuebit eam. Seruum meū caleb qui plen9 alio spū secutus est me. inducā in terrā hāc quam circuiuit: τ semen eius possidebit eam. qm amalechites τ chananeus habitant in vallib9. Cras mouete castra. τ reuertimini in solitudinē p viā maris rubri. Locutusq3 ē dominus ad moysen τ aaron dicens: Vsq3q̄ multitudo h pessima murmurat ꝯ me Querelas filioꝝ isrl audiui. Dic g eis: Viuo ego ait dñs: sicut locuti estis audiente me: sic

faciã vob. In solitudine hac iacebunt cadaue/
ra vr̃a. Omnes q nũerati estis a viginti annis
& supra. & murmurastis ꝯ me. nõ intrabitis trã
sup quam leuaui manũ meam ut habitare vos
facerẽ preter caleb filiũ iephone. & iosue filium
nun. Paruulos aũt vr̃os de quibus dixistis
ꝙ prede hostibus forẽt: itroducã ut videãt trã
q vob displicuit. Vr̃a cadauera iacebunt in so/
litudine. Filij vr̃i erũt vagi i deserto annis qua
draginta. & portabũt fornicationẽ vestram do/
nec ꝯsumant cadauera patrum in deserto iuxta
nũerũ q̃draginta dierũ qbus cõsiderastis terram
Annus ꝓ die iputabit. Et q̃draginta ãnis reci
pietis iniqtates vr̃ãs. & scietis vltionẽ meam.
Qm̃ sicut locutus sum. ita faciã oi multitudini
huic pessime. q̃ cõsurrexit aduersũ me. In soli
tudine hac deficiet & morietur. Igitur oẽs viri
q̃s miserat moyses ad ꝯtẽplandã terram. & q
reuersi murmurare fecerãt ꝯ eum oẽm multi
tudinem. detrahẽtes terre ꝙ eẽt mala. mortui
sunt atq; ꝑcussi i ꝯspectu dñi. Iosue aũt filius
nun & caleb filius iephone vixerunt ex oibus qui
ꝑrexerãt ad ꝯsiderandã terram. Locutusq; est
moyses vniuersa v̈ba hec ad oẽs filios isrl': &
luxit ppl'us nimis. Et ecce mane primo surgẽ/
tes. asenderunt v̈ticẽ mõtes atq; dixerũt: Pa
rati sumus ascẽdere ad locũ de q̊ dñs locutus est:
quia peccauimus. Quibus moyses: Cur inquit
trãsgredimini v̈bũ dñi. qd vob nõ cedet i pro
spũm: Nolite ascẽdere: nõ. n. ẽ dñs vobiscum
ne corruatis corã inimicis vr̃is. Amalechites
& chananeus añ vos sunt q̊rũ gladio corruetis:
eo ꝙ nolueritis acqescẽ dño: nec erit dñs vo/
biscũ. At illi ꝯtenebrati. ascenderunt in v̈tice
montis. Archa aũt testamenti dñi & moyses nõ
recesserunt de castris. Descenditq; amalechi
tes & chananeus q habitabat i monte. & ꝑcutiens
eos atq; ꝯcidens. persecutus ẽ eos vsq; horma.

Locutus ẽ dñs ad moysen XV
dicẽs: Loquere ad filios isrl'. & dices
ad eos: Cũ igressi fueritis trã habita/
tionis vr̃e quã ego dabo vob. & feceritis obla/
tionẽ dño in holocaustũ. aut victimam pacifi/
cã. vota soluentes uel sponte offerentes mune
ra. aut in solennitatibus vr̃is adolẽtes odorem
suauitatis dño. de bobus siue de ouibus offeret
qcũq; imolauerit victimam. sacrificium simile
decimã partẽ ephi cõspsam oleo. qd mensurã
habebit quartã partẽ hin. & vinũ ad liba fũden
da eiusdem mensure dabit in holocaustũ siue i
victimam. Per agnos singulos & arietes erit
sacrificiũ. simile duarũ decimarũ. que cõspersa
sit oleo tertie ꝑtis hin. & vinũ ad libamẽtum ter
tie partis eiusdẽ mensure offeret in odorẽ sua/
uitatis dño. Qñ vero de bobus feceris holo/
caustũ aut hostiã vt ipleas votum vel pacificas
victimas: dabis ꝑ singulos boues simile tres
decimas cõsperse oleo: qd habeat mediũ men
sure hin. & vinũ ad liba fundenda eiusdẽ mẽ/
sure in oblationẽ suauissimi odoris dño. Sic
facies per singulos boues & arietes & agnos &
hedos. Tã indigene q̃ꝫ ꝑegrini codẽ ritu offe
rent sacrificia. Vnũ preceptũ erit atq; iudiciũ
tam vobis q̃ꝫ aduenis terre. Locutus est dñs
ad moysen dicẽs. Loquere filijs israel. & dices
ad eos. Cũ veneritis in terrã quã dabo vobis
& comederitis de panibus regiõis illius. sepa
bitis ꝓmitias dño de cibis vestris. Sicut de are
is ꝓmitias sepabitis: ita & de pulmẽtis dabitis
ꝓmitiua dño. Qd si ꝑ ignorãtiã ꝓterieritis qcq̃
horũ q̃ locutus ẽ dñs ad moysen. & mãdauit ꝑ
eũ ad vos. a die qua cepit iubere & vltra. oblita
q; fuerit facere multitudo: offeret vitulum de ar
mento holocaustum in odorem suauissimũ do
mino. & sacrificium eius ac liba vt cerimonie po
stulãt. hircum ꝓ pctõ. & rogabit sacerdos pro
oi multitudine filiorũ isrl'. & dimittetur eis. qm̃
nõ sponte pecauerũt: nihilominus offerentes.
incensum dño pro se & ꝓ pctõ atq; errore suo &
dimittetur vniuerse plebi filiorũ isrl' & aduenis
q ꝑegrinãtur inter eos. qm̃ culpa est omnis ppl'i
per ignorantiam. Quod si aia vna nesciens pecca
uerit offeret caprã anniculam pro pctõ suo. & de
precabitur ꝓ ea sacerdos ꝙ inscia peccauerit co
ram dño: impetrabitq; ei veniam & dimittetur
illi. tam indigenis q̃ꝫ aduenis vna lex erit oiũ
qui peccauerint ignorantes. Aia vo que ꝑ su/
perbiam aliquid cõmiserit. siue ciuis sit ille siue
peregrinus: qm̃ aduersus dominũ rebellis fu
quod bonũ tibi videf in oculis tuis. fac. Et ait
sacerdos. Accedamus huc ad deũ. Et consulu
it saul dominũ dicens. Nũ p̄sequar philistijm
Si trades eos in manu israel. Et nõ respõdit
ei in die illa. Dixitq; saul. Applicate huc vni/
uersos angulos populi ⁊ scitote ⁊ videte p q̄ē
acciderit hoc pctm̄ hodie. Viuit dñs saluator is
rael. q̄ si per ionathan filiũ meũ factũ ē. absq;
retractatõe morief. Ad q̄d null⁹ ꝯtradixit ei d̄
oi populo. Et ait ad vniuersũ israel. Separa/
mini vos in partē vnaȝ: ⁊ ego cũ ionatha filio
meo ero in parte altera. Rñditq; populus ad
saul. Qd̄ bonum tibi videf in oculis tuis. fac.
Et dixit ad dominũ deũ israel. Domine deus
isrl' da iudiciũ: q̄d ē q̄ non rñderis ꝓuo tuo ho
die. Si in me aut in ionatha filio meo ē iniqui/
tas hec da ostensionē. Aut si hec iniq̄tas ē i po
pulo tuo. da sanctitatē. Et depr̄hensus est iona
thas ⁊ samuel: ppl's ãt exiuit. Et ait saul. Mit
tite sortem inter me ⁊ inter ionathan filiũ meũ.
Et captus est ionathas. Dixit aũt saul ad iona
thã. Indica mihi q̄d feceris. Et indicauit ei io
nathas ⁊ ait. Gustans gustaui in summitate
virge que erat in manu mea paululum mellis
Et ecce ego morior. Et ait saul. Hec faciat mi
hi de⁹. ⁊ hec addat: q̄ morte morieris ionatha
Dixitq; populus ad saul. Ergo ne ionathas
morief. q̄ fecit salutem hanc magnam in israel

Hoc nephas ē. Uiuit dominꝰ: si ceciderit capillus de capite eiꝰ i terrā: qꝛ cū deo opatꝰ ē hodie. Liberauit ḡ ppl's ionathan vt nō moreret. Recessitq; saul: nec ꝑsecutꝰ ē philistijm. Porro philistijm abierūt in loca sua. Et saul confirmato regno super israel pugnabat ꝑ circuitum aduersū oēs inimicos eius. ꝯtra moab ⁊ filios āmon ⁊ edom ⁊ reges soba ⁊ philisteos. ⁊ quocūq; se verterat supabat. Cōgregatoq; exercitu pcussit amalech. et eruit isrl' de manu vastatoꝝ. eiꝰ. Fuerūt aūt filij saul: ionathas ⁊ iesui ⁊ melchisua. Et noīa duaꝝ filiaꝝ eiꝰ nomen ꝓmogenite merob. ⁊ nomen minoris michol. ⁊ nomen vxoris saul achinoem filia achimaas. Et nomen pricipis militie eius abner filiꝰ ner patruelis saul. Porro cis fuit pater saul. ⁊ ner pater abner filius abiel. Erat aūt bellū potēs aduersū philisteos: oibus diebus saul. Nam quēcūq; viderat saul viꝝ fortē ⁊ aptū ad ꝓliū: sociabat eū sibi.

XV

ET dixit samuel ad saul. Me misit dñs vt vngerem te in regem super populū eius isrl'. Nūc ergo audi vocē domini Hec dicit dñs exercituū. Recēsui q̄cūq; fecit amalech israheli quomodo restitit ei in via cū ascenderet de egypto. Nūc ergo vade ⁊ percute amalech. ⁊ demolire vniuersa eiꝰ. Nō parcas ei ⁊ nō ꝯcupiscas ex rebꝰ ipius aliqd. sꝫ interfice a viro vsq; ad mulierem. ⁊ paruulum atq; lactantem. bouē ⁊ ouē. camelū ⁊ asinū. Precepit itaq; saul populo. ⁊ recensuit eos q̄si agnos ducenta milia peditum. ⁊ decem milia viroꝝ iuda. Cūq; venisset saul vsq; ad ciuitatē amalech: tetendit insidias in torrente. Dixitq; saul cineo. Abite. recedite. atq; discedite ab amalech: ne forte inuoluam te cum eo. Tu enim fecisti misericordiam cū oibus filijs israel: cum ascenderent de egypto. Et recessit cineus d' medio amalech. Percussitq; saul amalech ab euila: donec venias sur que est e regione egypti. Et apprehendit agag regem amalech viuum. Omne aūt vulgus interfecit in ore gladij. Et pepercit saul ⁊ ppl's agag. ⁊ optimis gregibus ouiū ⁊ armentoꝝ ⁊ vestibꝰ ⁊ arietibꝰ ⁊ vniuersis que pulchra erant. nec voluerūt disperdere ea. Quicqd ergo vile fuit ⁊ reprobū: hoc d'moliti sūt. Factū ē aūt verbū dñi ad samuel dicens Penitet me q' cōstituerim saul regē. qꝛ dereliqt me. ⁊ verba mea ope nō ipleuit. Cōtristatusq; ē samuel. ⁊ clamauit ad dñm tota nocte. Cūq; d' nocte surrexisset samuel vt iret ad saul mane: nūciatū est samueli eo q' venisset saul in carmelū. ⁊ erexisset sibi fornicem triūphalem. ⁊ reuersus transisset: descēdissetq; in galgala. Venit ergo samuel ad saul. ⁊ saul offerebat holocaustum dño de initijs predaꝝ que attulerat ex amalech. Et cum venisset samuel ad saul. dixit ei saul. Benedictus tu domino. Impleui verbū domini. Dixitq; samuel. Et que ē hec vox gregū q̄ resonat i auribꝰ meis. ⁊ armētoꝝ quā ego audio. Et ait saul. De amalech adduxerūt ea. Pepercit eni ppl's melioribꝰ ouibus ⁊ armentis vt imolarent dño deo tuo: reliqua vo occidimus. Ait aūt samuel ad saul. Sine me ⁊ indicabo tibi que locutus sit dominꝰ ad me nocte. Dixitq; ei. Loquere. Et ait samuel. Nonne cū paruulus esses i oculis tuis. caput in tribubus israel factus es. Vnxitq; te dñs in regē sup israel ⁊ misit te dñs in viā. ⁊ ait. Vade ⁊ interfice peccatores amalech ⁊ pugnabis contra eos vsq; ad internitionē eoꝝ. Quare ḡ nō audisti vocē dñi. sed versus ad predā es. ⁊ fecisti malū in oculis dñi. Et ait saul ad samuelē. Immo audiui vocē dñi. ⁊ ambulaui in via ꝑ quā misit me dominus. ⁊ adduxi agag regem amalech. ⁊ amalech interfeci. Tulit aūt de ꝓda populus oues ⁊ boues ꝓmitias eoꝝ que cesa sunt vt imolet dño deo suo in galgalis. Et ait samuel. Nūqd vult dominus holocausta aut victimas ⁊ nō potius vt non obediat voci domini. Melior ē enim obediētia q̄z victime. ⁊ auscultare magis q̄z offerre adipē arietū: quoniā quasi pctm̄ ariolandi est repugnare. ⁊ quasi scelus idolatrie nolle acquiescere. Pro eo ergo q' abiecisti sermonem domini: abiecit te dñs ne sis rex. Dixitq; saul ad samuelem. Peccaui. qꝛ ꝓuaricatus sū sermonē domini. ⁊ verba tua. timens ppl'm. ⁊ obediens voci eoꝝ. Sed nunc porta queso pctm̄ meū. ⁊ reuertere mecū vt adorē dñm. Et ait samuel ad saul. Nō reuertar tecū. qꝛ ꝓiecisti sermonē dñi: ⁊ ꝓiecit te dñs. ne sis rex sup israel. Et ꝯuersus est samuel vt abiret. Ille aūt apprehendit sūmitatē pallij eiꝰ que ⁊ scissa est. Et ait ad eū samuel. Scidit dñs regnū israel a te hodie. ⁊ tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro triūphator in israel non parcet. ⁊ penitudine non flectet. Neq; eni homo ē vt agat pniam. At ille ait. Peccaui. Sꝫ nūc honora me corā senioribꝰ ppl'i mei ⁊ corā israel ⁊ reuertere mecū vt adorē dñm deū tuum. Reuersus ergo samuel. secutus ē saulē. Et adorauit saul dñꝫ. Dixitq; samuel. Adducite ad me agag regem amalech. Et oblatus est ei agag pinguissimꝰ tremens. Et dixit agag. Siccine

separat amara mors. Et ait samuel. Sicut fecit
absqz liberis mulieres gladius tuus: sic absqz
liberis erit inter mulieres mater tua. Et in fru/
sta concidit eum samuel corā domino in galgalis
Abijt aūt samuel in ramatha: saul vero ascen/
dit in domum suā in gabaa. Et nō vidit samuel
vltra saul vsqz in diē mortis sue. Verūtamen
lugebat samuel saul: qm̄ dominus penitebat q
cōstituisset regē saul super israel. XVI.

Dixitqz dn̄s ad samuelē. Vsqzquo tu lu
ges saul: cū ego proiecerim eū ne regnet
super israel. Imple cornu tuum oleo: ⁊
veni vt mitā te ad isai bethleemiten. Prouidi
enim in filijs eius mihi regem. Et ait samuel.
Quō vadam. Audiet enim saul. ⁊ interficiet
me. Et ait dominus: Vitulum de armento tol
les in manu tua ⁊ dices. Ad imolandū domino
veni. Et vocabis isai ad victimā. Et ego ostē/
dam tibi qd facias: ⁊ vnges quecūqz mōstraue
ro tibi. Fecit ḡ samuel sicut locutus est ei domi/
nus. Venitqz in bethleē. Et ām̄irati sūt senio/
res ciuitatis. occurrentes ei. Dixeruntqz. Pa
cificus ne est ingressus tuus. Et ait. Pacific⁹
Ad imolandū domino veni. Sanctificamini: ⁊
venite mecū vt imolē. Scificauit ergo isai ⁊ fi/
lios eius. ⁊ vocauit eos ad sacrificiū. Cūqz in
gressi essent. vidit heliab ⁊ ait. Nū corā domino
est christ⁹ eius. Dixit domin⁹ ad samuelē. Ne
respicias vultū eius. neqz altitudinē stature ei⁹
qm̄ abieci eū: nec iuxta intuitū hois ego iudico.
Homo eni videt ea q̄ parēt. dominus aūt i u. t
cor. Et vocauit isai aminadab ⁊ adduxit eū co/
rā samuel. Qui dixit. Nec hunc elegit domin⁹
Adduxit aūt isai samma. de quo ait. Etiā hunc
nō elegit domin⁹. Adduxit itaqz isai septē filios
suos corā samuel. Et ait samuel ad isai. Nō ele
git domin⁹ ex istis. Dixitqz samuel ad isai. Nū
qd iam cōpleti sunt filij. Qui respōdit. Adhuc
reliquus ē puulus. ⁊ pascit oues. Et ait samu/
el ad isai. Mitte. ⁊ adduc eū. Nec enim discū
bemus priusqz huc ille veniat. Misit ergo ⁊ ad
duxit eum. Erat aūt rufus ⁊ pulcher aspectu de
coraqz facie. Et ait dn̄s. Surge ⁊ vnge eum.
Ipse ē eni. Tulit ergo samuel cornu olei. ⁊ vn
xit eū in medio fratrū ei⁹. Et directus est spirit⁹
dn̄i a die illa in dauid. ⁊ deinceps. Surgēsqz sa
muel abijt in ramatha. Spūs aūt domini reces
sit a saul: ⁊ exagitabat eum spiritus nequā a do
mino. Dixeruntqz serui saul ad eum. Ecce spi
ritus dn̄i malus exagitat te. Iubeat dn̄s nr̄ rex.
⁊ serui tui q corā te sunt. querēt hoīem scientem
psallere cithara vt qñ arripuerit te spūs domini
malus. psallat manu sua. ⁊ leuius feras. Et ait
saul ad seruos suos. Prouidete ergo mihi ali
quē bene psallētē. ⁊ adducite eū ad me. Et re/
spōdēs vn⁹ de pueris ait: Ecce vidi filium isai
bethleemitē sciētē psallere. ⁊ fortissimū robore
⁊ virū bellicosū. ⁊ prudētē in verbis. ⁊ virum
pulchrū ⁊ dn̄s ē cū eo. Misit ergo saul nūcios
ad isai dicēs: Mitte ad me dauid filiū tuū qui ē
in pascuis: Tulit itaqz isai asinum plenū pani/
bus ⁊ lagenā vini. ⁊ hedū de capris vnū. ⁊ mi
sit per manū dauid filij sui sauli. Et venit da/
uid ad saul. ⁊ stetit corā eo. At ille dilexit eū
nimis ⁊ factus est eius armiger. Misitqz saul
ad isai dicens: Stet dauid in cōspectu meo In
uenit eni grām in oculis meis. Igit̄ qñcunqz
spūs domini mal⁹ arripiebat saul dauid tolle/
bat citharam ⁊ percutiebat manu sua: ⁊ refocil
labatur saul: ⁊ leuius habebat. Recedebat eni
ab eo spirit⁹ malus. XVII

Congregantes aūt philistijm agmina
sua in preliū: cōuenerūt in sochor iude
⁊ castrametati sūt inter sochot ⁊ azecha
in finibus domim. Porro saul ⁊ viri israhel
congregati: venerunt in valle terebinthi ⁊ di/
rexerūt aciem ad pugnandū contra philistijm
Et philistijm stabāt super montē ex parte hac:
⁊ israel stabat supra mōtē ex altera ptē: vallisqz
erat inter eos. Et egressus ē vir spurius de ca
stris philistinoꝝ noīe goliath degeth: altitudi/
nis sex cubitoꝝ ⁊ palmo. ⁊ cassis erea super ca
put ei⁹ ⁊ lorica hamata induebat̄. Porro pon/
dus lorice ei⁹ qnqz milia sicloꝝ eris erat ⁊ ocre
as ereas habebat in crurib⁹. ⁊ clype⁹ ereus te/
gebat humeros ei⁹. Hastile aūt haste ei⁹ erat
quasi liciatoriū texentiū. Ipsū aūt ferrum haste
eius sexcētos siclos habebat ferri. Et armiger
eius antecedebat eū. Stāsqz clamabat aduersū
phalangas isrl̄. ⁊ dicebat eis. Quare venistis
parati ad preliū: Nūqd ego nō sū philisteus et
vos serui saul: Eligite ex vobis virum: ⁊ de/
scendat ad singulare certamē. Si quiuerit pu/
gnare mecū. ⁊ percusserit me: erim⁹ vobis serui
Si aūt ego preualuero ⁊ pcussero eum: vos serui
eritis. ⁊ seruietis nobis. Et aiebat philisteus
Ego exprobaui aminib⁹ israel hodie. Date
mihi viꝝ. ⁊ ineat mecum singulare certamen.
Audiens aūt saul ⁊ omnes israhelite sermones
philistei huiuscemodi: stupebant ⁊ metuebant
nimis. Dauid autē erat fili⁹ viri effratei d̄ quo
supra dictū est de bethleē iuda cui nomen erat
isai: q habebat octo filios. ⁊ erat vir in diebus
saul senex ⁊ grādeu⁹ inter viros. Abierūt autē

tres filij eius maiores post saul in prelium. Et noia triũ filioꝝ eius q̇ precerũt ad bellũ: heliab pmogenitus. et secũdus aminadab. tertius q̃z samma. Dauid aũt erat minimꝰ. Tribus ergo maioribus secutis saulẽ: abijt dauid et reuersus ẽ a saul vt pasceret gregẽ pr̃is sui i bethleẽ. Pro cedebat vero philisteus mane et vespe et stabat quadraginta diebus. Dixit aũt isai ad dauid filium suũ. Accipe fr̃ibus tui ephi polẽte et decẽ panes istos. et curre in castra ad fratres tuos. et decẽ formellas casei. has deferes ad tribunũ Et fr̃es tuos visitabis si recte agãt et cũ qbꝰ ordinati sunt disce. Saul aũt et illi et oẽs filij israel in valle terebinthi pugnabant aduersũ philistijm. Surrexit itaq̃z dauid mane. et cõmendauit gregem custodi et onustus abijt sicut preceperat ei isai. Et venit ad locuz magala et ad exercitum. qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine. Direxerat enim aciem israel sed et philistijm ex aduerso fuerãt pparati. Derelinquẽs ergo dauid vasa q̃ attulerat sub manu custodis ad sarcinas. cucurrit ad locũ certaminis. et interrogabat si omnia recte agerent erga fratres suos. Cũq̃z adhuc ille loqueretur eis apparuit vir ille spuriꝰ ascẽdẽs goliad noie philisteus de geth: de castris philistinoꝝ. Et loquẽte eo hec eadẽ verba audiuit dauid. Oẽs aũt israhelite cum vidissent viꝝ fugerunt a facie eius. timẽtes eũ valde. Et dixit vnusq̇spiã de israel. Nũ vidisti viꝝ hunc q̇ ascendit. Ad exprobrandum eni israel ascendit. Viꝝ ergo q̇ percusserit eũ. ditabit rex diuitijs magnis. ⁊ filiam suã dabit ei. et domũ pr̃is eius faciet absq̃z tributo in israel. Et ait dauid ad viros q̇ stabant secũ dicens. Quid dabit viro q̇ pcusserit philisteũ hunc. et tulerit opprobriũ de israel. Quis ẽ eni hic philisteus incircũcisus q̇ exprobrauit aciẽ dei viuẽtis. Referebat aũt ei ppl's eundez smonez dicens. Hec dabunt viro q̇ pcusserit eum. Q̃d cũ audisset heliab frater eius maior loquente eo cũ alijs: iratus ẽ cõtra dauid. et ait Quare venisti et q̃re dereliq̇sti pauculas oues illas in deserto. Ego noui superbiam tuam et nequitiam cordis tui: q2 vt videres pliũ descendisti. Et dixit dauid. Quid feci. Nungd non verbũ est. Et declinauit paululũ ab eo ad aliũ. Dixitq̃z eundem smonẽ. Et r̃ndit ei populus verbum sicut prius. Audita sunt autem verba q̃ locutus ẽ dauid. et annũciata in ꝯspectu saul Ad quẽ cũ fuisset adductus locutus ẽ ei. Non ꝯcidat cor cuiusq̃z i eo. Ego seruus tuus vadã et pugnabo aduersus philisteũ. Et ait saul ad dauid. Nõ vales resistere philisteo isti nec ꝓpugnare aduersus eum: quia puer es. Hic autẽ vir bellator est ab adolescentia sua. Dixitq̃z dauid ad saul. Pascebat seruus tuꝰ patris sui gregem. ⁊ veniebat leo vel vrsus ⁊ tollebat arietẽ de medio gregis. ⁊ persequebar eos ⁊ percutiebam. eruebãq̃z de ore eoꝝ. Et illi cõsurgebant aduersum me. ⁊ apprehendebam mentum eorum ⁊ suffocabã interficiebãq̃z eos. Nã ⁊ leonẽ ⁊ vrsũ interfeci ego seruus tuus. Erit igitur ⁊ philisteus hic incircũcisus quasi vnus ex eis. Nũc vadã ⁊ auferã opprobrium populi. Quoniam qs ẽ iste philisteꝰ incircũcisus: q̇ ausus ẽ maledicere exercitui dei viuentis. Et ait dauid. Dominus q̇ eripuit me de manu leonis ⁊ de manu vrsi ipse me liberabit de manu philistei huiꝰ Dixit aũt saul ad dauid. Vade ⁊ dominꝰ tecuz sit. Et induit saul dauid vestimentis suis. ⁊ imposuit galeam ereã super caput eius. ⁊ vestiuit eũ lorica. Accinctus ergo dauid gladio eiꝰ sup vestẽ suam: cepit tẽptare si armatus posset incedere. Nõ eni habebat ꝯsuetudinẽ. Dixitq̃z dauid ad saul. Nõ possũ sic incedere: q2 nõ vsũ habeo. Et deposuit ea. Et tulit baculum suum quẽ semp habebat in manibꝰ. ⁊ elegit sibi quinq̃z lympidissimos lapides de torrente. ⁊ misit eos i perã pastoralem quam habebat secũ. ⁊ fũdam manu tulit. ⁊ processit aduersum philisteum. Ibat aũt philisteus incedens. ⁊ appropinquans aduersum dauid. ⁊ armiger eiꝰ ante eũ. Cũq̃z inspexisset eũ philisteus ⁊ vidisset dauid despexit eum. Erat aũt adolescens rufus ⁊ pulcher aspectu. Et dixit philisteus ad dauid. Nũquid ego canis sum q2 tu venis ad me cũ baculo. Et maledixit philisteus dauid in dijs suis. Dixitq̃z ad dauid. Veni ad me: ⁊ dabo carnes tuas volatilibus celi ⁊ bestijs terre. Dixit autẽ dauid ad philisteum. Tu venis ad me cuz gladio ⁊ hasta ⁊ clypeo: ego autem venio ad te in nomine domini exercituũ dei agminũ israel q̇bus exprobrasti hodie. ⁊ dabit te dñs in manu mea. ⁊ percutiam te. ⁊ auferam caput tuuz a te Et dabo cadauera castroꝝ philistijm hodie volatilibus celi ⁊ bestijs terre. vt sciat omnis terra: q2 ẽ dominus deus in israel. ⁊ nouerit vniuersa ecclesia hec q2 non in gladio nec in hasta saluat dñs. Ipsius eni ẽ bellũ. ⁊ tradet vos in manus nostras. Cũ ergo surrexisset philisteꝰ ⁊ veniret ⁊ appropinquaret cõtra dauid: festinauit dauid. ⁊ occurrit ad pugnam ex aduerso philistei. Et misit manũ suã in perã. tulitq̃z lapidẽ ⁊ fũda iecit. ⁊ pcussit eũ i frõte. ⁊ infixꝰ ẽ la-

pis in fronte eius: et cecidit in faciē suā sup terraʒ
Preualuitq; dauid aduersum philisteum i fun
da et lapide. percussumq; philisteū interficit. Cū
q; gladium non haberet in manu dauid: cucur
rit et stetit super philisteum: et tulit gladium ei⁹
et eduxit eum de vagina sua: et iterfecit euʒ. pre
ciditq; caput eius. Videntes autē philistijm q
mortuus esset fortissimus eorū fugerunt. Et co
surgens viri israel et iuda vociferati sunt et per/
secuti sunt philisteos vsq; dum venirent in val
lem et vsq; ad portas accharon. Cecideruntq;
vulnerati de philistijm i via sarij et vsq; ad geth
et vsq; ad accharon. Et reuertentes filij israhel
postq; persecuti sunt philisteos inuaserūt castra
eorum. Assumens auteʒ dauid caput philistei.
attulit illud in irlm: arma vero eius posuit in ta
bernaculo suo. Eo autē tpe quo viderat saul da
uid egredientem contra philisteuʒ. ait ad abner
principem militie. De qua stirpe descendit hic
adolescēs. Dixitq; abner. Viuit anima tua rex
si noui. Et ait rex. Interroga tu cuius filius sit
iste puer. Cūq; regressus esset dauid percusso
philisteo tulit eum abner et introduxit corā sau
le: caput philistei hñtem in manu. Et ait ad euʒ
saul. De qua progenie es o adolescēs. Dixitq;
dauid. Fili⁹ serui tui isai bethleemite ego sum.

Capitulum. XVIII

Et factū est cū cōplesset loqui ad saul. aia
ionathe cōglutinata est aie dauid: et di/
lexit eū ionathas q̄si aiam suaʒ. Tulitq;
eum saul in die illa. et nō cōcessit ei vt reuerteret
in domum patris sui. Inierunt autem dauid et
ionathas fedus. Diligebat enim eū q̄si animaʒ
suā. Nā expoliauit se ionathas tunica qua erat i
dutus. et dedit eam dauid et reliqua vestimenta
sua vsq; ad gladiū et arcum suuʒ. et vsq; ad bal/
theum. Egrediebat q; dauid ad oia quecunq;
misisset eū saul. et prudenter se agebat. Posuit
q; eum saul super viros belli. et acceptus erat i
oculis vniuersi populi: maximeq; in cōspectu fa
mulorum saul. Porro cū reuerteret pcusso phili/
steo dauid: et ferret caput eius i hierusalē: egres
se sunt mulieres de vniuersis vrbibus israel cā
tantes chorosq; ducentes in occursum saul re/
gis in tympanis leticie et in sinistris. et pcinebāt
mulieres ludentes: atq; dicētes. Percussit sa/
ul mille. et dauid decem milia. Iratus est auteʒ
saul nimis. et displicuit in oculis eius iste sermo
Dixitq;. Dederunt dauid decem milia. et mihi
mille dederunt. Quid ei superest nisi solum re
gnuʒ. Nō rectis ergo oculis saul aspiciebat da
uid: a die illa et deinceps. Post diē autē alteraʒ
inuasit spiritus dei malus saul. et pphetauit in
medio domus sue. Dauid autem psallebat ma
nu sua sicut per singulos dies. Tenebatq; saul
lanceā et misit eam: putans q cōfigere posset da
uid cū pariete. Et declinauit dauid a facie ei⁹ se
cūdo. Et timuit saul dauid. eo q eēt dñs cū eo
et a se recessisset. Amouit ergo eū saul a se. et fe/
cit eū tribunū super mille viros. Et egrediеba
tur et intrabat in conspectu populi. In omnib⁹
q; vijs suis dauid prudenter agebat. et domi/
n⁹ erat cū eo. Vidit itaq; saul q prudens esset
nimis et cepit cauere eū. Ois aūt israel et iuda
diligebat dauid. Ipse aūt ingrediebat et egre/
diebat ante eos. Dixitq; saul ad dauid. Ecce
filia mea maior merob. ipam dabo tibi vxoreʒ
tātūmodo esto vir fortis. et pliare bella domini
Saul aūt reputabat dicēs. Nō sit man⁹ mea in
eo: sed sit super eū man⁹ philistinorum. Ait autē
dauid ad saul. Quis ego sū. aut q̄ est vita mea
aut cognatio patris mei in israel: vt fiam gener
regis. Factū est aūt temp⁹ cū deberet dari me/
rob filia saul dauid: data est hadrieli molachite
vxor. Dilexit aūt dauid michol filiam saul alte
ram. Et nūciatū est saul. et placuit ei. Dixitq;
saul. Dabo eam illi vt fiat ei in scandaluʒ. et sit
super eū man⁹ philistinorum. Dixitq; saul ad da
uid. In duab⁹ gener me⁹ eris hodie. Et man/
dauit saul seruis suis. Loquimini ad dauid clā
me dicētes. ecce places regi. et omnes serui ei⁹
diligūt te. Nūc ergo esto gener regis. et locuti
sūt serui saul in aurib⁹ dauid omnia verba hec
Et ait dauid. Num parum videtur vobis generum
esse regis. Ego autē sum vir pauper et tenuis.
Et renūciauerūt serui saul dicentes. Huiusce/
modi verba locutus est dauid. Dixit autem sa
ul. Sic loquimini ad dauid. Non habet rex spō/
salia necesse nisi tm̄ centū preputia philistinorum
vt fiat vltio de inimicis regis. Porro saul co/
gitabat dauid tradere in manus philistinorum
Cūq; renūciassent serui ei⁹ dauid verba que di/
xerat saul. placuit sermo in oculis dauid vt fie/
ret gener regis. Et post paucos dies surgens
dauid. abijt in accharon cum viris qui sub eo
erāt et pcussit ex philistijm ducētos viros. et at
tulit eorum pputia et ānumerauit ea regi: vt esset
gener ei⁹. Dedit itaq; saul ei michol filiā suam
vxorē. Et vidit saul. et intellexit q dñs esset cū
dauid. Michol aūt filia saul diligebat eū. Et sa
ul magis cepit timere dauid. Factū ē saul inimi
cus dauid cūctis diebus. Et egressi sūt pncipes
philistinorum. A pncipio aūt egressionis eorum pru
dentius se gerebat dauid q; oēs viri saul. et ce/

lebz: factū ē nomē ei⁹ nimis. XIX

LOcutus est autem saul ad ionathan filium suum ⁊ ad omnes seruos suos vt occiderent dauid. Porro ionathas filius saul diligebat dauid valde. Et indicauit ionathas dauid dicens. Querit saul pater meus occidere te. Qua ꝓpter obserua te queso mane. ⁊ manebis clam ⁊ absconderis. Ego autē egrediens stabo iuxta patrem meū in agro vbicūqꝫ fuerit. ⁊ ego loquar de te ad patrem meū. ⁊ qđcūqꝫ videro nūciabo tibi. Locutus ē ergo ionathas de dauid bona ad saul patrem suum. Dixitqꝫ ad eum. Ne pecces rex in seruū tuum dauid: quia non peccauit tibi. ⁊ opera eius bona sunt tibi valde. ⁊ posuit animā suā in manu tua ⁊ percussit philisteū. ⁊ fecit dñs salutē magnam vniuerso israheli. Vidisti ⁊ letatus es. Quare ergo peccas in sanguine innoxio. interficiens dauid q est absqꝫ culpa. Qđ cū audisset saul: placatus voce ionathe iurauit. Viuit dñs q: nō occidet. Vocauit itaqꝫ ionathas dauid. ⁊ indicauit ei oīa vba hec. Et introduxit ionathas dauid ad saul. ⁊ fuit ante eū sicut erat heri ⁊ nudiustertius. Motū ē aūt rursū bellum. ⁊ egressus dauid pugnauit aduersum philistijm percussitqꝫ eos plaga magna. ⁊ fugerūt a facie eius. Et factus est spūs dñi malus in saul. Sedebat aūt in domo sua. ⁊ tenebat lanceā. Porro dauid psallebat in manu sua. Nisusqꝫ est saul configere dauid lācea in pariete. Et declinauit dauid a facie saul. Lancea autem casso vulnere perlata est in pariete. ⁊ dauid fugit. ⁊ saluat⁹ est nocte illa. Misit ergo saul satellites suos nocte in domū dauid vt custodirent eū ⁊ interficeret mane. Qđ cū annūciasset dauid michol vxor sua dicens. nisi saluaueris te de nocte hac cras morieris deposuit eū per fenestrā Porro ille abijt ⁊ aufugit: atqꝫ saluatus est. Tulit autē michol statuam. ⁊ posuit eā super lectū. ⁊ pellē pilosam capraꝝ posuit ad caput eius. ⁊ operuit eam vestimentis. Misit aūt saul apparitores q raperent dauid. ⁊ respōsū ē q egrotaret. Rursusqꝫ misit saul nūcios vt viderent dauid dicēs Afferte eū ad me in lecto vt occidat. Cūqꝫ venissent nūcij. inuentū est simulacrū super lectū. ⁊ pellis capraꝝ ad caput eius. Dixitqꝫ saul ad michol. Quare sic illusisti mihi ⁊ dimisisti inimicū meū vt fugeret. Et respondit michol ad saul. Quia ipe locutus est mihi dicens. Dimitte me: alioquin interficiā te. Dauid aūt fugiēs saluatus est. Et venit ad samuel in ramatha. ⁊ nūciauit ei omnia que fecerat sibi saul. Et abierūt ipe ⁊ samuel. ⁊ morati sunt in naioth. Nūciatū est aūt sauli a dicentibus. Ecce dauid i naioth in ramatha. Misit ergo saul lictores vt raperent dauid. Qui cū vidissent cuneū ꝓphetarū vaticinantiū. ⁊ samuelem stantem super eos factus est etiam spūs domini in illis. ⁊ ꝓphetare ceperūt etiam ipsi. Qđ cū nūciatū esset sauli: misit ⁊ alios nūcios. Prophetauerūt aūt ⁊ illi Et rursū misit saul tertios nūcios. q ⁊ ipsi prophetauerūt. Et iratus iracūdia saul. abijt etiā ipe i ramatha. ⁊ venit vsqꝫ ad cisternā magnā que est in socbot. Et interrogauit. ⁊ dixit. In quo loco sūt samuel ⁊ dauid. Dictūqꝫ ē ei. Ecce in naioth sūt in ramatha. Et abijt in naioth in ramatha. Et factus est etiam super eum spiritus domini. ⁊ ambulauit ingrediens. ⁊ prophetabat vsqꝫ dū veniret in naioth in ramatha Et expoliauit etiā ipe se vestimentis suis ⁊ prophetauit cū ceteris corā samuel. ⁊ cecinit nud⁹ tota die illa ⁊ nocte. Vnde ⁊ exiuit ꝓuerbium Nū ⁊ saul inter ꝓphetas. XX

FVgit aūt dauid de naioth que est in ramatha. veniensqꝫ locutus ē corā ionatha. Quid feci. Que est iniquitas mea ⁊ qđ peccatū meū in patrē tuū: q: q̄rit animam meam. Qui dixit ei. Absit a te. non morieris. Neqꝫ eni faciet pater me⁹ qcqꝫ grāde vel paruum nisi prius indicauerit mihi. Hūc ergo celauit a me pater me⁹ sermonē tm̄modo. Nequaqꝫ eni erit istud. Et iurauit rursū dauid. Et ait ille. Scit ꝑfecto pater tu⁹ q inueni gratiam in ocul' tuis. ⁊ dicet. Nesciat hoc ionathas ne forte tristet. Quinimo viuit dñs ⁊ viuit aīa tua. q: vno tm̄. vt ita dicā. gradu ego morsqꝫ diuidimur. et ait ionathas ad dauid. Quodcunqꝫ dixerit mihi anima tua. faciā tibi. Dixit aūt dauid ad ionathan. ecce calēde sūt crastino. ⁊ ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendū Dimitte ergo me vt abscōder in agro vsqꝫ ad vesperam diei tertie. Si respiciēs requisierit me pater tuus. rñdebis ei. Rogauit me dauid vt iret celeriter in bethleē ciuitatē suā. q: victime solēnes ibi sūt vniuersis contribulibus suis. Si dixerit bene. pax erit seruo tuo. Si autē fuerit iratus: scito q: cōpleta ē malicia ei⁹. Fac ergo miam in seruū tuū: q: fedus domini me famulū tuū tecū inire fecisti. Si aūt ē iniquitas aliqua in me. tu me interfice. ⁊ ad patrem tuū ne introducas me. et ait ionathas. Absit hoc a me. Neqꝫ. n. fieri pōt: vt si certe cognouero cōpletā eē patris mei maliciā ɔtra te: nō annūciē tibi. Rñditqꝫ dauid ad ionathan. Quis renū/

ciabit mihi: si quid forte rñderit tibi pater tuus
dure de me: Et ait ionathas ad dauid. Veni et
egrediamur foras in agrũ. Cũq3 exissent am/
bo in agrũ: ait ionathas ad dauid. Dñe deus
israhel si inuestigauero sñiam patris mei crasti
no vel perēdie. et aliqd boni fuerit super dauid
et nõ statim misero ad te et notum tibi fecero:
hec faciat deus ionathe et hec augeat. Si aũt p/
seuerauerit patris mei malicia aduersũ te: reue
labo aurē tuam et dimittã te vt vadas in pace.
et sit dominꝰ tecũ sicut fuit cu3 patre meo. Et si
vixero facies mihi misericordiã dñi: si vo mor
tuꝰ fuero nõ auferes misericordiã tuã a domo
mea vsq3 in sempiternum. Aut si nõ fecero qñ
eradicauerit dñs inimicos dauid vnũquēq3 de
terra auferat ionathan de domo sua. et reqrat
dñs de manu iimicoꝝ dauid. Pepigit ḡ iona
thas fedus cũ domo dauid. Et reqsiuit dñs de
manu iimicoꝝ dauid. Et addidit ionathas de
ierare dauid: eo ꝙ diligeret illũ. Sicut. n. aia3
suã ita diligebat eũ. Dixitq3 ad eum ionathas
Cras calēde sũt. et reqreris. Reqret. n. sessio
tua vsq3 perendie. Descēdes ergo festinus et
venies in locũ vbi celãdus es in die qñ opera/
ri licet: et sedebis iuxta lapidē cui nomē ē ezel.
Et ego tres sagittas mittã iuxta eũ. et iaciã qua
si exercēs me ad signũ. Mittam q3 et pueꝝ di
cens ei. Vade et affer mihi sagittas. Si dixe/
ro puero ecce sagitte intra te sũt tolle eas: tu ve
ni ad me: qꝛ pax tibi est et nihil est mali: viuit
dominꝰ. Si aũt sic locutus fuero puero ecce sa
gitte vltra te sũt. vade in pace: qꝛ dimisit te do/
minus. De verbo aũt qđ locuti fuimus ego et
tu: sit dñs inter me et te vsq3 in sempiternũ. Ab
scõditus ē ergo dauid in agro et venerũt calen
de et sedit rex ad comedēdũ panē. Cũq3 sedis/
set rex sup cathedrã suã scđm cõsuetudinē que
erat iuxta parietē: surrexit ionathas et sedit ab
ner ex latere saul: vacuusq3 apparuit locus da
uid. et nõ est locutꝰ saul qcq3 in die illa. Cogi/
tabat. n. ꝙ forte euenisset ei vt non esset mũdus
nec purificatꝰ. Cũq3 illuxisset dies secũda post
calendas rursus apparuit vacuꝰ locus dauid.
Dixitq3 saul ad ionathã filiũ suũ. Cur non ve
nit filius isai nec heri nec hodie ad vescendum
Respondítq3 ionathas sauli: Rogauit me ob
nixe vt iret in bethleem. et ait: Dimitte me qm̃
sacrificiũ solēne est in ciuitate mea vnꝰ de fra/
tribus meis accersiuit me: Nũc ergo si inueni
grãm in oculis tuis: vadã cito et videbo frēs
meos. Ob hanc cãm nõ venit ad mensam re/
gis. Iratus aũt saul aduersum ionathan dixit
ei: Fili mulieris vltra virũ rapiētis nũqd igno
ro quia diligis filiũ isai in confusionem tuã et
in confusionē ignominiose matris tue: Omibꝰ
eni diebus qbꝰ filiꝰ isai vixerit super terrã: nõ
stabilieris tu neq3 regnũ tuũ. Itaq3 iã nũc mitt
te et adduc eũ ad me: qꝛ filius mortis ē. Respõ
dens aũt ionathas sauli prĩ suo ait: Quare mo
ritur? Quid fecit. Et arripuit saul lanceam vt
percuteret eum. Et intellexit ionathas ꝙ diffi/
nitũ esset a patre suo vt interficeret dauid. Sur
rexit ergo ionathas a mēsa in ira furoris. et nõ
comedit in die calēdaꝝ secũda panē. Contrista
tus est eni super dauid: eo ꝙ cõfudisset eum prĩ
suus. Cumq3 illuxisset mane. venit ionathas in
agrũ iuxta placitũ dauid. et puer paruulus cu3
eo. Et ait ad puerũ suũ: Vade et affer mihi sa/
gittas quas ego iacio. Cumq3 puer cucurrisset
iecit aliã sagittã transpueꝝ. Venit itaq3 puer
ad locũ iaculi qđ miserat ionathas. Et clama/
uit ionathas post tergũ pueri. et ait: Ecce ibi ē
sagitta porro vltra te. Clamauitq3 iterũ iona/
thas post tergũ pueri dicens. Festina veloci/
ter ne steteris. Collegit aũt puer ionathe sagit
tas. et attulit ad dominũ suũ. et quid ageret pe/
nitꝰ ignorabat. Tantũmodo enim ionathas et
dauid rem nouerant. Dedit ergo ionathas ar
ma sua puero. et dixit ei: Vade et defer in ciuita
tē. Cumq3 abisset puer surrexit dauid de loco q
vgebat ad austrũ. et cadēs pnus in terrã ado
rauit tertio. Et osculantes se alterutrũ: fleue/
rũt pariter: dauid aũt ampliꝰ. Dixit ergo iona
thas ad dauid. Vade in pace. Quecũq3 iura/
uimus ambo in noie dñi dicētes: dñs sit inter
me et te et int semē tuũ et semē meũ vsq3 in sem/
piternũ. Et surrexit dauid et abijt: s3 et ionathas
ingressus est ciuitatem.

XXI

Venit aũt dauid in nobe ad achimelech
sacerdote3. Et obstupuit achimelech:
eo ꝙ venisset dauid et dixit ei: Quare
tu solus. et nullus est tecum? Et ait dauid ad
achimelech sacerdotem: Rex precepit mihi ser
monem. et dixit: Nemo sciat rem propter quã
missus es a me. et cuiusmodi precepta tibi dede
rim. Nam et pueris meis condixi in illum et
illũ locum. Nũc ergo si quid habes ad manu3
vel quinq3 panes da mihi: aut qcqd inueneris.
Et rñdēs sacerdos ad dauid. ait illi: Nõ ha/
beo laicos panes ad manũ: s3 tm̃ panē sanctũ
Si mundi sũt pueri maxime a mulieribꝰ: man
ducent. Et rñdit dauid sacerdoti. et dixit ei: et
quidē si de mulieribꝰ agit continuimꝰ nos ab
heri et nudius tertius quãdo egrediebamur: et

fuerunt vasa puerorum sancta. Porro via hec
polluta est: sed ⁊ ipsa hodie sanctificabit̃ in va
sis. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatū panem
Neqꝫ enim erat ibi panis nisi tantū panes ꝓ
positionis qui subleuati fuerant a facie domini
vt ponerent̃ panes calidi. erat aūt ibi vir qui/
dā de seruis saul in die illa intus in tabernacu/
lo dñi et nomen eius doech idumeus potentissi
mus pastorum saul. Hic pascebat mulas saul.
Dixit aūt dauid ad achimelech. Si habes hic
ad manū hastam aut gladium: da mihi: q: gla
dium meū ⁊ arma mea nō tuli mecum. Ser/
mo enim regis vrgebat. et dixit sacerdos. ecce
hic gladius goliath philistei queꝫ percussisti in
valle terebinthi: est inuolutꝰ pallio post ephot.
Si istum vis tollere. tolle. Neqꝫ enim hic est
alius absqꝫ eo. et ait dauid: Non est huic alter
similis: Da mihi euꝫ. Surrexit itaqꝫ dauid. et
fugit in die illa a facie saul: et venit ad achis re
gem geth. Dixeruntqꝫ serui achis cum vidis/
sent dauid: Nūquid nō iste ē dauid rex terre:
Nonne huic cantabant per choros dicentes: ꝑ
cussit saul mille. ⁊ dauid decem milia: Posuit
autem dauid sermones istos in corde suo ⁊ exti
muit valde a facie achis regis geth. et mutauit
os suum coram achis: et collabebatur inter ma
nus eorum. ⁊ impingebat in ostia porte: deflue
bantqꝫ saliue eius in barbaꝫ. et ait achis ad ser
uos suos: Vidistis hominem insanuꝫ: quare
adduxistis eum ad me: An desunt nobis fu/
riosi: quia introduxistis istū vt fureret me pre/
sente: Dimittite illuꝫ hinc ne ingrediatur do
mum meam.

XXII

Abijt ergo dauid inde: ⁊ fugit in spelū/
cam odolla. Qđ cū audissent frēs eiꝰ ⁊
oīs domꝰ pr̄is eiꝰ. descenderūt ad euꝫ
illuc. et cōuenerūt ad eū oēs q̄ erāt in angustia
cōstituti. ⁊ oppressi ere alieno ⁊ amaro aīo ⁊ fa
ctus ē eoꝝ ꝑnceps. Fuerūtqꝫ cū eo quasi qua/
dringēti viri. et ꝓfectꝰ ē dauid inde ī masphat
q̄ ē moab. et dixit ad regē moab: Maneat oro
pr̄ meꝰ ⁊ mater mea vobiscū: donec sciam quid
faciat mihi deus. et reliquit eos ante faciem re
gis moab. Manserūtqꝫ apud eū cunctꝭ diebꝰ
quibus dauid fuit in presidio. Dixitqꝫ gad ꝓ/
pheta ad dauid: Noli manere in p̄sidio. Pro
ficiscere ⁊ vade in terrā iuda. et profectꝰ est da/
uid et venit in saltū areth. et audiuit saul ꝙ ap/
paruisset dauid. ⁊ viri qui erant cum eo. Saul
aūt cum maneret in gabaa ⁊ eēt in nemore qđ
ē in rama: hastā manu tenēs: cūctiqꝫ serui eiꝰ
circūstarent eū ait ad seruos suos q̄ assistebant
ei: Audite me nūc filij gemini. Nunqđ oībus
vobis dabit filiꝰ isai agros ⁊ vineas. ⁊ vniuer
sos vos faciet tribunos ⁊ centuriones: qm̄ cō/
iurastis oēs aduersū me ⁊ non est qui mihi re/
nūciet. maxime cū et filiꝰ meus fedus iunxerit
cū filio isai: Nō ē qui vicē meā doleat ex vobis
nec q̄ annūciet mihi. eo ꝙ suscitauerit filius me
us seruum meum aduersū me insidiantē mihi
vsqꝫ hodie. Rūdens aūt doech idumeus q̄ as/
sistebat. et erat ꝑmꝰ inter seruos saul: vidi inq̄t
filiū isai in nobe apud achimelech filiū achitob
sacerdotem. Qui consuluit ꝓ eo dominuꝫ: ⁊ ci
baria dedit ei. Sed ⁊ gladium goliath phili/
stei dedit illi. Misit ergo rex ad accersiendum
achimelech sacerdotem filiū architob. ⁊ omnē
domū patris eiꝰ sacerdotū q̄ erat in nobe. Qui
vniuersi venerūt ad regem. et ait saul ad achi/
melech. Audi fili achitob. Qui respōdit. Pre
sto sū dñe. Dixitqꝫ ad eum saul: Quare coniu
rastis aduersum me tu et filius isai. et dedisti ei
panes et gladiū. et cōsuluisti ꝓ eo dñm vt con/
surgeret aduersum me insidiator vsqꝫ hodie ꝑ
manens: Rūdensqꝫ achimelech regi ait: Et
q̄s in oībꝰ seruis tuis sicut dauid fidelis et ge/
ner regis. et ꝑgens ad iperiū tuū et gl'iosus in
domo tua: Nū hodie cepi pro eo cōsulere dñm
Absit hoc a me. Ne suspicet̃ rex aduersū seruū
suū rem huiuscemodi i vniuersa domo patris
mei. Nō eni sciuit seruꝰ tuꝰ q̄cq̄ꝫ suꝑ hoc nego
cio: vel modicū vel grāde. Dixitqꝫ rex. Mor
te morieris achimelech: tu et oīs domus patrꝭ
tui. Et ait rex emissarijs qui circunstabant eū.
Conuertimini. ⁊ interficite sacerdotes domi/
ni. Nam manus eorum cum dauid ē: scientes
ꝙ fugisset. ⁊ non indicauerunt mihi. Nolue/
runt autem serui regis extendere manus suas
in sacerdotes domini. ⁊ ait rex ad doech. Cō/
uertere tu ⁊ irrue in sacerdotes domini. Con
uersusqꝫ doech idumeus irruit in sacerdotes. ⁊
trucidauit in die illa octoginta quinqꝫ viros ve
stitos ephot lineo. Nobe autēꝫ ciuitatem sacer
dotuꝫ percussit in ore gladij. viros ⁊ mulieres
⁊ paruulos ⁊ lactantes. bouemqꝫ et asinum et
ouē in ore gladij. euadens aūt vnus filius achi
melech filij achitob cuiꝰ nomē erat abiathar fu
git ad dauid. ⁊ annunciauit ei ꝙ occidisset sa/
ul sacerdotes domini. et ait dauid ad abiathar
Sciebam eni in die illa ꝙ cū ibi eēt doech idu/
meus. ꝓculdubio annūciaret sauli. ego suꝫ reꝰ
omniū aīaꝝ patris tui. Mane mecū ne timeas
Si q̄s q̄sierit aīam meā: queret et aīam tuam.
mecūqꝫ seruaberis.

XXIII

Et annūciauerūt dauid dicentes: Ecce philistijm oppugnāt ceilā. ⁊ diripiunt areas Cōsuluit ergo dauid dn̄m dicēs Nū vadam ⁊ percutiā philisteos istos? Et ait dominꝰ ad dauid. Vade ⁊ ꝑcuties philisteos ⁊ saluabis ceilam. Et dixerūt viri q erant cum dauid ad eū. ecce nos hic in iudea consistentes timemus: quāto magis si ierimꝰ in ceilam aduersum agmina philistinoꝝ? Rursū ergo dauid cōsuluit dn̄m. Qui rn̄dens ait ei: Surge ⁊ vade in ceilā. ego enī tradā philisteos in manu tua. Abijt ergo dauid ⁊ viri eiꝰ in ceilam. ⁊ pugnauit aduersū philisteos. et abegit iumenta eoꝝ ⁊ percussit eos plaga magna. ⁊ saluauit dauid habitatores ceile. Porro eo tp̄e q̊ fugiebat abiathar filiꝰ achimelech ad dauid in ceilaz ephot secū habens: descenderat. Nunciatū est aūt sauli q̄ venisset dauid in ceilam. et ait saul. Tradidit eū dominꝰ in manꝰ meas: cōclususq̄ est introgressus vrbem: in q̄ porte et sere sunt. et precepit saul omni pp̄lo vt ad pugnam descēderet in ceilam. ⁊ obsideret dauid ⁊ viros eius Qd̄ cū dauid rescisset q2 prepararet ei saul claz maluz: dixit ad abiathar sacerdotem. Applica ephot. et ait dauid: Domine deꝰ israhel: audiuit famam seruus tuus q̄ disponat saul venire in ceilam vt euertat vrbem propter me. Si tradent me viri ceile in manꝰ eiꝰ ⁊ si descendet saul sic̄ audiuit seruus tuꝰ: domine deꝰ israel indica seruo tuo. et ait dominꝰ: Descendet. Dixitq̄ rursū dauid: Si tradēt me viri ceile ⁊ viros q sūt mecū in manꝰ saul? et dixit dominꝰ. Tradent. Surrexit ergo dauid ⁊ viri eiꝰ q̄si sexcenti. ⁊ egressi de ceila huc atq̄ illuc vagabant̄ incerti. Nūciatumq̄ est saul q̄ fugisset dauid de ceila: q̄obrem dissimulauit exire. Morabatur aūt dauid in deserto in locis firmissimis: mansitq̄ in monte solitudinis çiph in monte opaco Querebat eū tamen saul cūctis diebꝰ et nō tradidit eū dominꝰ in manus eius. et vidit dauid q̄ egressus esset saul vt q̄reret animā eiꝰ. Porro dauid erat in deserto çiph in silua. et surrexit ionathas filiꝰ saul ⁊ abijt ad dauid in siluam et confortauit manꝰ eiꝰ in deo: dixitq̄ ei. Ne timeas. Neq̄ enim inueniet te manꝰ saul p̄ris mei. Et tu regnabis super israel et ego ero tibi secūdus. Sed ⁊ saul pater meus scit hoc. Percussit ergo vterq̄ fedus corā domino. Mā sitq̄ dauid in silua: ionathas aūt reuersus est in domū suam. Ascenderūt autē çiphei ad saul in gabaa dicētes: Nonne ecce dauid latitat apud nos in locis tutissimis silue in colle achille: que est ad dextram deserti? Nūc ergo sic̄ desiderauit anima tua vt descenderes: descende nostrū aūt erit vt tradamꝰ eū in manꝰ regis. Dixitq̄ saul: Benedicti vos a dn̄o: q2 doluistis vicem meā. Abite g̊ oro ⁊ diligētiꝰ p̄parate. ⁊ curiosius agite. ⁊ ꝯsiderate locū vbi sit pes eius vel qs viderit eū ibi vbi dixistis. Recogitat enim de me q̄ callide insidier ei. Cōsiderate ⁊ videte oia latibula eius in q̄bus ascondit̄. ⁊ reuertimini ad me ad rē certā vt vadā vobiscū. Qd̄ si etiā in terrā se obstruxerit ꝑscrutabor eū in cunctis milibus iuda. At illi surgentes abierūt in çiph ante saul. Dauid aūt ⁊ viri eius erant in deserto maon in cāpestribꝰ ad dextrā iesimuth Juit ergo saul ⁊ socij eiꝰ ad q̄rēdū eū. Et nūciatū ē dauid: statimq̄ descēdit ad petrā. ⁊ v̄sabatur in deserto maon. Qd̄ cū audisset saul: persecutꝰ ē dauid in deserto maon Et ibat saul ⁊ viri eiꝰ ad latus mōtis ex parte vna: dauid aūt ⁊ viri eius erant in latere montis ex parte altera. Porro dauid desp̄abat se posse euadere a facie saul. Itaq̄ saul ⁊ viri eius in modū corone cingebant dauid ⁊ viros eiꝰ vt caperēt eū. Et nūcius venit ad saul dicēs: Festina ⁊ veni q̄m infuderūt se philistijm super terrā. Reuersus est ergo saul desistens ꝑsequi dauid. ⁊ perrexit in occursū philistinoꝝ. Propter hoc vocauerunt locū illū petram diuidentē.

XXIIII

Ascendit ergo dauid inde. ⁊ habitauit in locis tutissimis engaddi. Cūq̄ reuersus esset saul postq̄ ꝑsecutꝰ ē philisteos: nūciauerūt ei dicētes: Ecce dauid in deserto est engaddi. Assumēs ergo saul tria milia electoꝝ viroꝝ ex oī israel: perrexit ad inuestigandū dauid ⁊ viros eiꝰ. etiā sup abruptissimas petras q̄ solis ibicibus ꝑuie sūt. Et venit ad caulas ouiū q̄ se offerebāt vianti: eratq̄ ibi spelūca quā ingressus est saul vt purgaret ventrem. Porro dauid ⁊ viri eiꝰ in interiore parte spelūce latebāt. Et dixerūt serui dauid ad eū Ecce dies de q̄ locutꝰ ē dn̄s ad te. ego tradam tibi inimicum tuū vt facias ei sicut placuerit in oculis tuis Surrexit ergo dauid ⁊ p̄cidit oram chlamydis saul silēter. Post hec percussit cor suū dauid: eo q̄ abscidisset oraz chlamidis saul Dixitq̄ ad viros suos Propitius sit mihi dominus ne faciam hāc rem dn̄o meo christo dn̄i vt mittā manū meā in eū: q2 christꝰ dn̄i ē. Viuit dn̄s: q2 nisi dn̄s ꝑcusserit eū: aut dies eiꝰ venerit vt moriat̄: aut descendēs in preliū perierit: propitius sit mihi dominus vt non mittam manū meā in christū dn̄i. Et cōfregit dauid vi

ros suos sermonibus istis. ⁊ non permisit eos
vt cõsurgerẽt in saul. Porro saul exurgens de
spelũca pergebat cepto itinere. Surrexit autẽ
dauid post eũ. ⁊ egressus de spelunca clamauit
post tergũ saul dicens: Domine mi rex. Et re
spexit saul post se. ⁊ inclinans se dauid pronus
in terrã adorauit. Dixitqꝫ ad saul: Quare au/
dis verba hominũ loquentiũ: dauid q̃rit malũ
aduersũ te. Ecce hodie viderũt oculi tui ꝙ tra/
diderit te dominꝰ in manu mea in spelũca. ⁊ co
gitaui vt occiderem te: sed pepercit tibi oculus
meꝰ. Dixi enim: Non extendã manũ meã in
dominũ meũ: q2 christꝰ domini est. Quin po/
tius pater mi vide ⁊ cognosce orã chlamidis
tue in manu mea: quomõ cũ precidere summita/
tem chlamydis tue nolui extendere manũ meã
in te. Aiaduerte ⁊ vide qm̃ nõ est in manu mea
malũ neqꝫ iniquitas: neqꝫ peccaui in te. Tu
aũt insidiaris anime mee: vt auferas eam. Iu
dicet: dominꝰ inter me ⁊ te. ⁊ vlciscat̃ me domi
nus ex te: manꝰ aũt mea nõ sit in te: sicͭ ⁊ in pro
uerbio antiq̊ dicit̃. Ab impijs egredieť impie/
tas. Manꝰ ergo mea nõ sit in te. Quẽ p̃seq̃ris
rex israel quẽ perseqũris. Canẽ mortuũ perse/
q̃ris ⁊ pulicẽ vnũ. Sit dñs iudex ⁊ iudicet iter
me ⁊ in te. ⁊ videat ⁊ iudicet cãm meã. ⁊ eruat
me de manu tua. Cũ aũt complesset dauid lo/
quens sermões huiuscemodi ad saul: dixit saul
Nũqd vox hec tua est fili mi dauid. Et leuauit
saul vocem suã. ⁊ fleuit: dixitqꝫ ad dauid. Iu/
stior tu es q̃ȝ ego. Tu enim tribuisti mihi bo/
na: ego autẽ reddidi tibi mala. Et tu indicasti
hodie q̃ feceris mihi bona quomodo tradide/
rit me dominꝰ in manu tua. ⁊ nõ occideris me
Quis enim cũ inuenerit inimicũ suũ: dimittet
eũ in via bona. Sȝ dominꝰ reddat tibi vicissi/
tudinẽ hanc p̃ eo qd̓ hodie operatꝰ es in me.
Et nũc quia scio ꝙ certissime regnaturꝰ sis et
habiturꝰ in manu tua regnũ israel: iura mihi
in domino ne deleas semen meũ post me neqꝫ
auferas nomen meũ de domo patris mei. Et
iurauit dauid sauli. Abijt g̊ saul in domũ suam
⁊ dauid ⁊ viri eius ascenderũt ad tutiora loca.

Mortuꝰ ẽ aũt samuel. XXV

M ⁊ congregatꝰ est vniuersus israhel. et
planxerũt eũ nimis. ⁊ sepelierũt eũ in
domo sua in ramatha. Consurgensqꝫ dauid
descendit in desertũ pharan. Erat autem vir
quispiam in solitudine maon ⁊ possessio eiꝰ in
carmelo. ⁊ homo ille magnꝰ nimis: erantqꝫ ei
oues tria milia ⁊ mille capre. Et accidit vt ton
deret̃ grex eiꝰ in carmelo. Nomen aũt viri il/
lius erat nabal. ⁊ nomen vxoris eius abigail.
Eratqꝫ mulier illa prudentissima et speciosa.
Porro vir eiꝰ durus ⁊ pessimꝰ et malitiosus.
Erat aũt de genere caleph. Cũ aũt audisset da
uid in deserto ꝙ tonderet nabal gregem suum
misit decem iuuenes. ⁊ dixit eis: Ascendite in
carmelũ. ⁊ venietis ad nabal. ⁊ salutabitis eũ
ex noĩe meo pacifice. ⁊ sic dicetis. Si fratribꝰ
meis ⁊ tibi pax. ⁊ domui tue pax: ⁊ oibꝰ q̃cũqꝫ
habes sit pax. Ex multis annis saluos faciens
tuos ⁊ omnia tua. Audiui ꝙ tonderẽt pasto/
res tui greges tuos q erant nobiscũ in deserto
Nũq̃ȝ eis molesti fuimꝰ: nec aliquando defuit
q̄cq̃ȝ eis de grege omni tempore q̃ fuerunt no/
biscũ in carmelo. Interroga pueros tuos. ⁊ in
dicabũt tibi. Nũc ergo inueniãt pueri tui gra/
tiã in oculis tuis. In die eni bona venimꝰ ad
te. Qd̓cũqꝫ iuenerit manꝰ tua da seruis tuis et
filio tuo dauid. Cũqꝫ venissent pueri dauid lo
cuti sunt ad nabal omnia verba hec ex nomine
dauid. ⁊ siluerũt. Respõdens aũt nabal pueris
dauid ait: Quis est dauid. ⁊ qs est filius isai.
Hodie increuerũt serui q fugiũt dominos su/
os. Tollã g̊ panes meos ⁊ aq̃s meas ⁊ carnes
pecoꝝ q̃ occidi tonsoribus meis. ⁊ dabo viris
quos nescio vnde sint. Regressi sũt itaqꝫ pueri
dauid p̱ viã suã: ⁊ reuersi venerũt ⁊ annuncia
uerũt ei oĩa verba que dixerat nabal. tũc ait da
uid pueris suis. Accigat̃ vnusq̇sqꝫ gladio suo
Et accincti sũt singuli gladijs suis. Accinctus
qꝫ est ⁊ dauid ense suo: ⁊ secuti sũt dauid qua/
si quadringẽti viri. Porro ducenti remãserũt
ad sarcinas. Abigail aũt vxori nabal nuncia/
uit vnus de pueris suis dicens: Ecce dauid
misit nũcios de deserto vt benediceret domino
nr̃o. ⁊ auersatus ẽ eos. Hoies isti boni satis fu
erũt nobis ⁊ nõ molesti: nec q̄cq̃ȝ aliqñ perijt
oi tp̱e quo fuimꝰ conuersati cũ eis i deserto. Pro
muro erãt nobis tã in nocte q̃ȝ in die oibꝰ die/
bus qbꝰ pauimus apud eos greges. Quãob/
rẽ cõsidera ⁊ recogita qd facias: qm̃ completa
est malicia aduersũ viꝝ tuũ ⁊ aduersũ domum
tuam. ⁊ ip̃e est filius belial ita vt nemo possit ei
loqui. Festinauit igit̃ abigail. ⁊ tulit ducẽtos
panes ⁊ duos vtres vini ⁊ quinqꝫ arietes co
ctos. ⁊ qnqꝫ sata polente: ⁊ centum ligaturas
vue passe: ⁊ ducentas massas caricarũ ⁊ posuit
sup̱ asinos. Dixitqꝫ pueris suis: Precedite me
⁊ ecce ego post tergum seq̃r vos. Viro aũt suo
nabal nõ indicauit. Cũ ergo ascẽdisset asinũ ⁊
descẽderet ad radicẽ montis: dauid ⁊ viri eius
descẽdebãt in occursũ eiꝰ. Quibꝰ ⁊ illa occur/

rit. Et ait dauid. Vere frustra seruaui oia q̄ hu
ius erant in deserto. ⁊ nō perijt qc̄q̄ de cunctis
q̄ ad eū ꝑtinebant. ⁊ reddidit mihi malū ꝓ bo/
no. Hec faciat dn̄s inimicis dauid. ⁊ hec addat
si reliquero de oibus q̄ ad ipsuz pertinent vsq̄
mane mingentē ad parietē. Cum autem vidis/
set abigail dauid: festinauit ⁊ descendit de asino
⁊ ꝓcidit coram dauid super faciem suam: ⁊ ado
rauit sup terraz. ⁊ cecidit ad pedes eius. ⁊ dixit
In me sit dn̄e mi hec iniquitas. Loquatur ob/
secro ancilla tua in auribus tuis. ⁊ audi verba
famule tue. Ne ponat oro dn̄s meus rex cor su
um sup virū istū iniquū nabal: qm̄ ſm nomē su
um stultus est: ⁊ est stulticia cū eo. Ego autē an
cilla tua non vidi pueros tuos dn̄e mi quos mi
sisti. Nūc ergo dn̄e mi viuit dn̄s ⁊ viuit anima
tua q ꝓhibuit te ne venires in sanguinem ⁊ sal
uauit manum tuaz tibi. Et nunc fiāt sicut nabal
inimici tui. ⁊ q querunt dn̄o meo malum. Qua
ꝓpter suscipe benedictionez hanc quam attulit
ancilla tua tibi dn̄o meo. ⁊ da pueris q sequūtur
te dominum meum. Aufer iniquitatez famule
tue. Faciens eniz faciet dn̄s tibi domio meo do
mū fidelem: q2 ꝑlia domini domie mi tu ꝑliaris
Malitia ḡ non inueniat in te oibus diebus vite
tue. Si. n. surrexerit aliqn̄ hō ꝑsequēs te vl' que
rēs aiam tuaz: erit aia domini mei custodita q̄si
in fasciculo viuētiū apd dominū deū tuū. Por
ro inimicoꝝ tuoꝝ aia rotabit: q̄si i impetu ⁊ cir
culo funde. Cū ergo fecerit tibi domin9 domio
meo oia hec q̄ locutus est bona de te. ⁊ ꝯstitue/
rit te ducē sup israel. nō erit tibi hoc in singultū
⁊ in scrupulum cordis domio meo q effuderis
sanguinez innoxiū: aut ipe te vltus fueris. Et
cū benefecerit domin9 domio meo recordaberis
ācille tue: ⁊ tu benefacies ei. Et ait dauid ad abi
gail. Benedict9 dominus deus israel: qui misit
te hodie in occursū meū. ⁊ benedictū eloquiuz
tuum ⁊ benedicta tu que ꝓhibuisti me hodie ne
irem ad sanguinem: ⁊ vlciscerer me manu mea
Alioqn viuit dominus deus israel qui ꝓhibuit
me ne malū facerē tibi: nisi cito venisses i occur
sum mihi. non remansisset nabal vsq̄ ad lucem
matutinam mingēs ad parietē. Suscepit ergo
dauid de manu eius oia q̄ attulerat ei. dixitq̄ ei
Vade pacifice in domum tuaz. Ecce audiui vo
cem tuam ⁊ honoraui faciem tuam. Venit autē
abigail ad nabal. Et ecce erat ei ꝯuiuium in do
mo eius quasi ꝯuiuium regis. ⁊ cor nabal iocū
dum. Erat enim ebrius nimis: ⁊ non indica/
uit ei ꝟbum pusillū aut grāde vsq̄ mane. Di/
luculo aūt cum digessisset vinum nabal: indica
uit ei vxor sua verba hec. Et emortuum est cor
eius intrinsecus. ⁊ factus ē quasi lapis. Cūq̄
pertransissent decem dies: ꝑcussit dn̄s nabal:
⁊ mortuus est. Qd' cū audisset dauid mortuuz
nabal. ait. Benedictus dn̄s q iudicauit causaz
opprobrij mei de manu nabal. ⁊ seruū suū cu/
stodiuit a malo: ⁊ malitiam nabal reddidit do/
minus in caput eius. Misit ergo dauid ⁊ locu
tus ē ad abigail vt sumeret eā sibi in vxorē. Et
venerūt pueri dauid ad abigail in carmelum.
⁊ locuti sunt ad eaz dicentes. Dauid misit nos
ad te vt accipiat te sibi in vxorē. Que ꝯsurgēs
adorauit ꝓna in terraz. ⁊ ait. Ecce famula tua
sit in ancillam vt lauet pedes seruoꝝ dn̄i mei.
Et festinauit ⁊ surrexit abigail ⁊ ascēdit super
asinum. ⁊ quinq̄ puelle ierūt cuz ea pedissequę
eius. Et secuta est nuncios dauid. ⁊ facta ē illi
vxor. Sed ⁊ achinoem accepit dauid de iezra/
hel ⁊ fuit vtraq̄ vxor eius. Saul autem dedit
michol filiam suam vxorē dauid falthi filio lais
q erat de gallim.

XXVI

Et venerūt ziphei ad saul in gabaa di/
centes. Ecce dauid absconditus est in
colle achille que est ex aduerso solitudi
nis. Et surrexit saul. ⁊ descendit i desertū ziph
⁊ cū eo tria milia viroꝝ de electis israel vt que
reret dauid in deserto ziph. Et castrametat9 est
saul in gabaa achille: que erat ex aduerso solitu
dinis in via. Dauid aūt habitabat in deserto.
Videns aūt q venisset saul post se in desertum
misit exploratores ⁊ didicit q illuc venisset cer
tissime. Et surrexit dauid clam. ⁊ venit ad lo/
cū vbi erat saul. Cūq̄ vidisset locū in quo dor
miebat saul. ⁊ abner filius ner ꝑnceps militie
eius ⁊ saulē dormientē in tentorio: ⁊ reliquum
vulgus per circuitum ei9. ait dauid ad achime
lech etheū. ⁊ abisai filiū saruie fratrē ioab dicēs
Quis descendet mecū ad saul in castra. Dixit
q̄ abisai. Ego descendam tecum. Venerūt er
go dauid ⁊ abisai ad populum nocte: ⁊ inuene
rūt saul iacentem ⁊ dormientē in tentorio. ⁊ ha
stam fixā in terra ad caput eius. abner aūt ⁊ po
pulū dormientes in circuitu ei9. Dixitq̄ abisai
ad dauid. Cōclusit de9 inimicū tuū hodie i ma
nus tuas. Nūc ergo ꝑfodiā cū lācea in terra se
mel. ⁊ secūdo op9 nō erit. Et dixit dauid ad abi
sai. Ne interficias eū. Quis eni extēdet manū
suā in xp̄m dn̄i. ⁊ innocēs erit. Et dixit dauid.
Viuit dn̄s. q2 nisi dn̄s percusserit eū. aut dies
eius venerit vt moriat. aut in preliū descēdēs
perierit: ꝓpitius mihi sit dn̄s ne extēdā manū
meā in xp̄m dn̄i. Nūc igit tolle hastā que ē ad

caput eius ⁊ cyphũ aque: ⁊ abeam⁹. Tulit igiť
dauid hastam ⁊ cyphũ aque qui erat ad caput
eius. ⁊ abierũt. Et nõ erat quisq̃ qui videret ⁊
intelligeret ⁊ euigilaret: sed omnes dormiebãt
qꝛ sopor domini irruerat sup eos. Cũq̃ trãsis/
set dauid ex aduerso. ⁊ stetisset in vertice mõtis
de lõge. ⁊ eẽt grãde interuallũ inter eos: clama
uit dauid ad ppl'm. ⁊ ad abner filiũ ner dicens
Nõne respõdebis abner? Et respõdẽs abner
ait: Quis es tu q clamas. ⁊ inqetas regem? Et
ait dauid ad abner: Nunquid nõ vir tu es? Et
quis ali⁹ silis tui in israel? Quare ergo nõ cu/
stodisti dñm tuũ regẽ? Ingressus ẽ eni vn⁹ de
turba vt interficeret regẽ dñm tuũ. Nõ est bo
nũ hoc qđ fecisti: Viuit dñs qm̃ filij mortis estis
vos: qꝛ nõ custodistis dñm vestrum christum
dñi. Nũc ergo vide vbi sit hasta regis: et vbi
sit cyphus aque q erat ad caput eius. Cogno/
uit aũt saul vocẽ dauid. ⁊ dixit. Nũqd vox hec
tua fili mi dauid. Et ait dauid. Vox mea domi
ne mi rex. Et ait. Quã ob cãz domin⁹ me⁹ pse
quiť seruũ suũ. Quid feci. aut qđ ẽ malũ in ma
nu mea. Nũc ergo audi oro domie mi rex ver
ba serui tui. Si domin⁹ incitat te aduersum me
odoreť sacrificiũ. Si aũt filij hoium. maledicti
sũt i ↄspectu dñi q eiecerũt me hodie vt nõ habi
tẽ in hereditate dñi. dicẽtes: vade serui dijs ali
enis. Et nũc nõ effundať sanguis me⁹ in terra
corã dño. qꝛ egressus ẽ rex isrl' vt q̃rat pulicem
vnũ. sicut persegť pdix in mõtib⁹. Et ait saul.
Peccaui. Reuertere fili mi dauid. Nequaq̃
eni vltra tibi male faciã eo q pciosa fuerit aia
mea i oculis tuis hodie. Apparet eni q stulte
egeri. ⁊ ignorauerim multa nimis. Et respõdẽs
dauid ait. Ecce hasta regis. trãseat vn⁹ de pue
ris regis ⁊ tollat eã. Dñs aũt retribuet vnicui
q̃ sm iusticiã suã ⁊ fidẽ. Tradidit eni te domi
n⁹ hodie in manũ meã. ⁊ nolui extẽdere manũ
meã in xp̃z domini. Et sicut magnificata ẽ aia
tua hodie in oculis meis. sic magnificeť anima
mea in oculis domini. ⁊ liberet me de oi angu/
stia. Ait ğ saul ad dauid. Benedict⁹ tu fili mi
dauid. Et qdẽ faciẽs facies. ⁊ potens poteris.
Abijt aũt dauid in viam suã. ⁊ saul reuersus ẽ
in locũ suũ.

XXVII

Et ait dauid in corde suo. Aliquãdo in
cidaz vna die in manus saul. Nonne
melius est vt fugiam: ⁊ saluer in terra
philistinoꝝ vt desperet saul: cessetq̃ me quere
re in cunctis finibus israel. Fugiam ğ manus
eius. Et surrexit dauid. ⁊ abijt ipe ⁊ sexcẽti vi
ri cũ eo ad achis filium maoch regem geth. Et
habitauit dauid cũ achis in geth ipe ⁊ viri eius
⁊ domus eius ⁊ due vxores eius. achinoem ie
zrahelites ⁊ abigail vxor nabal carmeli. ⁊ nun
ciatum est saul q fugisset dauid in geth. ⁊ non
addidit vltra querere eum. Dixit autem dauid
ad achis. Si inueni gratiam in oculis tuis: de
tur mihi locus in vna vrbium regionis huius
vt habitem ibi. Cur enim manet seruus tu⁹ in
ciuitate regis tecum. Dedit itaq̃ ei achis i die
illa sicelech. Propter quam causam facta est si
celech regum iuda vsq̃ in diem hanc. Fuit aũ
tẽ numerus dieꝝ quibus habitauit dauid in re
gione philistinoꝝ quattuor mensiũ. ⁊ ascendit
dauid ⁊ viri eius. ⁊ agebant pdas de gesuri et
de gezre ⁊ de amalechitis. Hi eni pagi habita
bãt in terra antiqtus eũtib⁹ sur vsq̃ ad terram
egypti. ⁊ pcutiebat dauid oẽm terrã illoꝝ: nec
relinquebat viuentẽ virũ ⁊ mulierẽ: tollensq̃
oues ⁊ boues ⁊ asinos et camelos et vestes re/
uertebať ⁊ veniebat ad achis. Dicebat autẽ ei
achis. In quem irruisti hodie. Respondebat
dauid. Cõtra meridiẽ iude et contra meridiez
gieramel ⁊ contra meridiẽ ceni. Virũ ⁊ mulie
rem non viuificabat dauid: nec adducebat in
geth dicens: ne forte loquanť aduersum nos.
Hec fecit dauid. Et hoc erat decretũ illi oĩbus
diebus qb⁹ habitauit in regione philistinorum
Credidit ğ achis dauid: dicens: Multa ma/
la opatus ẽ ↄtra populum suũ israel erit igitur
mihi seruus sempiternus.

XXVIII

Factũ est aũt in dieb⁹ illis. congregaue
rũt philistijm agmina sua vt pparareť
ad bellũ ↄ isrl'. Dixitq̃ achis ad dauid
Sciens nũc scito: qm̃ mecum egredieris in ca/
stris tu et viri tui. Dixitq̃ dauid ad achis.
Nũc scies q̃ factur⁹ ẽ seru⁹ tuus. Et ait achis
ad dauid. ⁊ ego custodem capitis mei ponã te
cũctis diebus. Samuel aũt mortu⁹ ẽ: planxitq̃
eũ ois israel. ⁊ sepelierunt eũ in ramatha vrbe
sua. Et saul abstulit magos ⁊ ariolos de terra
⁊ interfecit eos qui phitones habebãt in vẽtre
Cõgregatiq̃ sũt philistijm. ⁊ venerunt et ca/
strametati sunt in sunã. Cõgregauit aũt ⁊ saul
vniuersũ israel. ⁊ venit in gelboe Et vidit saul
castra philistijm et timuit. et expauit cor eius
nimis. Consuluitq̃ dñm. ⁊ non rñdit ei: neq̃
p somnia. neq̃ p sacerdotes. neq̃ p pphetas
Dixitq̃ saul seruis suis: Querite mihi mulie
rem habentem phitonẽ. ⁊ vadã ad eam ⁊ sciscí
tabor p illã. et dixerunt serui eius ad eũ: est mu
lier phitonem habẽs i endor. Mutauit ğ habi
tũ suum. vestitusq̃ est alijs vestimentis. ⁊ abijt

ipse ⁊ duo viri cuꝫ eo: venerũtqꝫ ad mulierem
nocte. ⁊ ait illi: Diuina mihi in phitone. et su/
scita mihi quem dixero tibi. Et ait mulier ad eũ
Ecce tu nosti quanta fecerit saul. et quomõ era
serit magos et ariolos de terra Quare ergo in
sidiaris anime mee vt occidar. et iurauit ei saul
in domino dicens Viuit dominꝰ: quia nõ eue
niet tibi quicqꝫ mali ꝑpter hanc rem. Dixitqꝫ
ei mulier Quẽ suscitabo tibi? Qui ait Samue
lem mihi suscita. Cũ autem vidisset mulier sa/
muelẽ: exclamauit voce magna. et dixit ad saul
Quare imposuisti mihi? Tu es enim saul: Di
xitqꝫ ei rex. Noli timere. Quid vidisti? Et ait
mulier ad saul. Deos vidi ascendẽtes de terra
Dixitqꝫ ei. Qualis est forma eius? Que ait:
Vir senex ascendit. ⁊ ipse amictus ẽ pallio. Et
intellexit saul ꝙ samuel eẽt. ⁊ iclinauit se sup fa
ciẽ suã i terra. ⁊ adorauit. Dixit aũt samuel ad
saul. Quare inquietasti me vt suscitarer? Et ait
saul. Coartor nimis. Siquidẽ philistijm pu/
gnant aduersũ me. ⁊ deus recessit a me. et exau
dire me noluit: neqꝫ in manu ꝓphetaruꝫ: neqꝫ
per somnia. Vocaui ergo te: vt ostenderes mi
hi quid faciam. Et ait samuel: Quid interro/
gas me cum dominꝰ recesserit a te. ⁊ transierit
ad emulũ tuũ? Faciet enim tibi dominꝰ sicut lo
cutꝰ est in manu mea. et scindet regnum tuum
de manu tua. et dabit illud proximo tuo dauid
q2 non obedisti voci domini: neqꝫ fecisti iram
furoris eius in amalech. Idcirco quod pateris
fecit tibi dominꝰ hodie. ⁊ dabit dominꝰ etiã isrl'
tecũ in manu philistijm. Cras aũt tu et filij tui
mecũ eritis: sed ⁊ castra israel tradet dominꝰ in
manꝰ pstilistijm Statimqꝫ saul cecidit porrectꝰ
in terrã. Extimuerat. n. vba samuelis. et ro/
bur nõ erat in eo: q2 nõ comederat panem tota
die illa. Ingressa est itaqꝫ mulier illa ad saul.
Cõturbatꝰ enim erat valde. Dixitqꝫ ad eũ: Ecce
obediuit ancilla tua voci tue. et posui animam
meam in manu mea. et audiui sermones tuos
quos locutus es ad me. Nũc igit audi et tu vo
cem ancille tue. ⁊ ponam coram te bucellam pa
nis vt comedens cõualescas: et possis iter age
re. Qui renuit. et ait: Non comedam. Coege
erũt ãt eũ serui sui ⁊ mulier et tandẽ adita voce
orum surrexit de terra. et sedit super lectum.
Mulier autem illa habebat vituluꝫ pascualem
in domo et festinauit et occidit eum. Tollẽsqꝫ
farinam miscuit eam. et coxit açima. et posuit
ante saul et ante seruos eius. Qui cum come/
dissent. surrexerunt et ambulauerunt per to/
am noctem illam. XXIX

Congregata sunt ergo philistijm vni/
uersa agmina in aphec Sꝫ ⁊ isrl' castra
metatus ẽ super fontẽ q erat i ieçrabel
Et satrape quidẽ philistijm incedebãt in cẽtu/
rijs ⁊ milibꝰ: dauid aũt ⁊ viri eius erãt in no/
uissimo agmine cũ achis. Dixerũtqꝫ principes
philistijm ad achis: Quid sibi volunt hebrei
isti? Et ait achis ad principes philistijm. Nun
qd ignoratis dauid q fuit sũ saul regis isrl'. ⁊ ẽ
apud me multis diebꝰ vel annis? Et non inue
ni in eo qcq̃ꝫ ex die q̃ transfugit ad me vsqꝫ ad
diẽ hãc. Irati sunt autẽ aduersus eũ principes
philistijm ⁊ dixerunt ei. Reuertat vir ⁊ sedeat
in loco suo in quo cõstituisti eũ. ⁊ nõ descendãt
nobiscũ in preliũ: ne fiat nobis aduersariꝰ cum
p̃liari ceperimꝰ. Quõ. n. aliter poterit placare
dñm suũ nisi i capitibꝰ nr̃is. Nõne iste ẽ dauid
cui cãtabãt in choris dicẽtes: percussit saul i mi
libꝰ suis. ⁊ dauid in decẽ milibꝰ suis? Vocauit
ergo achis dauid. ⁊ ait ei: Viuit dominꝰ: q2 re
ctus es ⁊ bonus in cõspectu meo ⁊ exitꝰ tuus ⁊
introitꝰ tuus mecũ ẽ in castris. Et nõ iueni in
te qcq̃ꝫ mali: ex die q̃ venisti ad me vsqꝫ in dieꝫ
hãc: sꝫ satrapis nõ places. Reuertere g̊ ⁊ vade
in pace. ⁊ nõ offendas oculos satrapaꝝ phili/
stijm. Dixitqꝫ dauid ad achis Quid enim feci ⁊
quid inuenisti in me seruo tuo a die qua fui i cõ
spectu tuo vsqꝫ in diẽ hãc vt non veniã et pu/
gnem cõtra inimicos dñi mei regis? Rñdens
aũt achis locutꝰ ẽ ad dauid: Scio q2 bonus es
tu in oculis meis sic angelꝰ dei: sꝫ ꝑncipes phi
listinoꝝ dixerũt: Non ascẽdet nobiscũ in p̃liũ.
Igit cõsurge mane tu ⁊ serui dñi tui q venerũt
tecũ. ⁊ cũ de nocte surrexeritis ⁊ cepit dilucesce
re: pergite. Surrexit itaqꝫ de nocte dauid ipse
⁊ viri eius vt proficiscerent mane. ⁊ reuerterẽ
tur ad terram philistijm. Philistijm aũt ascen
derũt in ieçrabel. XXX

Cumqꝫ venissent dauid ⁊ viri eiꝰ in si
celech die tertia: amalechite impetũ fe/
cerant ex parte australi in siceleeh. ⁊ ꝑ/
cusserant siceleeh. ⁊ succenderãt eã igni. Et ca
ptiuas duxerãt mulieres ex ea a minimo vsqꝫ
ad magnũ. ⁊ nõ interfecerãt quẽq̃ꝫ: sꝫ secũ du/
xerant ⁊ pergebãt itinere suo. Cum g̊ venisset
dauid ⁊ viri eius ad ciuitatẽ. ⁊ iuenissent eam
succensam igni ⁊ vxores suas ⁊ filios suos. et
filias ductas eẽ captiuas: leuauerunt dauid et
populus qui erat cũ eo voces suas. ⁊ plãxerũt
donec deficerẽt in eis lachryme. Siqdẽ et due
vxores dauid captiue ducte fuerant achinoem
ieçrabelites. ⁊ abigai vxor nabal carmeli. Et

cōtristatus est dauid valde. Volebat enī eum ppl's lapidare: q2 amara erat aīa vniuscuiusq3 viri super filijs suis τ filiabus. Cōfortatus est aūt dauid in dño deo suo. τ ait ad abiathar sacerdotē filiū achimelech Applica ad me ephot Et applicauit abiathar ephot ad dauid τ consuluit dauid dominū dicēs. Persequar latrūculos hos. τ cōprehendā eos: an non Dixitq3 ei domin⁹. Persequere: absq3 dubio.n.cōphendes eos τ excuties predam. Abijt ergo dauid ipse et sexcenti viri qui erant cū eo. τ venerunt vsq3 ad torrentem besor. τ lassi quidā substiterunt. Persecutus est aūt dauid ipse τ quadringenti viri cū eo: substiterant enī ducenti q lassi transire nō poterant torrentē besor. Et inuenerunt virum egyptiū in agro. τ adduxerunt cū ad dauid. Dederūtq3 ei panem vt comederet τ biberet aquā: sed et fragmē massecaricaru3. τ duas ligaturas vue passe. Qui cū comedisset: reuersus est spiritus eius. τ refocillat⁹ est. Non enī comederat panē neq3 biberat aqua3 tribus dieb⁹ τ tribus noctibus. Dixit itaq3 ei dauid: Cuius es tu: vel vnde: τ quo pergis? Qui ait: Puer egyptius ego sum: seru⁹ viri amalechite: Dereliquit aūt me domin⁹ meus: q2 egrotare cepi nudiustertiō Siquidē nos cru pimus ad australē plagā cerethi τ cōtra iuda3 τ ad meridiem caleph. τ sicelech succendimus igni. Dixitq3 ei dauid: Potes me ducere ad istum cuneū? Qui ait: Jura mihi per deu3 q2 nō occidas me. τ nō tradas me in manus dñi mei. τ ego ducam te ad cuneū istu3. Et iurauit ei dauid. Qui cū duxisset eum: ecce illi discūbebant super faciē vniuerse terre: comedētes et bibentes. τ quasi festū celebrātes diem. p cuncta preda τ spolijs q̄ ceperāt de terra philistijm τ de terra iuda. Et pcussit eos dauid a vespera vsq3 ad vespā alterius diei. τ non euasit ex eis q̄sq3 nisi tm̄ q̄dringēti viri adolescētes q ascenderāt camelos τ fugerāt. Eruit ergo dauid oia q̄ tulerāt amalechite τ duas vxores suas eruit Nec defuit q̄sq3 a puo vsq3 ad magnū tā de filijs q3 de filiabus τ de spolijs τ quecūq3 rapuerant oia reduxit dauid. τ tulit vniuersos greges τ armēta. τ minauit ante faciē suā. Dixerūtq3. Hec ē pda dauid. Venit aūt dauid ad ducētos viros q lassi substiterāt nec sequi poterant dauid. τ residere eos iusserat in torrēte besor. Qui egressi sūt obuiā dauid. τ populo qui erat cū eo. Accedēs aūt dauid ad populū salutauit eos pacifice. Rñdensq3 ois vir pessimus τ iniqu⁹ de viris q erant cū dauid. dixit. Quia non venerūt nobiscū non dabimus eis quicq3 de preda quam eruimus: sed sufficiat vnicuiq3 vxor sua et filij: quos cu3 acceperint recedant. Dixit autē dauid. Non sic facietis fratres mei d̄ his q̄ tradidit nobis dñs. τ custodiuit nos. τ dedit latrūculos q erumpāt aduersū nos i manus nr̄as: nec audiet vos q̄sq3 sup s̄mōe hoc. Equa enī ps erit descēdentis ad pliū. et remanētis ad sarcinas. τ silr̄ diuidēt. Et factū est hoc ex die illa. et deiceps ɔstitutū et p̄finitū. et quasi lex in israel vsq3 in diē hāc. Venit g̃ dauid i siceleeh. τ misit dona de p̄da seniorib⁹ iuda, proximis suis dicēs. Accipite benedictionē d̄ p̄da hostiū dñi. His q erāt in bethel τ qui i ramoth ad meridiē. τ q i gether. τ q i aroer. τ q i sephamoth. τ q i esthama. τ q i rachal. τ q i vrbib⁹ hierameli. τ q in vrbib⁹ ceni. τ q in rama τ q in lacu asan. τ q in atach. τ q in hebron. et reliqs q erāt in his locis in qb⁹ cōmoratus fuerat dauid τ viri ei⁹.

XXXI

Philistijm aūt pugnabāt aduersū israel. Et fugerūt viri israel ante faciē philistijm: τ ceciderūt interfecti in monte gelboe. Irruerūtq3 philistijm i saul τ in filios ei⁹. τ percusserūt ionathā τ abinadab τ melchisue filios saul: totūq3 pōd⁹ p̄lij versū est in saul Et ɔsecuti sūt eū viri sagittarij. τ vulneratus ē vehemēter a sagittarijs. Dixitq3 saul ad armigex suū. Euagina gladiū tuū τ percute me: ne forte veniāt incircūcisi isti τ iterficiāt me illudētes mihi. Et noluit armiger ei⁹: fuerat enim nimio terrore pterrit⁹. Arripuit itaq3 saul gladium suū τ irruit sup eū. Qd̄ cū vidisset armiger ei⁹ videlicet q2 mortuus esset saul: irruit etiā ipe super gladiū suū τ mortuus ē cū eo. Mortuus ē ergo saul τ tres filij ei⁹ τ armiger illi⁹. τ vniuersi viri ei⁹ in die illa pariter. Vidētes aūt filij israel q erāt trās vallem τ trās iordanem q2 fugissent viri israhelite. τ q2 mortuus esset saul τ tres filij ei⁹: reliquerūt ciuitates suas τ fugerūt Venerūtq3 philistijm τ habitauerunt ibi Facta autem die altera venerūt philistijm vt expoliarent interfectos. τ inuenerūt saul τ tres filios eius iacentes in mōte gelboe. Et pciderunt caput saul. τ expoliauerūt eū armis. τ miserūt i terrā philistinox per circuitū vt annūciaret in tēplo idolox τ i ppl's. Et posuerūt arma ei⁹ i tēplo astaroth: corpus vō ei⁹ suspēderūt i muro bethsan. Qd̄ cū audissent habitatores iabes galaad q̄cūq3 fecerāt philistijm saul. surrexerūt oēs viri fortissimi. τ ambulauerūt tota nocte. τ tulerūt cadauer saul τ cadauera filiox eius de muro bethsan. Venerūtq3 viri iabes galaad. et cōbusserūt ea igni. et tulerūt ossa eorum. et se

pellierunt in nemore iabes. et ieiunauerunt septem diebus. ¶ Explicit primus liber Samuelis Incipit secundus. Capitulum. I

Factum est autem postquam mortuus est saul ut dauid reuerteretur a cede amalech. et maneret in siceleth duos dies. In die autem tertia apparuit homo veniens de castris saul: veste conscissa et puluere conspersus caput. Et ut venit ad dauid cecidit super faciem suam et adorauit. Dixitque ad eum dauid: Unde venis? Qui ait ad eum. De castris israel fugi. Et dixit ad eum dauid: Quod est verbum quod factum est? Indica mihi. Qui ait: fugit populus ex prelio: et multi corruentes e populo mortui sunt: sed et saul et ionathas filius eius interierunt. Dixitque dauid ad adolescentem qui nunciabat ei. Unde scis quia mortuus est saul et ionathas filius eius? Ait adolescens qui nunciabat ei. Casu veni in montem gelboe. et saul incumbebat super hastam suam: porro currus et equites appropinquabant ei. et conuersus post tergum suum: vidensque me vocauit. Cui cum respondissem adsum: dixit mihi: Quis nam es tu? Et aio ad eum: Amalechites ego sum. Et locutus est mihi: Sta super me et interfice me: quoniam tenent me angustie. et adhuc tota anima mea in me est. Stansque super eum occidi illum. Sciebam. n. quod viuere non poterat post ruinam. Et tuli diadema quod erat in capite eius. et armillam de brachio illius: et attuli ad te dominum meum huc. Apprehendens autem dauid vestimenta sua scidit: omnesque viri qui erant cum eo. et planxerunt et fleuerunt et ieiunauerunt usque ad vesperam super saul et super ionathan filium eius. et super populum domini. et super domum israel: eo quod corruissent gladio. Dixitque dauid ad iuuenem qui nunciauerat ei: Unde es tu? Qui respondit: Filius hominis aduene amalechite ego sum. Et ait ad eum dauid: Quare non timuisti mittere manum tuam ut occideres christum domini? Vocansque dauid unum de pueris suis ait: Accedens irrue in eum. Qui percussit illum et mortuus est. Et ait ad eum dauid: Sanguis tuus super caput tuum. Os enim tuum locutum est aduersum te dicens: ego interfeci christum domini. Planxit autem dauid planctum huiuscemodi super saul et super ionathan filium eius. et precepit ut docerent filios iuda arcum sicut scriptum est in libro iustorum. Et ait: Considera israel pro his qui mortui sunt: super excelsa tua vulnerati. Inclyti israel super montes tuos interfecti sunt. Quomodo ceciderunt fortes? Nolite annunciare in geth neque annuncietis in compitis ascalonis: ne forte letentur filie philistijm: ne exultent filie incircumcisorum. Montes gelboe nec ros nec pluuia veniant super vos. Neque sint agri primitiarum: quia ibi abiectus est clypeus fortium clypeus saul quasi non esset vnctus oleo a sanguine interfectorum ab adipe fortium. Sagitta ionathe numquam rediit retrorsum: et gladius saul non est reuersus inanis Saul et ionathas amabiles et decori valde in vita sua: in morte quoque non sunt diuisi. Aquilis velociores: leonibus fortiores. Filie israel super saul flete qui vestiebat vos coccino in delitijs qui prebebat ornamenta aurea cultui vestro. Quomodo ceciderunt fortes in prelio? Ionathas in excelsis tuis occisus est. Doleo super te frater mi ionatha decore nimis. et amabilis super amorem mulierum. Sicut mater vnicum amat filium suum ita ego te diligebam. Quomodo ceciderunt robusti. et perierunt arma bellica. II

Igitur post hec consuluit dauid dominum dicens. Num ascendam in vnam de ciuitatibus iuda? Et ait dominus ad eum: Ascende. Dixitque dauid: Quo ascendam? Et respondit ei: In hebron. Ascendit ergo dauid et due vxores eius achinoem iezrahelites et abigail vxor nabal carmeli: sed et viros qui erant cum eo duxit dauid singulos cum domo sua. et manserunt in oppidis hebron. Veneruntque viri iuda. et vnxerunt ibi dauid ut regnaret super domum iuda. Et nunciatum est dauid quod viri iabes galaad sepelissent saul. Misit ergo dauid nuncios ad viros iabes galaad: dixitque ad eos: Benedicti vos a domino qui fecistis misericordiam hanc cum domino vestro saul. et sepelistis eum. Et nunc retribuet vobis quidem dominus misericordiam et veritatem. et ego reddam gratiam eo quod fecistis verbum istud. Confortentur manus vestre. et estote filij fortitudinis. Licet enim mortuus sit dominus vester saul: tamen me vnxit domus iuda in regem sibi. Abner autem filius ner princeps exercitus saul: tulit isboseth filium saul. et circumduxit eum per castra: regemque constituit super galaad. et super gessuri. et super iezrahel. et super effraim. et super beniamin. et super israel vniuersum Quadraginta annorum erat isboseth filius saul cum regnare cepisset super israel. et duobus annis regnauit. Sola autem domus iuda sequebatur dauid Et fuit numerus dierum quos commoratus est dauid imperans in hebron super domum iuda septem annorum et sex mensium. Egressusque est abner filius ner et pueri isboseth filij saul de castris in gabaon. Porro ioab filius saruie. et pueri dauid egressi sunt: et occurrerunt eis iuxta piscinam gabaon Et cum in vnum conuenissent e regione sederunt hi in vna parte piscine. et illi ex altera. Dixitque abner ad ioab: Surgant pueri. et ludant coram nobis

Et rñdit ioab. Surgant. Surrexerūt ergo ⁊ transierūt numero duodecim de beniamin ex parte isboseth filij saul: ⁊ duodeci de pueris dauid. Apprehensoqꝫ vnusqsqꝫ capite cōpar꞉ sui defixit gladiū in latus cōtrarij. ⁊ ceciderunt sil'. Vocatūqꝫ ē nomen loci illius ager robustoꝝ i gabaon. Et ortū est bellū durū satis in die illa. fugatusqꝫ est abner ⁊ viri israel a pueris dauid Erant autē ibi tres filij saruie. ioab ⁊ abisai ⁊ asahel. Porro asahel cursor velocissimus fuit quasi vnus de capreis q̄ morant̃ in siluis. Persequebat̃ aūt asahel abner. ⁊ non declinauit ad dexteram siue ad sinistrā. omittens perseq abner. Respexit itaqꝫ abner post tergū suū. ⁊ ait. Tu ne es asahel. Cui rñdit. Ego sum. Dixitqꝫ ei abner. Vade ad dexterā siue ad sinistram ⁊ apprehende vnū de adolescentibus. ⁊ tolle tibi spolia eius. Noluit aūt asahel omittere quin vrgeret eū. Rursūqꝫ locutus est abner ad asahel. Recede ⁊ noli me seq. ne forte cōpellar cōfodere te in terrā. ⁊ leuare nō potero faciē meā ad ioab fratrē tuū. Qui audire cōtēpsit. ⁊ noluit declinare. Percussit ergo eum abner auersa hasta in inguine ⁊ transfodit. ⁊ mortu⁹ ē i eodē loco. Oēsqꝫ q trāsiebāt p locū illū i q̊ ceciderat asahel ⁊ mortu⁹ erat. subsistebāt. Persequentib⁹ āt ioab ⁊ abisai fugientē abner. sol occubuit Et venerūt vsqꝫ ad collē aq̄duct⁹ q ē ex aduerso vallis ⁊ itineris deserti i gabaon. Cōgregatiqꝫ sūt filij beniamin ad abner. ⁊ cōglobati in vnū cuneū steterūt i sūmitate tumuli vni⁹. Et exclamauit abner ad ioab ⁊ ait. Nū vsqꝫ ad internitionē tu⁹ mucro deseuiet. An ignoras ꝙ piculosa sit desperatio. Vsqꝫ q̊ nō dicis populo vt omittat pseq fr̄es suos. Et ait ioab. Viuit dñs si locut⁹ fuisses mane recessisset ppl's psequens fr̄em suū. Insonuit ḡ ioab buccina. ⁊ stetit oīs exercit⁹: nec psecuti sūt vltra isrl': neqꝫ inire certamē. Abner aūt ⁊ viri ei⁹ abierūt p cāpestria moab tota nocte illa. ⁊ transierūt iordanē. ⁊ lustrata oī bethoron venerunt ad castra. Porro ioab reuersus omisso abner cōgregauit omnē pplm. ⁊ defuerūt de puer꞉ dauid decē ⁊ nouē viri excepto asahele. Serui autē dauid pcusserūt de beniamin ⁊ de viris q erāt cū abner trecētos sexagita: q ⁊ mortui sunt. Tulerūtqꝫ asahel. ⁊ sepelierūt eū in sepulchro patris sui i bethleem. Et ambulauerūt tota nocte ioab ⁊ viri q erāt cū eo. ⁊ in ipo crepusculo peruenerunt in hebron.

III

Facta est ergo longa concertatio int̄ domum dauid ⁊ inter domum saulis: dauid ꝓficiens ⁊ semper seipo robustior: domus autem saul decrescens quotidie. Natiqꝫ sunt filij dauid in hebron. Fuitqꝫ primogenitus eius āmon de achinoem iezrahelite. ⁊ post eum cheleab đ abigail vxore nabal carmeli. Porro tertius absalon filius maacha filie tholomai regis gessur. Quartus autem adonias filius agith. ⁊ quintus saphacias filius abithal. Sextus q̊ꝫ iethraam de egla vxore dauid. Hi nati sunt dauid in hebron. Cum ergo esset prelium int̄ domum saul ⁊ domum dauid: abner filius ner regebat domum saul. Fuerat autem sauli concubina nomine respha filia achia. ingressusqꝫ est ad eā abner. Dixitqꝫ isboseth ad abner. Quare ingressus es ad concubinā patris mei. Qui iratus nimis ꝓpter verba isboseth. ait. Nūqd caput canis ego sum aduersum iudam hodie q fecerim misericordiā super domū saul pr̄is tui ⁊ super fratres ⁊ ꝓximos ei⁹. ⁊ nō tradidi te i manu dauid. ⁊ tu reqsisti in me ꝙ argueres ꝓ muliere hodie. Hec faciat de⁹ abner. ⁊ hec addat ei: nisi quō iurauit dñs dauid sic faciam cū eo vt transferat̃ regnū de domo saul. et eleuet̃ thronus dauid super israel ⁊ super iudā a dan vsqꝫ bersabee. Et non potuit respondē ei qcq̄ꝫ qꝛ metuebat illū. Misit ergo abner nūcios ad dauid in hebron ꝓ se dicentes. Cui⁹ est terra. Et vt loquerent̃. Fac mecum amicitias. ⁊ erit manus mea tecū. ⁊ reducā ad te vniuersū isrl'. Qui ait. Optime. Ego faciam tecū amicitias. sed vnā rē peto a te dicēs. Non videbis faciē meā anteq̄ꝫ adduxeris mihi michol filiā saul. ⁊ sic venies ⁊ videbis me. Misit aūt dauid nūcios ad isboseth filiū saul dicens. Redde vxorē meā michol quam despondi mihi cētū ꝑputijs philistijm. Misit ergo isboseth. ⁊ tulit eā a viro suo phatiel filio lais. Sequebat̃ eā vir suus plorans vsqꝫ baurim. Et dixit ad eam abner. Vade ⁊ reuertere. Qui reuersus est. Sermonē q̊ꝫ intulit abner ad seniores israel dicēs. Tā heri q̊ꝫ nudiustertius q̄rebatis dauid vt regnaret sup vos. Nūc ergo facite: qm̄ dñs locut⁹ est ad dau id dicens. In manu serui mei dauid saluabo pplm meū israel de manu philistijm ⁊ oium inimicoꝝ eius. Locutus est autem abner etiam ad beniamin. Et abijt vt loqueret̃ ad dauid in hebron oia q̄ placuerant israheli ⁊ vniuerso beniamin. venitqꝫ ad dauid i hebron cū viginti viris. Et fecit dauid abner ⁊ viris ei⁹ q venerāt cū eo cōuiuiū. Et dixit abner ad dauid Surgā vt cōgregē ad te dñm meū regē omnē israel. ⁊ ineam tecū fed⁹ ⁊ iperes oib⁹ sicut desi

derat aīa tua. Cū ergo deduxisset dauid abner
⁊ ille isset in pace. stati pueri dauid ⁊ ioab vene
runt cesis latronibus cum p̄da magna nimis.
Abner autē nō erat cū dauid in hebron. q2 iam
dimiserat eū: ⁊ ꝓfectus fuerat in pace. ⁊ ioab ⁊
oīs exercitus qui erant cuꝫ eo postea venerant.
Nūciatū est itaqꝫ ioab a narrantibꝰ. Venit ab
ner filius ner ad regē: ⁊ dimisit eū. ⁊ abijt in pa
ce. Et ingressus est ioab ad regeꝫ. ⁊ ait. Quid
fecisti. Ecce venit abner ad te. Quare dimisisti
eū. ⁊ abijt ⁊ recessit. Ignoras abner filiū ner
qm̄ ad hoc venit vt deciperet te. ⁊ sciret exitum
tuū ⁊ introitum tuum. ⁊ noscit omnia que agis.
Egressus itaqꝫ ioab a dauid misit nūcios post
abner. ⁊ reduxit eū a cisterna syra ignorante da
uid. Cūqꝫ redisset abner in hebron seorsum ad
duxit eū ioab ad medium porte vt loq̄ret̄ ei i do
lo: ⁊ ꝑcussit illum ibi in inguine ⁊ mortuus ē in
vltionem sanguinis asabel fratris eius ꝙ cum
audisset dauid rem iam gestam ait. Mundus
ego sum. ⁊ regnū meū apud deum vsqꝫ in sem/
piternū a sanguine abner filij ner. ⁊ veniat suꝑ
caput ioab ⁊ super oēm domum patris eiꝰ nec
deficiat de domo ioab fluxum seminis sustinēs
⁊ leprosus ⁊ tenens fusum: ⁊ cadens gladio ⁊ i
digens pane. Igit̄ ioab ⁊ abisai frater eius in/
terfecerunt abner. eo ꝙ occidisset asabel fratrem
eoꝝ in gabaon in prelio. Dixit auteꝫ dauid ⁊ io
ab. ⁊ ad oēm pplm̄ q̄ erat cum eo. Scidite ve/
stimenta vestra ⁊ accingimini saccis: ⁊ plangi/
te ante exeq̄as abner. Porro rex dauid seq̄bat̄
feretrū. Cūqꝫ sepelissent abner in hebron: leua
uit rex dauid vocem suam. ⁊ fleuit super tumu/
lum abner. Fleuit autem ⁊ oīs pplus. Plan/
gensqꝫ rex ⁊ lugens abner. ait. Neq̄q̄ꝫ vt mori
solent ignaui: mortuus es abner. Manus tue
ligate nō sunt. ⁊ pedes tui nō sunt ꝯpedibus ag
grauati: sed sicut solēt cadē coram filijs iniq̄ta
tis sic corruisti. Congemināsqꝫ oīs ꝑpls: fleuit
super eū. Cūqꝫ venisset vniuersa multitudo ci/
bū capere cū dauid clara adhuc die. iurauit da/
uid dicens. Hec faciat mihi deus. ⁊ hec addat
si ante occasum solis gustauero panem vl̄ aliud
quicq̄ꝫ. Oisqꝫ pplus audiuit: ⁊ placuerunt eis
cūcta que fecit rex in cōspectu oīs populi. Et co/
gnouit omne vulgus ⁊ vniuersus isrl̄ in die il/
la qm̄ nō actū fuisset a rege vt occideretur abner
filius ner. Dixit quoqꝫ rex ad seruos suos. Nū
ignoratis qm̄ ꝑnceps ⁊ maximus cecidit hodie
in isrl̄. Ego autē adhuc delicatus ⁊ vnctus rex.
Porro viri isti filij saruie duri mihi sunt. Re/
tribuat dn̄s facienti malū iuxta malitiam suam.

IIII

Audiuit aūt isboseth filius
saul ꝙ cecidisset abner i hebrō. ⁊ disso/
lute sūt manus eius: oisqꝫ israel pertur
batus est. Duo aūt viri ꝑncipes latronū erant
filio saul: nomen vni banaa: et nomen alteri re
chab filij rēmon berothite de filijs beniamin.
Siquidem ⁊ beroth reputata est in beniamin.
Et fugerūt berothite in gethaim: fuerūtqꝫ ibi
aduene vsqꝫ ad tempus illud. Erat aūt iona/
the filio saul filius debilis pedibus Quinquēnis
eni fuit qn̄ venit nūcius de saul ⁊ ionatha ex ie/
zrabel. Tollens itaqꝫ eū nutrix sua fugit Cūqꝫ
festinaret vt fugeret: cecidit. ⁊ claudus effecꝰ
est: habuitqꝫ vocabulū miphiboseth. Venien
tes igitur filij remmon berothite rechab ⁊ ba/
naa: egressi sunt feruente die domum isbo/
seth. Qui dormiebat super stratum suum meri
die. ⁊ ostiaria domus purgans triticum obdor
miuit. Ingressi sūt autem domū latenter assu/
mentes spicas tritici. ⁊ percusserūt eū in ingui
ne rechab et banaa frat̄ eiꝰ. ⁊ fugerūt. Cū aūt i
gressi fuissent domū. ille dormiebat suꝑ lectum
suū in conclaui. ⁊ percutientes interfecerūt eū.
Sublatoqꝫ capite eius abierūt per viam deser
ti tota nocte. ⁊ attulerūt caput isboseth ad dauid
in hebron. Dixeruntqꝫ ad regem. Ecce caput
isboseth filij saul inimici tui q̄ querebant animā
tuam. ⁊ dedit dn̄s dn̄o nostro regi vltionē ho/
die de saul ⁊ de semine eius. Respondens aūt
dauid rechab ⁊ banaa fratri eius filijs rēmon
berothite. dixit ad eos. Viuit dominus q̄ eru/
it animā meā de omni angustia: qm̄ eū q̄ annū
ciauerat mihi ⁊ dixerat mortuus est saul. q̄ pu/
tabat se ꝓspera nūciare. tenui ⁊ occidi eum in si
celech: cui oportebat me mercedem dare pro
nūcio. Quanto magis nūc cū hoīes impij in/
terfecerūt viꝝ innoxiū in domo sua super lectū
suū non queram sanguinē eius de manu vr̄a.
⁊ auferam vos de terra. Precepit itaqꝫ dauid
pueris suis. ⁊ interfecerūt eos. p̄cidētesqꝫ ma
nꝰ ⁊ pedes eoꝝ. suspēderūt eos suꝑ piscinaꝫ in
hebron. Caput aūt isboseth tulerūt ⁊ sepelierūt
in sepulchro abner in hebron.

V

Et venerūt vniuerse tribꝰ israel ad da/
uid in hebron dicentes. Ecce nos os
tuū ⁊ caro tua sumus. Sed ⁊ heri ⁊ nu
diustertius cuꝫ esset rex saul super nos: tu eras
educens ⁊ reducens israel. Dixit aūt dominus
ad te. Tu pasces pplm̄ meū isrl̄. ⁊ tu eris dux
super israel. Venerūt qꝫ ⁊ seniores israel ad re
gē in hebron: ⁊ ꝑcussit cū eis rex dauid fedꝰ in
hebron corā dn̄o: vnxerūtqꝫ dauid in regē suꝑ

israel. Filius triginta annoꝝ erat dauid cū re/
gnare cepisset. ⁊ quadraginta annis regnauit.
In hebron regnauit sup iudā septem annis ⁊
sex mensibꝰ. in irlm aūt regnauit trigintatribꝰ
annis sup oēm israel ⁊ iudā. Et abijt rex ⁊ oēs
viri q erant cū eo in irlm ad iebuseū habitato/
rē terre. Dictūqꝫ ē dauid ab eis. Nō ingredie/
ris huc nisi abstuleris cecos ⁊ claudos. dicen/
tes. Nō ingredieť dauid huc. Cepit autē dauid
arcē syon. hec est ciuitas dauid. Proposuerat
eni dauid i die illa p̄miū q pcussisset iebuseū et
tetigisset domatū fistulas. ⁊ abstulisset cecos et
claudos odiētes aiam dauid. Iccirco dicitur i
pūerbio. Cecꝰ ⁊ claudus nō intrabūt in tēplū
Habitauit aūt dauid in arce syon ⁊ vocauit eā
ciuitatē dauid. ⁊ edificauit p gyꝝ a mello ⁊ in/
trinsecus. Et ingrediebať pficiēs atqꝫ succres
cens ⁊ dn̄s deus exercituū erat cū eo. Misit qꝫ
hirā rex tyri nūcios ad dauid ⁊ ligna cedrina ⁊
artifices lignoꝝ: artificesqꝫ lapidū ad parietes
⁊ edificauerūt domum dauid. Et cognouit da
uid qm̄ confirmasset eū dominus regē sup isra
el. ⁊ quoniā exaltasset regnū eius sup populū
suū israel. Accepit ḡ dauid ad hec cōcubinas ⁊
vxores de irlm postq̄z venerat de hebron. Na
tiqꝫ sūt dauid ⁊ alij filij ⁊ filie. ⁊ hec noīa eoꝝ q
nati sūt ei in irlm. Samua ⁊ sobab ⁊ nathā ⁊ sa
lomon ⁊ iabaar ⁊ helisua ⁊ nepheg. ⁊ iaphia et
helisama ⁊ helida ⁊ helifeleth. Audierunt ergo
philistijm q vnxissent dauid in regē sup israel
⁊ ascenderūt vniuersi vt quererēt dauid. Qd̄
cū audisset dauid. descendit in presidiū. Phili
stijm aūt venientes diffusi sūt in valle raphai.
Et consuluit dauid dn̄m dicens. Si ascendam
ad philistijm. ⁊ si dabis eos in manu mea. Et
dixit dn̄s ad dauid. Ascende: qꝛ tradens dabo
philistijm in manu tua. Uenit ergo dauid i ba
alpharasim. ⁊ percussit eos ibi. ⁊ dixit. Diuisit
dominus inimicos meos coram me. sicut diui
dunť aque. Propterea vocatū ē nomen loci il
lius baalpharasim. Et reliquerūt ibi sculptilia
sua que tulit dauid ⁊ viri eiꝰ. Et addiderūt ad/
huc philistijm vt ascenderēt. ⁊ diffusi sūt in val
le raphaim. Consuluit autem dauid dominuz.
ascēdā ꝯ philisteos. ⁊ tradas eos i manꝰ meas
Qui rn̄dit. Nō ascēdas ꝯ eos. ſꝫ gyra post ter
gū eoꝝ. ⁊ venies ad eos ex aduerso piroꝝ. Et
cū audieris sonitū gradiētis i cacumine piroꝝ
tūc inibis pliū: qꝛ tūc egredieť dn̄s ante faciē tu
am vt pcutiat castra philistijm. Fecit ita qꝫ da/
uid sicut p̄ceperat ei dn̄s. ⁊ pcussit philistijm d̄
gabaa vsqꝫ dū venias gezer. VI

Congregauit āt rursum dauid omnes
electos ex israel triginta milia. Surre/
xitqꝫ dauid ⁊ abijt et vniuersus popu
lus q erat cū eo de viris iuda vt adducerent ar
cham dei. super quam inuocatū est nomen dn̄i
exercituū sedentis in cherubin super eam. Et i
posuerūt archam dei super plaustrꝝ nouū. Tu
lerūtqꝫ eā de domo aminadab q erat in gabaa
Oça āt et haio filij aminadab minabant plau/
strꝝ nouum. Cūqꝫ tulissent eam de domo ami/
nadab q erat in gabaa custodiens archam dei:
haio p̄cedebat archā dei: dauid aūt et oīs israel
ludebant corā domino in oībꝰ lignis fabrefacť
et citharis et liris et tympanis et sistris et cym
balis. Postq̄z āt venerūt ad aream nachor ex
tendit oça manū ad archam dei. et tenuit eam:
qm̄ calcitrabant boues. et declinauerunt eam.
Iratusqꝫ est indignatiōe dn̄s ꝯtra oçā. et per/
cussit eū sup temeritate: q mortuus est ibi iuxta
archā dn̄i. Contristatus est āt dauid. eo q per
cussisset dn̄s oçam. et vocatū est nomen loci illi
us pcussio oçe vsqꝫ in diē hāc. Et extimuit da/
uid dn̄m in die illa dicens. Quō ingredieť ad
me archa dn̄i. Et noluit diuertere ad se archaz
dn̄i i ciuitatē dauid. sed diuertit eā i domū obe
dedom gethei. Et habitauit archa dn̄i i domo
obededom gethei tribꝰ mensibꝰ ⁊ benedixit do
minꝰ obededom. et oēm domū eius. Nuncia
tumqꝫ ē regi dauid q benedixisset dn̄s obede
dom. et oīa eiꝰ. ppter archā dn̄i. Dixitqꝫ dauid
Ibo. et reducā archā cuz benedictiōe i domuz
meā. Abijt ḡ dauid. et adduxit archā dei d̄ do
mo obededom i ciuitatē dauid cum gaudio. et
erant cū dauid septem chori. et victima vituli.
Cūqꝫ trāscēdissent qui portabant archā domi/
ni sex passus. imolabant bouē et ouē et arietē.
et dauid pcutiebat in organis armigatis. et sal
tabat totis viribꝰ ante dn̄m. Porro dauid erat
accinctus ephot lineo. et dauid et omnis domꝰ
israel ducebant archam testamenti domini i iu
bilo ⁊ in clāgore buccine. Cūqꝫ intrasset archa
domini in ciuitatem dauid. michol filia saul ꝓ/
spiciens per fenestram: vidit regem dauid sub
silientem atqꝫ saltantē corā domino. ⁊ despexit
eū in corde suo. Et introduxerūt archā domini
⁊ iposuerūt eā in loco suo in medio tabernacu/
li qd̄ tetenderat ei dauid. ⁊ obtulit dauid holo/
causta corā dn̄o ⁊ pacifica. Cūqꝫ cōplesset offe/
rens holocausta ⁊ pacifica: benedixit populo i
noīe dn̄i exercituum. Et partitus est vniuerse
multitudini israel. tā viro q̄z mulieri singulis
collyridam panis vnam. ⁊ assaturā bubale car

nis vnam. et similã frixã oleo. Et abijt omnis populus vnusquisque in domũ suã. Reversusque ẽ dauid vt benediceret domui sue. et egressa michol filia saul in occursum dauid. ait. Quã gloriosus fuit hodie rex israel discoopiẽs se ãte ancillas suorum suorum. et nudatus ẽ quasi si nudetur vnus de scurris. Dixitque dauid ad michol. Viuit dominus quia ludã ãte dominũ qui elegit me potius quam patrẽ tuũ et quam oẽm domũ eius. et precepit mihi vt eẽs dux super ppl'm dñi in israel. Et ludã et vilior fiã plusquam factus sũ. et ero humilis in oculis meis. et cum ancillis de quibus locuta es gloriosior apparebo. Igitur michol filie saul non est natus filius vsque in diem mortis sue. VII

Factũ est aũt cũ sedisset rex in domo sua. et dñs dedisset ei requiẽ vndique ab vniuersis inimicis suis: dixit ad nathan prophetã. Vides neque quod ego habitem in domo cedrina. et archa dei posita sit in medio pelliũ. Dixitque nathan ad regem. Omne quod est in corde tuo. Vade fac: quia dominus tecũ est. Factũ est aũt in illa nocte. et ecce sermo domini ad nathan dicẽs. Vade et loquere ad seruũ meũ dauid. Hec dicit dominus. Nũquid tu edificabis mihi domũ ad habitandũ. Neque eni habitaui i domo ex die illa qua eduxi israel de terra egypti vsque in diẽ hanc sed ambulabã in tabernaculo et in tẽtorio per cuncta loca que trãsiui cũ oibus filijs israel. Nunquid loquẽs locutus sũ ad vnã de tribubus israel cui precepi vt pasceret pplm meũ israel. dicẽs. quare nõ edificasti mihi domũ cedrinã. Et nũc hec dices seruo meo dauid. Hec dicit dñs exercituũ. Ego tuli te de pascuis sequentem greges vt esses dux super populũ meũ israel. et fui tecum in omnibus vbicunque ambulasti: et interfeci vniuersos inimicos tuos a facie tua: fecique tibi nomẽ grande iuxta nomen magnorum qui sunt in terra. Et ponam locũ pplo meo israel. et plantabo eũ. et habitabo cũ eo. et nõ turbabitur amplius. nec addet filij iniquitatis vt affligant cum sicut prius. ex die qua cõstitui iudices super ppl'm meũ israel. Et requiẽ dabo tibi ab oibus inimicis tuis: predicitque tibi dñs quod domũ faciat tibi dñs. Cũque cõpleti fuerint dies tui et dormieris cũ patribus tuis. suscitabo semen tuum post te quod egredietur de vtero tuo et firmabo regnũ eius. Ipse edificabit domũ nomini meo. et stabiliam thronũ regni eius vsque i sempiternum. Ego ero in patrem. et ipse erit mihi in filium. Qui si inique aliquid gesserit arguam eũ in virga virorum. et in plagis filiorum hominum. Misericordiam aũt meã nõ auferam ab eo: sicut abstuli a saul quem amoui a facie mea. Et fidelis erit domus tua. et regnũ tuũ vsque in eternũ ante faciẽ meã. et thronus tuus erit firmus iugiter. Secũdũ oia verba hec. et iuxta vniuersam visionẽ istam: sic locutus est nathan ad dauid. Ingressus ẽ aũt rex dauid et sedit corã dño. et dixit. Quis ego sũ dñe deus et que domus mea: quia adduxisti me huc usque. Sed et hoc parum visũ ẽ i conspectu tuo dñe deus: nisi loqueris etiã de domo serui tui in longinquũ. Ista est enim lex adam domine deus. Quid ergo addere poterit ad hec dauid vt loquatur ad te. Tu eni scis seruũ tuũ domine deus. Propter verbũ tuũ et secundum cor tuũ fecisti oia magnalia hec. ita vt notũ faceres seruo tuo Iccirco magnificatus es dñe deus. quia nõ est similis tui. neque ẽ deus extra te in oibus que audiuimus auribus nostris. Que ẽ aũt vt ppls tuus isrl' gẽs in terra propter quã iuit deus vt redimeret eã sibi i pplm et poneret sibi nomẽ. faceretque eis magnalia et horribilia super terrã a facie ppli tui quẽ redemisti tibi ex egypto. gentẽ et deũ eius. Firmasti eni tibi ppl'm tuũ israel in ppl'm sempiternũ. et tu dñe deus factus es eis i deũ. Nũc ergo dñe deus verbũ quod locutus es super seruũ tuũ et super domũ eius suscita in sempiternũ. et fac sicut locutus es vt magnificetur nomẽ tuũ vsque in sempiternũ. atque dicatur. Dñs deus exercituũ deus super isrl'. Et domus serui tui dauid erit stabilita corã dño: quia tu domine exercituũ deus israel reuelasti auriculam serui tui. dicens: domũ edificabo tibi. propterea inuenit seruus tuus cor suũ vt oraret te oratione hac. Nunc ergo dñe deus tu es deus. et verba tua erũt vera. Locutus es enim ad seruũ tuũ bona hec. Incipe ergo et benedic domui serui tui vt sit in sempiternũ corã te: quia tu dñe deus locutus es hec. et benedictiõe tua benedicetur domus serui tui in sempiternũ. VIII

Factũ est aũt. post hec percussit dauid philistijm. et humiliauit eos. et tulit dauid frenũ tributi de manu philistijm. et percussit moab. et mensus ẽ eos funiculo coequãs terre. Mensus est aũt duos funiculos: vnũ ad occidendũ et vnũ ad viuificandũ. Factusque est moab dauid seruiens sub tributo. et percussit dauid adadezer filiũ roob regem soba: quãdo profectus est vt dominaretur super flumẽ eufratẽ et caputis dauid ex parte eius mille septingentis equitibus. et viginti milibus peditum subneruauit oẽs iugales curruum. Dereliquit aũtẽ ex eis centum currus. Venit quoque syria damasci vt presidium ferret adadezer regi soba. et percussit dauid de syria vigintiduo milia virorum. et posuit dauid presidium i syria damasci. Factaque

est syria dauid seruiens sub tributo. Seruauit
q3 domin⁹ dauid i oib⁹ ad q̄cūq3 ꝓfect⁹ ē. Et
tulit dauid arma aurea q̄ habebant serui adadeçer.
ꝛ detulit ea i ir̄lm. Et de bethe ꝛ ď beroth.
ciuitatibus adadeçer tulit rex dauid es multuz
nimis. de quo fecit salomon omnia vasa erea.
in templo. ꝛ mare eneum ꝛ columnas et altare
Audiuit autem thou rex emath q̄ percussisset
dauid omne robur adadeçer. Et misit thou io
ram filium suū ad regem dauid vt salutaret euz
congratulās. ꝛ gratias ageret. eo q̄ expugnas
set adadeçer et percussisset eum. Hostis quip/
pe erat thou adadeçer. Et in manu eius erant
vasa aurea et vasa argentea et vasa erea que et
ipa sanctificauit rex dauid domino cum argen
to et auro que sanctificauerat de vniuersis gen
tibus quas subegerat de syria et moab et filijs
ammon ꝛ philistijm ꝛ amalech. ꝛ de manubijs
adadeçer filij roob regis soba. Fecit quoq3 si/
bi dauid nomen cum reuerteretur capta syria
in valle salinaꝝ cesis decem ꝛ octo milibus. et
in gebelem ad vigintitria milia. ꝛ posuit i idu/
mea custodes. statuitq3 p̄sidiū. Et facta est vni
uersa idumea seruiens dauid. ꝛ seruauit domi
nus dauid in oibus ad q̄cūq3 ꝓfectus ē. Et re
gnauit dauid super omnē israel. faciebat q3 da
uid iudiciū ꝛ iusticiam oi pp̄lo suo. Joab āt fili
us saruie erat sup exercitū. Porro iosaphat fi/
lius achilud erat a cōmentarijs. et sadoch fili⁹
achitob. ꝛ achimelech filius abiathar erant sa/
cerdotes. et saraias scriba: banaias autē filius
ioiade super celethi et felethi. Filij aūt dauid sa
cerdotes erant.

IX

Et dixit dauid. Putas ne est aliqs q
remanserit de domo saul vt faciā cū eo
misericordiā ꝓpter ionathan. Erat au
tē de domo saul seru⁹ noīe siba. Que cū vocasset
rex ad se. dixit ei. Tu ne es siba. Et ille respon
dit. Ego sū seru⁹ tu⁹: et ait rex. Nūqd superest
aliquis de domo saul vt faciam cū eo misericor
diam dei. Dixitq3 siba regi. Superest fili⁹ io/
nathe debilis pedibus. Ubi inqt est. ꝛ siba ad
regem. ecce ait in domo est machir filij amihel
in lodabar. Misit ergo rex dauid. et tulit eum
de domo machir filij amihel de lodabar. Cum
aūt venisset miphiboseth filius ionathe filij sa/
ul ad dauid: corruit in faciem suam. et adorauit
Dixitq3 dauid. Miphiboseth. Qui respōdit.
Adsū seruus tuus. et ait ei dauid. Ne timeas.
q2 faciēs faciam i te miam ꝓp̄ ionathan p̄rē3
tuū et restituam tibi oēs agros saul p̄ris tui. et
tu comedes panē in mēsa mea semp. Qui ado
rans eū dixit. Quis ego sum seruus tuus. q̄m
respexisti sup canē mortuū similē mei. Voca/
uit itaq3 rex sibā puer saul. et dixit ei. O ia q̄
cūq3 fuerūt saul et vniuersam domū ei⁹ dedi fi/
lio dn̄i tui. O pare igit̄ ei terram tu et filij tui ꝛ
serui tui. et iferes filio dn̄i tui cibos vt alat̄. Mi
phiboseth aūt fili⁹ dn̄i tui comedet sp panē sup
mēsam meaz. erant aūt sibe qndeci filij et vigi
ti serui. Dixitq3 siba ad regē. Sic iussisti domi/
ne mi rex seruo tuo. sic faciet seru⁹ tu⁹. et miphibo/
seth comedet sup mēsam meam q̄si vn⁹ de fi/
lijs regis. Habebat aūt miphiboseth filiū par
uulū noīe micho. O is vo cognatio domus si
be seruiebat miphiboseth. Porro miphiboseth
habitabat i ir̄lm: q2 de mēsa regis iugit̄ vesce/
bat̄. et erat claud⁹ vtroq3 pede.

X

Factū ē aūt post hec vt moreret̄ rex fili
orum ammon. et regnauit anon filius
eius ꝓ eo. Dixit dauid. Faciam mise
ricordiam cū anon filio naas. sicut fecit p̄r ei⁹
mecū miam. Misit ergo dauid consolans eū ꝑ
seruos suos super patris interitu. Cū autē ve
nissent serui dauid in terrā filioꝝ āmon. dixe/
rūt p̄ncipes filioꝝ āmon ad anon dominū suū.
Putas q̄ ꝓpter honorē patris tui miserit da/
uid ad te cōsolatores. ꝛ nō ideo vt inuestigaret
ꝛ exploraret ciuitatē. ꝛ euerteret eā. misit dauid
seruos suos ad te. Tulit itaq3 anon seruos da
uid: rasitq3 dimidiam partem barbe eoꝝ. ꝛ p̄/
cidit vestes eoꝝ medias vsq3 ad nates. ꝛ dimi
sit eos. Q̄d cū nūciatū esset dauid: misit i occur
sū eoꝝ. Erant eni viri cōfusi turpit̄ valde. Et
mandauit eis dauid. Manete in hiericho do/
nec crescat barba vr̄a. ꝛ tunc reuertimini. Vi
dentes aūt filij āmon q̄ iniuriā fecissent dauid:
miserūt ꝛ conduxerūt mercede syrū roob. ꝛ sy/
rū soba viginti milia peditū3. ꝛ a rege maacha
mille viros: ꝛ ab histob decem milia viroꝝ. Cum
Quod cum audisset dauid. misit ioab ꝛ omnē
exercitū bellatoꝝ. Egressi sūt ergo filij āmon ꝛ
dixerūt aciem ante ip̄m introitū porte. Syr⁹ au
tem soba ꝛ roob ꝛ histob ꝛ maacha seorsū erant
in campo. Videns ergo ioab q̄ p̄paratū esset
aduersū se preliū. ꝛ ex aduerso ꝛ post tergū. ele
git sibi ex omnib⁹ electis israel: ꝛ instruxit aciē
contra syrū: reliquā aūt p̄tē populi tradidit abi
sai fratri suo. Qui direxit aciē contra filios am
mon. Et ait ioab. Si p̄ualuerit aduersū me sy
ri. eris mihi in adiutoriū: si aūt filij āmon p̄ua/
luerint aduersū te. auxiliabor tibi. Esto vir for
tis. ꝛ pugnem⁹ ꝓ populo nostro ꝛ ciuitate dei
nostri. Dn̄s aūt faciet qd̄ bonum ē in cōspectu

suo. Inijt itaq3 ioab ⁊ populus q erat cū eo cer tamen ꝯ̄ syrios. q statim fugerūt a facie ei⁹. Filij autē āmon videntes q2 fugissent syri fugerūt ⁊ ipsi a facie abisai. ⁊ ingressi sunt ciuitate3. Reuersusq3 est ioab a filijs āmon. ⁊ venit hierusalem. Videntes igitᷣ syri. qm̄ corruissent cora3 israel. congregati sunt pariter. Misitq3 adadeçer ⁊ eduxit syros qui erant transfluuium ⁊ adduxit eorum exercitum. Sobach autē magister militie adadeçer erat princeps eoru3. Quod cū nunciatum esset dauid. contraxit oēm israhele3 ⁊ transiuit iordanem. venitq3 in helema. Et dixerūt aciē syrie ex aduerso dauid. et pugnauerūt ꝯtra israel. Fugerūtq3 syri a facie isrl'. ⁊ occidit dauid de syris septingentos currus: ⁊ quadraginta milia eqtum. ⁊ sobach principem militie percussit q statim mortu⁹ est. Videntes aūt vniuersi reges q erant in ꝓ̄sidio adadeçer se victos esse ab israel. expauerunt et fugerunt qnq̄ginta et octo milia coram israel. Et fecerūt pacē cum israel: et seruierūt eis. timuerūtq3 syri auxilium prebere filijs āmon. XI

Factū ē aūt vertēte āno eo tpe quo solēt reges ad bella ꝓcedere. misit dauid ioab ⁊ seruos suos cum eo ⁊ vniuersu3 israel. ⁊ vastauerūt filios āmon ⁊ obsederūt rabba. Dauid autem remāsit in irl'm. Dū hec agerentᷣ accidit q̄dam die vt surgeret dauid de stratu suo post meridiem: ⁊ deambularet in solario domus regie: viditq3 mulierē se lauante3 ex aduerso super solarium suu3. Erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo rex ⁊ requiuit q̄ esset mulier. Nūciatūq3 est ei q2 ipa esset bersabee filia heliam vxor vrie ethei. Missis itaq3 dauid nuncijs tulit eā. Que cū ingressa esset ad illum dormiuit cu3 ea. Statiq3 scificata est ab imunditia sua ⁊ reuersa est domu3 suam concepto fetu. Mittensq3 nunciauit dauid. ⁊ ait. Cōcepi. Misit autē dauid ad ioab dicens. Mitte ad me vriam etheu3. Misitq3 ioab vriā ad dauid. Et venit vrias ad dauid. Quesiuitq3 dauid q̄3 recte ageret ioab ⁊ populus: ⁊ quomodo āministraretᷣ bellum. Et dixit dauid ad vria3. Vade i domū tuam ⁊ laua pedes tuos: Et egressus ē vrias de domo regis: secutusq3 est eū cib⁹ regius. Dormiuit aūt vrias añ portā domus regie cu3 alijs fuis dñi sui. ⁊ nō descēdit ad domū suam. Nūciatūq3 est dauid a dicētibus. Nō iuit vrias in domū suam. Et ait dauid ad vriam. Nunqd nō de via venisti Quare nō descendisti in domū tuam. Et ait vrias ad dauid. Archa dei ⁊ israel ⁊ iuda habitant in papilionibus: ⁊ domin⁹ meus ioab ⁊ serui dñi mei sup faciem terre manent. ⁊ ego ingrediar domū meā vt comedā ⁊ bibā ⁊ dormiā cū vxore mea. Per salutē tuā ⁊ p salutē aie tue nō faciā rē hāc. Ait g dauid ad vriā. Mane hic etiā hodie. ⁊ cras dimitta3 te. Mansit vrias i irl'm i die illa ⁊ altera ⁊ vocauit eū dauid vt comederet corā se ⁊ biberet. ⁊ inebriauit eū. Qui egressus vespe dormiuit i stratu suo cum seruis dñi sui. ⁊ i domū suā non descēdit. Factū ē g mane. ⁊ scripsit dauid epl'am ad ioab. misitq3 p manū vrie. scribēs in epl'a. Ponite vriā ex aduerso belli vbi fortissimū ē ꝓliū. ⁊ derelīqte eū vt pcuss' s intereat. Igitᷣ cū ioab obsideret vrbē posuit vriā i loco vbi sciebat viros eē fortissimos: egressiq3 viri de ciuitate bellabāt aduersū ioab. ⁊ ceciderūt de pplo seruoꝝ dauid ⁊ mortu⁹ ē etiā vrias ethe⁹. Misit itaq3 ioab ⁊ nūciauit dauid oia v̄ba ꝓlij: ꝑcepitq3 nūcio dicēs. Cū cōpleueris vniuersos sermones belli ad regē. si cū videris indignari. ⁊ dixerit quare accessistis ad muꝝ vt ꝓliaremini: an ignorabatis q2 multa desup ex muro tela mittantᷣ: qs pcussit abimelech filiū hierobo al nōne mulier misit super eū fragmen mole d̄ muro. ⁊ interfecit eū in thebes. quare iuxta murū accessistis. dices. Etiam seruus tuus vrias ethe⁹ occubuit. Abijt g nūcius. ⁊ venit ⁊ narrauit dauid oia que ei p̄cepat ioab. ⁊ dixit nūcius ad dauid. Preualuerūt aduersū nos viri. ⁊ egressi sūt ad nos in agrū. Nos aūt facto ipetu psecuti eos sumus vsq3 ad porta3 ciuitatis ⁊ direxerūt iacula sagitarij ad seruos tuos ex muro desuper: mortuiq3 sūt de seruis reg'. Quin etiā seruus tuus vrias ethe⁹ mortuus ē. Et dixit dauid ad nūciū. Hec dices ioab. Nō te frāgat ista res. Varius enim euentus est belli et nūc hūc ⁊ nūc illum consumit gladius. Cōforta bellatores tuos aduersus vrbem vt destruas eam. ⁊ exhortare eos. Audiuit aūt vxor vrie q2 mortuus esset vrias vir suus. ⁊ planxit eum. Transactoq3 luctu misit dauid ⁊ introduxit eā in domū suam. ⁊ facta ē ei vxor: peperitq3 ei filiū. Et displicuit verbū hoc qd̄ fecerat dauid coram domino. XII

Misit ergo dñs nathā ad dauid. Qui cū venisset ad eū. dixit ei. Responde mihi iudicium. Duo viri erāt i ciuitate vna vn⁹ diues ⁊ alt̄ pauper. Diues habebat oues ⁊ boues plurimos valde. pauper autem nihil habebat omnino preter ouem vnam paruula3 quam emerat ⁊ nutrierat: ⁊ que creuerat apud eū cū filijs eius. simul de pane illi⁹ comedens ⁊

de calice eius bibens. τ in sinu illius dormiens
eratq3 illi sicut filia. Cū aūt peregrinus quedā
venisset ad diuite3: parcēs ille sumere d' ouib⁹
τ de bob⁹ suis vt exhiberet cōuiuiū pegrino illi
q venerat ad se. tulit ouē viri pauperis τ p̄pa/
rauit cibos hoi q venerat ad se. Iratus aūt idi
gnatiōe dauid aduersus hominē illū nimis. di
xit ad nathā. Viuit dn̄s. q: filius mortis ē vir
q fecit hoc. Ouē reddet in quadruplū: eo q fe/
cerit verbū istud τ nō pepcerit. Dixit autē na/
than ad dauid. Tu es ille vir q fecisti hanc rem
Hec dicit dn̄s deus israel. Ego vnxi te i regē
super israel: τ ego erui te de manu saul. τ dedi
tibi domū domini tui. τ vxores dn̄i tui in sinu
tuo. dediq3 tibi domū israel τ iuda. τ si pua sūt
ista adijciam tibi multo maiora. Quare g̃ con/
tēpsisti verbu3 dn̄i vt faceres malū in cōspectu
meo. Vriam etheum percussisti gladio: τ vxo
rē illius accepisti in vxorē: τ interfecisti eū gla
dio filioꝝ āmon. Quāobrē non recedet gladi⁹
de domo tua vsq3 in sempiternū: eo q despere
ris me. τ tuleris vxorē vrie ethei vt esset vxor
tua. Itaq3 hec dicit dn̄s. Ecce ego suscitabo su
per te malū de domo tua. τ tollā vxores tuas i
oculis tuis τ dabo p̄ximo tuo. τ dormiet cum
vxoribus tuis in oculis solis huius. Tu eni fe
cisti abscondite. ego aūt faciā verbū istud in cō
spectu ois israel. τ in cōspectu solis hui⁹. Et di
xit dauid ad nathā. Peccaui dn̄o. Dixitq3 na
than ad dauid. Dn̄s q3 transtulit peccatū tuu3
Non morieris. Verūtn̄ qm̄ blasphemare feci
sti inimicos nomen dn̄i, p̄pter verbū hoc. fili⁹
qui natus ē tibi morte morief. Et reuersus est
nathan in domū suā. Percussitq3 dn̄s paruu/
pactū meum ⁊ ꝓcepta mea que mādaui tibi: di
rupens ſcindā regnum tuū: et dabo illud ſeruo
tuo. verūtamē ī diebꝰ tuis non faciā ꝓpter dauid
patrē tuū. De manu filij tui ſcindam illud: nec
totum regnū auferam ſed tribū vnā dabo filio
tuo ꝓpter dauid ſeruum meū ⁊ irl̃m quā elegi
Suſcitauit aūt dñs aduerſarium ſalomōi adad
idumeū de ſemine regio q erat in edom Cū. n.
eēt dauid in idumea ⁊ aſcendiſſet ioab pnceps
militie ad ſepeliendū eos q fuerāt interfecti. et
occidiſſet oē maſculinum in idumea: ſex eni mē
ſibus ibi moratꝰ ioab et oīs iſrl̃ donec interime
ret oē maſculinum in idumea: fugit adad ipſe ⁊
viri idumei de ſuis pr̃is eiꝰ cū eo vt īgrederet̃
egyptū. Erat aūt adad puer paruulus. Cūqꝫ ſur
rexiſſent de madian venerūt in pharā. Tule/
runtqꝫ ſecū viros de pharā. ⁊ introierunt egy
ptū ad pharaonē regē egypti. Qui dedit ei do
mū. ⁊ cibos cōſtituit ⁊ terrā delegauit. Et inue/
nit adad grām corā pharaone valde intantum

vt daret ei vxorē sororē vxoris sue germanā taf
nes regine. Genuitq; ei soror tafnes genebath
filiū. ⁊ nutriuit eum tafnes i domo pharaonis.
Eratq; genebath habitās apd' pharaonē. cū; fi
lijs ei⁹. Cūq; audisset addad i egypto dormisse
dauid cū prībus suis. ⁊ mortuū esse ioab princi
pē militie dixit pharaoni. Dimitte vt vadā; in
terrā meā;. Dixitq; ei pharao. Qua. n. re apd'
me indiges vt queras ire ad terram tuam. At
ille rn̄dit. Nulla. S; obsecro te vt dimittas me.
Suscitauit quoq; ei deus aduersariū raçon fili
um heliadam q fugerat adadeçer regē saba dn̄;
suum: ⁊ ꝯgregauit ꝯ eū viros: ⁊ factus est prin
ceps latronū cū iterficeret eos dauid abierūtq;
damascū ⁊ habitauerunt ibi: ⁊ cōstituerunt cū;
regē in damasco. eratq; aduersarius isrl' cūctis
diebus salomōis. Et hoc est malū addad ⁊ odi
um ꝯ israel: regnauitq; in syria. Hieroboā q̊;
fili⁹ nabat eufrateus de sareda ſuus salomonis
cui⁹ mater erat noie Serua mulier vidua: leua
uit manū ꝯ regē. Et hec est cā rebelliōis aduer
sus eū: q2 salomō edificauit mello: ⁊ coequit vo
raginē ciuitat' dauid pr̄is sui. Erat āt hierobo
am vir fortis ⁊ potēs. Vidēsq; salomon adole
scentē bone idolis ⁊ idustriū ꝯstituerat eū prefe
ctū sup tributa vniuerse domus ioseph. Factu;
est igit̄ i tpe illo vt hieroboā egrederet̄ de ir'l'm.
⁊ iueniret eū ahias sylonites ꝓpha in via opt⁹
pallio nouo. Erāt aūt duo tm̄ in agro. Apph̄ē
densq; ahias palliū suū nouū quo cooptus erat
scidit i duodeci; ptes: ⁊ ait ad hieroboam. Tol
le tibi decē scissuras. Hec. n. dicit dn̄s de⁹ isrl'.
Ego scindā regnū de manu salomōis ⁊ dabo ti
bi decē tribus. Porro vna tribus remanebit ei
ꝓpter ſuū meū dauid: ⁊ ir'l'm ciuitatē quam ele
gi ex oībus tribubus israel: eo ꝙ dereliqrit me
⁊ adorauerit astharthen deā sidonioꝝ ⁊ chamos
deū moab: ⁊ moloch deū filioꝝ amon. ⁊ nō am
bulauerit in vijs meis vt faceret iusticiam corā
me ⁊ p̄cepta mea ⁊ iudicia sicut dauid pater ei⁹
nec auferam omne regnum de manu eius sed
ducem ponā; eū cunctis diebus vite sue ꝓpter
dauid ſuū meū quē elegi. q custodiuit mandata
mea ⁊ p̄cepta mea. Auferā aūt regnum de ma
nu filij eius ⁊ dabo tibi decē tribus: filio aūt eius
dabo tribū vnā vt remaneat lucerna dauid ſuo
meo cūctis dieb⁹ corā me i hierusalē ciuitate quā
elegi vt esset nomen meū ibi: te autem assumam
⁊ regnabis super oia q̄ desiderat aia tua. eris q;
rex super israel. Si igit̄ audieris oia q̄ p̄cepo ti
bi ⁊ ābulaueris i vijs meis: ⁊ feceris qd' rectū ē
coram me custodiens mandata mea ⁊ precepta
mea. sicut fecit dauid ſuus me⁹ ero tecū: ⁊ edifi
cabo tibi domū fidelem quō edificaui dauid do
mū. ⁊ tradā tibi israel. ⁊ affligā semē dauid sup
h. verūtn̄ nō cūctis diebus. Voluit g̊ salomō i
terficer̄ hieroboā. Qui surrexit ⁊ aufugit i egy
ptū ad sesac regē egypti. ⁊ fuit in egypto vsq;
ad mortē salamōis. Reliquū āt vboꝝ salomo
nis ⁊ oia q̄ fecit ⁊ sapiētia ei⁹: ecce vniuersa scri
pta sūt in libro. vboꝝ d ecꝝ salomōis. Dies āt
quos regnauit salomō in ir'l'm sup oēm israel.
quadraginta anni sūt. Dormiuitq; salomō cū;
patribus suis. ⁊ sepultus ē in ciuitate dauid pa
tris sui. regn̄uitq; roboā fili⁹ eius ꝓ eo. XII

Enit aūt roboā in sichē. Illuc eni con
gregatus erat ois ppl's israel ad ꝯsti
tuendū eū regē. At vero hieroboā fili
us nabath cū adhuc eēt in egypto ꝓfug⁹ a facie
salomonis regis. audita morte eius reuersus ē
de egypto. Miserūtq; ⁊ vocauerūt eū. Venit
g̊ hieroboā ⁊ ois multitudo israel. ⁊ locuti sunt
ad roboā dicentes. Pat̄ tuus durissimū iugū
imposuit nobis. tu itaq; nūc iminue paululū d'
impio pr̄is tui durissimo ⁊ de iugo grauissimo
qd' imposuit nobis ⁊ seruiem⁹ tibi. Qui ait eis
Ite vsq; ad tertium diem ⁊ reuertimini ad me
Cūq; abisset ppl's: iniit cōsiliū rex roboā cū se
nioribus q assistebāt coram salomōe pr̄e ei⁹ cū;
adhuc viueret. ⁊ ait eis. Qd' datis cōsiliū vt rn̄
deā ppl'o. Qui dixerūt ei. Si hodie obedieris
ppl'o huic ⁊ seruieris. ⁊ petitiōi coꝝ cesseris. lo
cutusq; fueris ad eos vba lenia. erūt tibi serui
cūctis dieb⁹. Qui dereliqt cōsiliū senū qd' dede
rāt ei. ⁊ adhibuit adolescētes q nutriti fuerāt cū
eo. ⁊ assistebāt illi. dixitq; ad eos. Qd' mihi da
tis cōsiliū vt rn̄deā populo huic: q dixerūt mihi
leuius fac iugū qd' iposuit pr̄ tuus super nos.
Et dixerūt ei iuuenes qui nutriti fuerant cū eo
Sic loq̄re populo huic q locuti sūt ad te dicētes
Pat̄ tu⁹ aggrauauit iugū nr̄m. tu releua nos.
Sic loq̄ris ad eos. Minim⁹ digit⁹ me⁹ grossi
or ē dorso pr̄is mei. Et nunc pr̄ me⁹ posuit sup
vos iugū graue. ego aūt addam sup iugū vr̄m
Pat̄ me⁹ cecidit vos flagellis: ego aūt cedam
vos scorpionibus. Venit g̊ hieroboā ⁊ ois po
pulus ad roboā die tertia sicut locut⁹ fuerat rex
dicēs. reuertmini ad me die tertia. Rn̄ditq; rex
ppl'o dura. derel cto ꝯsilio senioꝝ qd' ei dederāt
⁊ locutus ē eis ſm ꝯsiliū iuuenū dicēs. Pater
me⁹ aggrauauit iugū vr̄m ego aūt addā iugo vr̄o
Pat̄ me⁹ cecidit vos flagellis. ego autē cedam
vos scorpionibus. Et nō acqeuit rex ppl'o. qm̄
auersatus fuerat eū dn̄s vt suscitaret vbū suū

qd' locutus fuerat in manu ahie sylonite ad hieroboā filiū nabath. Vidēs itaqȝ popul⁹ φ noluisset eos audire rex. r̄ndit ei dicēs: Que nobis pars in dauid: vel q̄ hereditas in filio ysai? Vade in tabernacula tua israel. Nūc vide domū tuā dauid. Et abijt israel in tabernacula sua. Sup filios aūt israel qcūqȝ habitabāt in ciuitatib⁹ iuda regnauit roboā. Misit ḡ rex roboaȝ aduraȝ q erat sup tributa. ⁊ lapidauit eum oīs israel. ⁊ mortu⁹ ē. Porro rex roboā festin⁹ ascēdit currū. ⁊ fugit in hierusalē: recessitqȝ israel a domo dauid vsqȝ in p̄sentē diē. Factū ē autē cū audisset oīs israel φ reuersus eēt hieroboā miserunt et vocauerunt euȝ ꝯgregato cetu ⁊ cōstituerunt euȝ regē sup oēm israel: nec secut⁹ ē q̄spiā domuȝ dauid p̄ter tribuȝ iuda solā. Venit autē roboā hierusalē. et ꝯgregauit vniuersam domuȝ iuda et tribuȝ beniamin cētuȝ octoginta milia electoꝝ viroꝝ et bellatoꝝ vt pugnarēt ꝯ̄ domuȝ israel et reducerēt regnuȝ roboaȝ filio salomōis. Fact⁹ ē āt s̄mo dn̄i ad semeiā virū dei dicēs: Loq̄re ad roboā filiuȝ salomonis regē iuda et oēm domuȝ iuda et beniamī et reliq̄s de pp̄lo dicēs: Hec dic dn̄s. Nō ascēdet᷑ neqȝ bellabit᷑ ꝯ̄ frēs vr̄os filios israel. Reuertat᷑ vir i domū suā. A me. n. fcm̄ ē v̄bū h̄. Audierūt s̄mone dn̄i ⁊ reuersi sūt de itinē sic eis p̄cepat dn̄s. Edificauit āt hieroboā sichē i mōte effraim ⁊ habitauit ibi. Et egressus inde edificauit phanuel. Dixitqȝ hieroboā in corde suo: Nūc reuertet᷑ regnū ad domū dauid si ascenderit popul⁹ iste vt faciat sacrificia in domo dn̄i in hierusalē ⁊ ꝯuertet᷑ cor ppl'i hui⁹ ad dn̄m suum roboā regē iuda interficietqȝ me ⁊ reuertet᷑ ad eū. Et excogitato ꝯsilio fecit duos vitulos aureos ⁊ dixit eis. Nolite vltra ascēdē in hiFlm. Ecce dij tui israel q te eduxerūt de t'ra egypti. Posuitqȝ vnū in bethel ⁊ alteꝝ in dan: ⁊ fcm̄ ē v̄bū hoc in pctm̄. Ibat. n. ppl's ad adorādū vitulū vsqȝ in dan. Et fecit phana in excelsis ⁊ sacerdotes de extremis ppl'i q nō erāt de filijs leui. Cōstituitqȝ diē solēnē i mēse octauo qnta decima die mēsis i silitudinē solēnitat᷑ q̄ celebrat᷑ i iuda. Et ascēdēs altare silr̄ fecit i bethel vt imolaret vitulis q̄s fabricat⁹ fuerat. Cōstituitqȝ i bethel sacerdotes excelsoꝝ q̄ fecerat. et ascēdit sup altare qd' extruxerat in bethel qnta decima die mēsis octaui quē finxerat de corde suo. Et fecit solēnitatē filijs israel. ⁊ ascēdit sup altare vt adoleret incēsū. XIII

Et ecce vir dei venit de iuda in sermone domini in bethel hieroboam stante super altare ⁊ thus iaciente. Et exclamauit contra altare in s̄mone dn̄i ⁊ ait: Altare altare hec dicit dn̄s. Ecce fili⁹ nascet᷑ domui dauid iosias noie. ⁊ imolabit sup te sacerdotes excelsoꝝ qui nūc in te thura succēdūt. ⁊ ossa hominū super te incēdet. Deditqȝ in illa die signū dicēs: Hoc erit signū qd' locutus ē dn̄s: Ecce altare scindetur. ⁊ effūdetur cinis q in eo est. Cūqȝ audisset rex s̄monē hoīs dei quē inclamauerat ꝯ̄ altare in bethel extēdit manū suā de altari dicēs: Apprehēdite eū. Et exaruit man⁹ eius quā extēderat ꝯ̄ eum: nec valuit retrahere eā ad se. Altare quoqȝ scissū ē. ⁊ effusus ē cinis de altari: iuxta signū qd' p̄dixerat vir dei in s̄mone dn̄i. Et ait rex ad viꝝ dei. Dep̄care faciē dn̄i dei tui. ⁊ ora ꝓ me vt restituatur manus mea mihi. Orauit vir dei faciē domini. ⁊ reuersa ē manus regis ad eū. ⁊ facta ē sicut pri⁹ fuerat. Locutus ē aūt rex ad viꝝ dei. Veni mecū domū vt prādeas. ⁊ dabo tibi mūera. R̄nditqȝ vir dei ad regem Si dederis mihi mediā partē domus tue non veniā tecū: nec comedā panē neqȝ bibā aquaȝ in loco isto. Sic eni mādatū ē mihi in sermone dn̄i p̄cipientis. Nō comedes panē neqȝ bibes aquā: nec reuerteris per viā q̄ venisti. Abijt ḡ per aliā viam ⁊ nō est reuersus per iter quo venerat in bethel. Prophetes autē quidā senex habitabit in bethel ad quē venerunt filij sui. et narrauerūt ei oīa opera que fecerat vir dei illa die in bethel. Et verba q̄ locutus fuerat ad regē narrauerūt pr̄i suo. Et dixit eis pr̄ eorum. Per quā viā abijt? Ostēderūt ei filij sui viam per quaȝ abierat vir dei q venerat de iuda. Et ait filijs suis. Sternite mihi asinū. Qui cū strauissent ascēdit ⁊ abijt post viꝝ dei. ⁊ iuenit eū. sedētē subt⁹ terebinthū. Et ait illi. Tu ne es vir dei q venisti de iuda? R̄ndit ille. Ego sū. Dixitqȝ ad eū: Veni mecū domū vt comedes panē. Qui ait. Nō possū reuerti neqȝ venire tecū: nec comedā panē neqȝ bibā aquā i loco isto q2 locut⁹ ē dn̄s ad me i s̄mōe dn̄i dicēs: Non comedes panē ⁊ nō bibes aquā ibi: nec reuerteris p viā q̄ ieris. Qui ait illi: Et ego ꝓpheta sū sil's tui. ⁊ āgelus locutus ē mihi i s̄mōe dn̄i dicēs: Reduc eū tecū i domū tuā vt comedat panē ⁊ bibat aquā. Fefellit eū ⁊ reduxit secū. Comedit ḡ panē in domo ei⁹ ⁊ bibit aquā. Cunqȝ sederēt ad mēsā: fact⁹ ē s̄mo dn̄i ad ꝓphetaȝ q reduxerat eū. Et exclamauit ad viꝝ dei q venerat de iuda dicēs Hec dicit dn̄s. Quia nō obediens fuisti ori domini. ⁊ nō custodisti mandatū qd' p̄cepit tibi dn̄s deus tuus. ⁊ reuersus es

⁊ comedisti panē ⁊ bibisti aquā in loco in q̊ p̄ce
pit tibi ne comederes panē neq3 biberes aquā
non inferet̃ cadauer tuū in sepulchꝛꝝ patꝝ tuoꝝ
Cūq3 comedisset ⁊ bibisset strauit asinū suū ꝓ/
pheta quē reduxerat Qui cū abisset iuenit cum
leo in via. ⁊ occidit. ⁊ erat cadauer eius ꝓiectū
in itinē. Asinꝰ autē stabat iuxta illū. ⁊ leo stabat
iuxta cadauer. Et ecce viri trāseūtes viderunt
cadauer ꝓiectū in via. ⁊ leonē stantē iuxta cada
uer. Et venerūt ⁊ diuulgauerūt in ciuitatē in q̈
ꝓphetes ille senex habitabat. Qd̓ cū audisset ꝓ
pheta ille q̄ reduxerat eū de via ait: Vir dei est
q̄ inobediēs fuit oꝛi dn̄i. ⁊ tradidit eū dn̄s leoni
⁊ cōfregit eū. ⁊ occidit iuxta verbū dn̄i qd̓ locu/
tus ē ei. Dixitq3 ad filios suos. Sternite mihi
asinū Qui cū strauissent ⁊ ille abisset inuenit ca
dauer eius ꝓiectū in via. ⁊ asinū et leonē stan/
tes iuxta cadauer. Nō comedit leo de cadaue/
re: nec lesit asinū. Tulit ergo ꝓphetes cadauer
viri dei. ⁊ posuit illud sup̱ asinū ⁊ reuersus in/
tulit in ciuitatē ꝓphete senis vt plangerēt eum
⁊ posuit cadauer eius in sepulchꝛo suo. Et plā
xerunt eū: heu heu mi frater. Cūq3 planxissent
eū dixit ad filios suos. Cū mortuꝰ fuero sepelite
me ī sepulchꝛo ī quo vir dei sepultꝰ ē iuxta ossa
eiꝰ ponite ossa mea. Profecto. n. veniet sermo
quē p̄dixit in s̄mone dn̄i ꝯ altare qd̓ ē in bethel
⁊ ꝯ oīa phana excelsoꝝ q̄ sunt in vrbibꝰ sama/
rie. Post v̓ba hec nō ē reuersus hieroboā de
via sua pessima: s3 ecōtrario fecit de nouissimis
populis sacerdotes excelsorum. Quicunq3 vo
lebat implebat manu3 suam. ⁊ fiebat sacerdos
excelsoꝝ. Et ꝓpter hanc cām peccauit domus
hieroboā ⁊ euersa ē et deleta de sup̱ficie terre.

I

In tp̄e illo egrotauit abia filiꝰ XIIII
hieroboa3. Dixitq3 hieroboā vxoꝛi sue
Surge et cōmuta hitu3 ne cog̃scaris ꝙ
sis vxoꝛ hieroboā: ⁊ vade in sylo vbi est abias
ꝓpheta q̄ locutꝰ ē mihi ꝙ regnaturꝰ essem sup̱
populū hūc Tolle q̊3 in manu tua decē panes ⁊
crustulā ⁊ vas mellis. ⁊ vade ad illū. Ipse eni
īdicabit tibi qd euētuꝝ sit puero huic. Fecit vt
dixerat vxoꝛ hieroboā. et ꝯsurgēs abijt in sylo
et venit in domū abie. At ille nō poterat videre
qꝛ caligauerāt oculi eius p̄ senectute. Dixit aūt
dn̄s ad abiam: Ecce vxoꝛ hieroboā ingredit̃
vt cōsulat te sup̱ filio suo q̄ egrotat. Hec ⁊ hec
loqueris ei. Cū ergo illa intraret et dissimula/
ret se eē que erat: audiuit abias sonitum pedu3
eius introeuntis postiu3. et ait: Ingredē vxoꝛ
hieroboā. Quare aliā te esse simulas: Ego aūt
missus sū ad te durus nūcius: Vade ⁊ dic hie/
roboā. Hec dicit dominꝰ deꝰ israel. Quia ex/
altaui te d̓ medio ppl̓i. ⁊ dedi te ducē sup̱ popu
lum meū israel. ⁊ scidi regnū domꝰ dauid ⁊ de/
di illud tibi ⁊ nō fuisti sicut seruꝰ meꝰ dauid qui
custodiuit mādata mea ⁊ secutꝰ ē me in toto coꝛ
de suo faciēs qd̓ placitū eēt in ꝯspectu meo: sed
operatꝰ es male sup̱ oēs qui fuerūt ante te. ⁊ fe
cisti tibi deos alienos ⁊ cōflatiles vt me ad ira/
cundiā ꝓuocares: me aūt ꝓiecisti post corpus
tuū. Iccirco ecce ego inducā mala sup̱ domum
hieroboā: ⁊ percutiā de hieroboā mingentem
ad parietē ⁊ clausū ⁊ nouissimū in israel: ⁊ mun
dabo reliquias domꝰ hieroboā sicut mūdari so
let fimus vsq3 ad purū. Qui mortui fuerint de
hieroboā in ciuitate: comedent eos canes: qui
aūt mortui fuerint in agro vorabūt eos aues ce
li: quia dominꝰ locutus ē Tu igit̃ surge ⁊ vade
in domū tuam. ⁊ in ipso introitu pedē tuorū in
vrbem moriet̃ puer: ⁊ planget eū oīs israel ⁊ se
peliet. Iste eni solus inferet̃ de hieroboā in se
pulchꝛꝝ: qꝛ inuentus est sup̱ eo sermo bonus a
dn̄o deo israel in domo hieroboam. Cōstituet
aūt sibi dominꝰ regē sup̱ israel q̄ ꝑcutiet domū
hieroboā in hac die ⁊ in hoc tempore. ⁊ ꝑcutiet
dn̄s deus israel sicut moueri solet arundo in aq̈
Et euellet israel de terra bona hac quam dedit
patribꝰ coꝝ ⁊ ventilabit eos transflumē: qꝛ fe/
cerūt sibi lucos vt irritarent dn̄m. Et tradet do
minꝰ deus israel ꝓpter pctā hieroboā qui pec/
cauit ⁊ peccare fecit israel. Surrexit itaq3 vxoꝛ
hieroboā ⁊ abijt ⁊ venit in thersa. Cumq3 illa
ingrederet̃ limen domꝰ. puer mortuꝰ est. ⁊ se/
pelierūt eu3. ⁊ planxit eū omnis israel iuxta ser
monē dn̄i quē locutꝰ ē in manu s̄ui sui abie ꝓ/
phete. Reliqua aūt verboꝝ hieroboā quō pu/
gnauerit ⁊ quō regnauerit: ecce scripta sūt in li
bꝛo verboꝝ dieꝝ regū israel. Dies aūt quibus
regnauit hieroboā: vigintiduo anni sūt ⁊ doꝛ/
miuit hieroboā cū patribꝰ suis: regnauitq3 na
dab filiꝰ eius ꝓ eo: Porro roboā filiꝰ salomo/
nis regnauit in iuda. Quadraginta ⁊ vniꝰ āni
erat roboā cū regnare cepisset: decē ⁊ septē an/
nis regnauit in hierusalē ciuitate quā elegit do
minꝰ vt poneret nomē suū ibi ex oībꝰ tribubus
israel. Nomē aūt mr̄is eiꝰ naama amanites. ⁊
fecit iudas malū corā dn̄o. ⁊ irritauerūt eū sup̱
oībus q̄ fecerāt patres coꝝ in pctīs suis q̄ pec/
cauerunt. Edificauerunt eni ⁊ ipsi sibi aras et
statuas ⁊ lucos sup̱ oēm collē excelsū. ⁊ subter
oēm arboꝛē frondosam: sed ⁊ effeminati fuerūt
in terra: feceruntq3 oēs abhoīationes gētiu3 q̈s
attriuit dn̄s ante faciē filioꝝ israel. In q̄nto aūt

anno regni roboā ascēdit sesac rex egypti i hie/
rusalē: ⁊ tulit thesauros dom⁹ dn̄i ⁊ thesauros
regios ⁊ vniuersa diripuit: scuta quoqꝫ aurea
que fecerat salomon ꝓ quib⁹ fecit rex roboam
scuta erea. ⁊ tradidit ea in manu ducū scutario/
rū ⁊ coꝝ q excubabāt ante ostiū domus regis.
Cūqꝫ ingrederet̄ rex in domū dn̄i portabāt ea
q precedi habebāt officiū. ⁊ postea reportabant
ad armamēta iū scutarioꝝ. Reliqua aūt ꝓmo
nū roboā ⁊ oia que fecit: ecce scripta sūt in libro
ꝓmonū dieꝝ regū iuda. Fuitqꝫ bellū inter ro/
boam ⁊ hieroboā cūctis die⁹. Dormiuitqꝫ ro
boam cū pat ib⁹ suis. ⁊ sepult ē cū eis in ciui/
tate dauid. Nomē aūt mr̄is eius naama ama/
nites. Et regnauit abia fili⁹ ei⁹ ꝓ eo. XV

Igitur in octauodecimo āno regni hie
roboam filii nabath: regnauit abia sup
iudā. Trib⁹ ānis regnauit in hierusalē
Nomē mr̄is ei⁹ maacha filia abessalon ambula
uitqꝫ in oib⁹ pctis pr̄is sui q̄ fecerat ante eū. nec
erat cor ei⁹ pfectū cū dn̄o deo suo sicut cor dauid
pr̄is eius. Sz ꝓpter dauid dedit ei dn̄s de⁹ su⁹
lucernā in hirl'm vt suscitaret filiū ei⁹ post eū ⁊
staret in hirl'm: eo ꝙ fecisset dauid rectū in ocu
lis domini. ⁊ nō declinasset ab oib⁹ q̄ pceperat
ei cūctis dieb⁹ vite sue: excepto ꝓmōe vrie ethei
Attamē bellū fuit inter abiā ⁊ hieroboā oi tpe
vite eius. Reliqua aūt ꝓmonū abie et oia q̄ fe/
cit: nōne hec scripta sūt in libro verboꝝ dierum
regū iuda. Fuitqꝫ pliū inter abiā ⁊ inter hiero
boam. Et dormiuit abia cū patrib⁹ suis. ⁊ sepe
lierūt eū in ciuitate dauid: regnauitqꝫ asa filius
eius ꝓ eo. In anno ergo vicesimo hieroboam
regis israel. regnauit asa rex iuda ⁊ quadragin
ta ⁊ vno anno regnauit in hierusalē. Nomen
matris ei⁹ maacha filia abessolon. ⁊ fecit asa re
ctū ante cōspectum dn̄i sicut dauid pater eius. et
abstulit effeminatos de terra purgauitqꝫ vni/
uersas sordes idoloꝝ q̄ fecerant pr̄es eius. In
sup ⁊ maachā mr̄ē suā amouit ne eēt pnceps
in sacris priapi. ⁊ i loco eius quē ꝯsecrauerat:
subuertitqꝫ specū eius ⁊ cōfregit simulacrū tur
pissimū. ⁊ cōbussit in torrente cedron. Excelsa
aūt nō abstulit. Verūtamē cor asa pfectū erat
cū dn̄o deo suo cūctis diebus suis: ⁊ intulit ea q̄
sanctificauerat pater suus ⁊ vouerat in domū
dn̄i argēteū ⁊ aurū ⁊ vasa. Bellū aūt erat inter
asa ⁊ baasa regē israel cūctis diebus eoꝝ. Ascē
dit quoqꝫ baasa rex israel in iudā ⁊ edificauit ra
ma vt nō posset qspiā egredi vl' ingredi de par
te asa regis iude. Tollēs itaqꝫ asa oē argentum
⁊ aurum qd̄ remanserat in thesauris dom⁹ dn̄i
⁊ in thesauris dom⁹ regie dedit illud in manus
ꝓnoꝝ suoꝝ. ⁊ misit ad benadab filiū tabremon
filij ezion regē syrie q habitabat in damasco di
cēs: Fedus ē int me ⁊ te ⁊ int patrē meū ⁊ pa
trem tuū: ideo misi tibi munera argētū ⁊ aurū
⁊ peto vt venias ⁊ irritū facias fedus quod ha
bes cū baasa rege israel. et recedat a me: Acqe
scens benadab regi asa misit pncipes exercitus
sui in ciuitates israel. et pcusserūt ahion et dan
et abel domum maacha et vniuersā cēnceroth:
oēm. s. terrā neptali. Qd̄ cū audisset baasa int
misit edificare rama: et reuersus est in thersa.
Rex autē asa nūciū misit in oēm iudā dicens:
Nemo sit excusatus. Et tulerūt lapides de ra/
ma ⁊ ligna eius qbus edificauerat baasa. et ex/
truxit de eis rex asa gabaa beniamin et maspha
Reliq̄ aūt oiū ꝓmonū asa ⁊ vniuerse fortitudi
nes eius et cūcta q̄ fecit et ciuitates q̄s extruxit:
nōne hec scripta sūt in libro verboꝝ dieꝝ regū
iuda Verūtn̄ in tpe senectutis sue doluit pedes
et dormiuit cū pr̄ibus suis. et sepultus ē cū eis
in ciuitate dauid patris sui regnauitqꝫ iosaphat
filius eius ꝓ eo. Nadab vo filius hieroboam
regnauit sup israel anno scd̄o asa regis iuda re
gnauitqꝫ super israel duobus annis. et fecit qd̄
malū ē in ꝯspectu dn̄i. et ambulauit i vijs pr̄is
sui et in pctis eius qbus peccare fecit isrl'. Insi
diatus ē autē ei baasa filius ahie de domo ysa/
char. et pcussit eū in gebbethō q̄ ē vrbs philisti
noꝝ. Siqdē nadab et oīs israel obsidebāt geb
bethon. Interfecit ḡ illū baasa in anno tertio asa
regis iuda. et regnauit ꝓ eo. Cūqꝫ regnasset p
cussit oēm domū hieroboā Nō dimisit nec vnā
qdē aiam de semie eius donec deleret eū iuxta
vbū dn̄i qd̄ locutus fuerat in manu ꝓui sui ahie
sylonitis ꝓpter pctā hieroboā q̄ peccauerat ⁊ q
bus peccare fecerat isrl'. ⁊ ꝓpter delictū quo irri
tauerat dn̄m deū israel. Reliq̄ aūt ꝓmonum na
dab ⁊ oia q̄ opat⁹ ē nōne hec scripta sūt i libro v
boꝝ dieꝝ regū isrl': Fuitqꝫ bellū int asa ⁊ baasa
regē israel cūctis diebus eoꝝ. Anno tertio asa re
gis iuda regnauit baasa filius ahie sup oēm isrl'
in thersa vigintiqttuor ānis. et fecit malū corā
dn̄o. ambulauitqꝫ in vijs hieroboā et in pctis
eius qbus peccare fecit israel. XVI

Factus est āt ꝓmo dn̄i ad iehu filiū ana
ni ꝯ baasa dicens. Pro eo ꝙ exaltaui
te de puluere et posui te ducē sup ppl'm
meū isrl': tu aūt ambulasti in via hieroboam. et
peccare fecisti ppl'm meū israel vt me irritares
i pctis eoꝝ: ecce ego demetā posteriora baasa
et posteriora domus eius. et faciā domū tuā sic

domū hieroboā filij nabath. Qui mortu⁹ fue/rit de baasa in ciuitate comedēt eū canes. ⁊ qui mortu⁹ fuerit ex eo in regiōe comedēt eū volu/cres celi. Reliq̄ aūt ſmonū baaſa ⁊ q̄cūq; fecit ⁊ ṗlia eius. nōne hec ſcripta ſūt i libro verboꝝ dieꝝ regū iſrael. Dormiuit ḡ baſaa cū ṗribus ſuis: ſepultuſq; ē i therſa. ⁊ regnauit hela filiuſ ei⁹ ꝓ ea. Cū āt in manu iehu filij anani ꝓphete verbū dn̄i factū eēt ꝯ baaſa ⁊ ꝯ domū eius. ⁊ ꝯ oē malū qđ fecerat corā dn̄o ad irritādū eum in operib⁹ manuū ſuaꝝ vt fieret ſic domus hiero boā: ob hāc cām occidit eū. hoc ē iehu filiū ana ni ꝓphetā. Anno viceſimoſexto aſa regis iu/da regnauit hela fili⁹ baaſa ſup iſrael in therſa duob⁹ ānis. ⁊ rebellauit ꝯ eū ſuus ſuus çābri dux medie ptī eqtū. Erat āt hela i therſa bibēs ⁊ temulētus i domo arſa ṗfecti therſa. Irruēs ḡ çābri ꝑcuſſit ⁊ occidit eū āno viceſimoſeptio aſa regis iuda. ⁊ regnauit ꝓ eo. Cūq; regnaſſ; ⁊ ſediſſet ſup ſoliū eius. ꝑcuſſit oēm domū ba/aſa. ⁊ nō dereliqt ex ea mingētē ad ꝑietē ⁊ ꝓ pinquos ⁊ amicos eius. Deleuitq; çābri oēm domū baaſa iuxta verbū dn̄i qđ locutus fuerat ad baaſa in manu iehu ꝓphete ꝓpter vniuerſa pctā baaſa ⁊ pctā hela filij eius q̄ peccauerūt et peccare fecerūt iſrael ꝓuocātes dn̄m deū iſrael i vanitatibus ſuis Reliq̄ āt ſmonū hela ⁊ oīa q̄ fecit: nōne hec ſcripta ſūt i libro ṽboꝝ dieꝝ re gū iſrael. Anno viceſimoſeptio aſa regis iuda regūit çābri ſeptē dieb⁹ i therſa. Porro exerci tus obſidebat gebbethon vrbē philiſtinorum. Cūq; audiſſet rebellaſſe çābri ⁊ occidiſſe regē; fecit ſibi regē oīs iſrael amri q̄ erat ṗnceps mi litie ſup iſrael in die illa i caſtris. Aſcēdit ergo amri ⁊ oīs iſrael cū eo de gebbethō ⁊ obſidebāt therſa. Vidēs aūt çābri q̄ expugnāda eēt ciui/tas: ingreſſus ē palatiū. ⁊ ſuccendit ſe cū domo regia ⁊ mortuus ē i pctis ſuis q̄ peccauerat fa/ciēs malū corā dn̄o. ⁊ ābulās in via hieroboā; et in pctō eius q̄ fecit peccare iſrael. Reliq̄ āt ſer monū çābri ⁊ iſidiaꝝ ei⁹ ⁊ tyrānidis: nōne hec ſcripta ſūt i libro ṽboꝝ dieꝝ regū iſrael. Tunc diuiſus ē popul⁹ iſrael i duas ptes. Media ps populi ſeqbať thebni filiū gineth vt ꝯſtitueret eū regē. ⁊ media ps amri. Preualuit autē po pul⁹ q̄ erat cū amri populo q̄ ſeq̄bať thebni fi/liū gineth: mortuuſq; ē thebni ⁊ regnauit am ri. Anno triceſimoṗmo aſa regꝭ iuda regnauit amri ſup iſrael: duodeci ānis. In therſa regna uit ſex annis: emitq; montem ſamarie a ſomer duobus talentis argenti et edificauit eū; et vo cauit nomen ciuitatis quam extruxerat nomie ſomer domini mōtis: ſamariā. Fecit aūt amri malū i ꝯſpectu dn̄i ⁊ opat⁹ eſt neqter ſup oēs q̄ fuerūt ante eū. Ambulauitq; i oī via hieroboā filij nabath ⁊ i pctis ei⁹ qb⁹ peccare fecerat iſra el. vt irritaret dn̄m deū iſrl'i vanitatibus ſuis. Reliq̄ aūt ſmonū amri ⁊ ṗlia ei⁹ q̄ geſſit: nōne hec ſcripta ſūt i libro ṽboꝝ dieꝝ regum iſrael. Dormiuitq; amri cū ṗrib⁹ ſuis: ⁊ ſepult⁹ ē i ſa maria: regnauitq; achab fili⁹ ei⁹ ꝓ eo. Achab ṽo filius amri regūit ſup iſrael anno triceſimo octauo aſa regis iuda. Et regūit achab fili⁹ am ri ſup iſrael i ſamaria viginti ⁊ duobus annis Et fecit achab filius amri malū i ꝯſpectu dn̄i ſu per oēs q̄ fuerūt ante eū. Nec ſuffecit ei vt am bularet i pctis hieroboā filij nabath: inſup du xit vxorē iezabel filiam methbaal regis ſidonio/rū. Et abijt ⁊ ſeruiuit baal. ⁊ adorauit eū. ⁊ poſu it aram baal i tēplo baal qđ edificauerat i ſama ria. ⁊ plantauit lucū. Et addidit achab i opere ſuo irritans dn̄m deū iſrael ſup oēs reges iſra el q̄ fuerūt ante eum. In diebus eius edificauit ahiel de bethel hiericho. In abiram ṗmitiuo ſuo fūdauit eā. ⁊ i ſegub nouiſſimo ſuo poſuit portas eius iuxta verbū domini qđ locutus fu erat i manu ioſue filij nun.

XVII

Et dixit helias theſbites de habitorib⁹ galaad ad achab. Viuit dominus de/us iſrael in cuius cōſpectu ſto ſi erit an nis his ros ⁊ pluuia niſi iuxta oris mei verba. Et factū ē ṽbū dn̄i ad eū dicēſ. Recede hinc ⁊ vade ꝯ orientē. et abſcōdere i torrentē carith q̄ ē ꝯ iordanē. et ibi de torrēte bibes. coruiſq; pce pi vt paſcant te ibi. Abijt ḡ et fecit iuxta verbū dn̄i. Cūq; abiſſet ſedit i torrēte carith q̄ ē cōtra iordanē. Corui q; deferebant ei panem et car/nes mane: ſimiliť panē et carnes veſperi. et bi bebant de torrēte. Poſt dies aūt aliquot ſicca/tus ē torrēs: nō eni pluerat ſup terram. Fact⁹ ē ḡ ſmo domini ad eū dicēs. Surge et vade in ſareptam ſidonioꝝ. et manebis ibi. Precepi eni ibi mulieri vidue vt paſcat te. Surrexit et abijt i ſareptā ſidonioꝝ. Cūq; veniſſet ad por tam ciuitatis apparuit ei mulier vidua colligēſ ligna. et vocauit eam. dixitq; ei. Da mihi pau/lulū aq̄ i vaſe vt bibam. Cūq; illa ꝑgeret vt af/ferret. clamauit poſt tergū eius dicēſ. Affer mi hi obſecro et buccellā; panis i manu tua. Que reſpōdit. Viuit dominus deus tuus: q̄ nō ha beo panē niſi quantū pugillus capе pōt farine i hydria et paululum olei i lechito. En colligo duo ligna vt igrediar et faciam illud mihi et fi lio meo vt comedamus et moriamur. Ad quā

helias ait. Noli timere: sed vade ⁊ fac sicut di
xisti. Verũtñ mihi ꝑmũ fac de ipa farinula sub
cinericiũ panẽ paruulũ. ⁊ affer ad me: tibi autẽ
⁊ filio tuo facies postea. Hec aũt dicit dñs deꝰ
israel. Hydria farine nõ deficiet: nec lechitus
olei minuet vsq₃ in diẽ in qua dñs daturus est
pluuiã sup faciẽ terre. Que abijt. ⁊ fecit iuxta
verbũ helie. Et comedit ipe ⁊ illa ⁊ domꝰ eius
⁊ ex illa die hydria farine nõ defecit. ⁊ lechitus
olei nõ ẽ iminutus iuxta verbũ dñi qđ locutus
fuerat in manu helie. Factum ẽ aũt post verba
hec egrotauit filiꝰ mulieris mrisfamilias. ⁊ erat
lãguor fortissimꝰ ita vt nõ remaneret in eo ha-
litꝰ. Dixit ergo ad heliã. Quid mihi ⁊ tibi vir dei
Ingressus es ad me vt rememorarentur iniqta
tes mee. ⁊ interficeres filiũ meũ. Et ait ad eam
helias. Da mihi filiũ tuũ. Tulitq₃ eum de sinu
eius ⁊ portauit in cenaculũ vbi ipe manebat. et
posuit super lectulũ suũ. ⁊ clamauit ad dominũ
⁊ dixit. Dñe deus meus etiã ne viduam apud
qua₃ ego vtcũq₃ sustentor afflixisti vt interfice
res filiũ eiꝰ. Et expandit se atq₃ mensus ẽ sup
pueꝝ tribus vicibus. ⁊ clamauit ad dñm ⁊ ait
Dñe deus meꝰ reuertatur obsecro aĩa pueri huiꝰ
in viscera eius. Et exaudiuit dñs vocem helie
⁊ reuersa ẽ aĩa pueri intra eũ. ⁊ reuixit. Tulit-
q₃ helias puerum. ⁊ deposuit eum đ cenaculo
in inferiorẽ domũ ⁊ tradidit matri sue. ⁊ ait illi
En viuit filius tuꝰ. Dixitq₃ mulier ad heliam
Nũc in isto cognoui qm̃ vir dei es tu. ⁊ verbũ
dñi in ore tuo veꝝ ẽ.

XVIII

Post dies multos factũ est verbũ domi
ni ad heliã in anno tertio dicens. Va
de ⁊ ostñde te achab vt dem pluuia₃ sup
faciem terre. Iuit ergo helias vt ostenderet se
achab. Erat aũt fames vehemens in samaria.
Vocauitq₃ achab abdiã dispẽsatorẽ domꝰ sue.
Abdias aũt timebat dñm deũ valde. Nã cũ in
terficeret iezabel ꝓphetas dñi. tulit ille centum
ꝓphetas ⁊ abscondit eos qnquagenos ⁊ quin
quagenos in speculis. ⁊ pauit eos pane ⁊ aqua
Dixit ergo achab ad abdiã. Vade in terrã ad vni
uersos fontes aquaꝝ. ⁊ in cũctas valles. si forte
possimꝰ inuenire herbã ⁊ saluare equos ⁊ mu-
los ⁊ nõ penitꝰ iumẽta intereãt. Diuiserũtq₃ si
bi regiões vt circuirẽt eas. Achab ibat ꝑ viam
vnã. ⁊ abdias ꝑ viã alterã seorsũ. Cũq₃ eẽt ab
dias in via. helias occurrit ei. Qui cum cogno
uisset eũ cecidit sup faciẽ suã. ⁊ ait. Nũ tu es do
mine mi. helias. Cui ille rñdit. Ego. Et dixit.
Vade ⁊ dic dño tuo. Adest helias. Et ille. quid
peccaui inquit qm̃ trades me seruũ tuũ i manu
achab vt interficiat me. Viuit dñs deus tuus:
quia nõ est gens aut regnũ in quo non miserit
dñs meus te requirẽs. Et rñdẽtibꝰ cũctis nõ ẽ
hic: adiurauit regna singula ⁊ gẽtes eo ꝙ mini-
me repieris. Et nũc dicis mihi: vade ⁊ dic dño
tuo. adest helias. Cũq₃ recessero a te. spũs dñi
asportabit te in locũ quẽ ego ignoro. ⁊ igressus
nũciabo achab. ⁊ nõ inueniẽs te interficiet me
Seruus aũt tuꝰ timet dñm ab ifantia sua. Nũ
qđ nõ indicatũ ẽ tibi dño meo qđ fecerim cũ in
terficeret iezabel ꝓphetas dñi ꝙ abscõderim đ
ꝓphetis dñi centũ viros qnquagenos ⁊ quin-
qgenos in spelũcis ⁊ paueri eos pane ⁊ aq̃. Et
nunc tu dicis vade ⁊ dic dño tuo. Adest helias
vt intficiat me. Et dixit helias. Viuit dñs exer
cituũ ante cuius vultũ sto: qr hodie appebo ei.
Abijt ergo abdias in occursũ achab ⁊ indicauit ei
Venitq₃ achab i occursũ helie. ⁊ cũ vidisset eũ
ait. Tu ne es ille q conturbas israel. Et ille ait
Nõ ego turbaui israel. sed tu ⁊ domus patris
tui q dereliqstis mandata dñi ⁊ secuti estis baa
lim. Verũtñ nũc mitte ⁊ ꝯgrega ad me vniuer
sum israel in mõte carmeli ⁊ ꝓphetas baal qua
dringẽtos qnquaginta. ꝓphetasq₃ lucoꝝ qua
dringẽtos q comedũt de mensa iezabel. Misit
achab ad oẽs filios israel ⁊ cõgregauit ꝓphas
in mõte carmeli. Accedẽs aũt helias ad omnẽ
populũ isrl' ait. Vsq₃quo claudicatis i duas ptes
Si dñs ẽ deꝰ seqmini eũ: si aũt baal seqmini il
lũ. Et nõ rñdit ei ppl's verbũ. Et ait rursus he
lias ad ppłm. Ego remansi ꝓpheta dñi solus:
ꝓphete aũt baal quadringenti qnquaginta. ꝓ
pheteq₃ lucoꝝ quadringenti viri sunt. Denr
nobis duo boues. ⁊ illi eligãt sibi bouem vnũ
⁊ in frusta cedentes ponãt super ligna. ignem
aũt non supponãt. Et ego faciã bouẽ alteꝝ. ⁊ i
ponã sup ligna. ignẽ aũt nõ supponã. Inuoca
te noĩa deoꝝ vestroꝝ. ⁊ ego inuocabo nomen
dei mei. ⁊ deꝰ q exaudierit ꝑ ignẽ ipe sit deus.
Rñdẽs oĩs ppl's. ait. Optima ꝓpositio quam
locutus est helias. Dixit ergo helias ꝓphis baal.
Eligite vobis bouẽ vnu₃ ⁊ facite ꝑmi. qr vos
plures estis. ⁊ inuocate noĩa deoꝝ vroꝝ. ignẽ
q₃ nõ supponatis. Qui cũ tulissent bouẽ que₃
dederat eis: fecerũt: ⁊ inuocabãt nomẽ baal de
mane vsq₃ ad meridiẽ dicentes. Baal exaudi
nos. Et non erat vox. nec q rñderet. Trãsilie
bãtq₃ altare qđ fecerãt: Cũq₃ esset iã meridies
illudebat illis helias dicẽs. Clamate voce ma-
iore. Deꝰ enĩ ẽ ⁊ forsitan loquitur. aut in diuerso
rio ẽ. aut in itinere. aut certe dormit vt excitetur.
Clamabãt ergo voce magna. ⁊ incidebant se iuxta

ritū suū cultris & lāceolis donec pfunderēt⁹ san guie. Postq̄ aūt trāsijt meridies & illis pphe/ tātibus venerat tps q sacrificiū offerri solet: nec audiebat vox. neq̄ aliqs rn̄debat nec attende/ bat orantes: dixit helias oī pplo. Venite ad me Et accedente ad se populo curauit altare dn̄i qd destructū fuerat: & tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuū filiorum iacob ad quem fact⁹ est sermo domini dicēs: israel erit nomen tuum & edificauit de lapidibus altare in noīe dn̄i. Fe citq̄ aq̄ductū q̄si per duas aratiūculas in circui tu altaris: & cōposuit ligna: diuisitq̄ p membra bouē & posuit sup ligna & ait. Implete quattuor hydrias aqua: & fundite super holocaustū & su per ligna. Rursūq̄ dixit. Etiam secūdo hoc fa/ cite. Qui cū fecissent secūdo ait. Etiam tertio id ipm facite. Feceruntq̄ tertio & currebant aque circū altare & fossa aq̄ductus repleta est. Cūq̄ iā tps esset vt offerret holocaustū: accedens he/ lias ppheta ait. Dn̄e deus abrahā & isaac isrāel oñde hodie quia tu es deus israel & ego seru⁹ tu us & iuxta pceptū tuū feci oīa verba hec. Exau/ di me dn̄e exaudi me vt discat ppl's iste: quia tu es dn̄s deus. & tu puertisti cor eoꝝ iterū. Ceci dit aūt ignis dn̄i & vorauit holocaustū & ligna & lapides: pulverē q̄z & aquā q̄ erat in aq̄ductu lā bens. Qd cū vidisset oīs ppl's cecidit in faciem suam: & ait. Dn̄s ipe est deus: dn̄s ipe est deus Dixitq̄ helias ad eos. Apphendite pphetas baal & ne vnus qdem effugiat ex eis. Quos cū apphendissent duxit eos helias ad torrentem cy son: & interfecit eos ibi. Et ait helias ad achab. Ascende comede & bibe: q̄r sonus multe pluuie est. Ascendit achab vt comederet & biberet: he/ lias aūt ascendit in v̄ticē carmeli: & pnus i terā posuit faciem suā inter genua sua: & dixit ad pue rū suū. Ascende & pspice ptra mare. Qui cum ascendisset & ptemplatus eēt ait. Nō ē qcq̄. Et rursū ait illi. Reuertere septē vicib⁹. In septia aūt vice ecce nubicula pua q̄si vestigiū hoīs ascē debat de mari. Qui ait. Ascende: & dic achab. Iunge currum tuum & descende: ne occupet te pluuia. Cūq̄ se verteret huc atq̄ illuc: ecce celi ptenebrati sunt & nubes & vētus: & facta est plu uia grandis. Ascendens itaq̄ achab abijt in ie zrahel: & manus dn̄i facta est sup heliā: accintis q̄z lumbis currebat ante achab donec veniret i iezrahel.

XIX

Nunciauit aūt achab iezabel oīa q̄ fece/ rat helias: & quō occidisset vniuersos p phetas baal gladio. Misitq̄ iezabel nū cium ad heliam dicens. Hec mihi faciant dij et hec addant: nisi hac hora cras posuero animā tuā sicut aīam vni⁹ ex illis. Timuit ḡ helias et surgens abijt quocūq̄ eū ferebat voluntas. ve nitq̄ in bersabee iuda: et dimisit ibi pueꝝ suū et perrexit in desertū viā vnius diei. Cūq̄ ve nisset et sederet subter vnā iunipeꝝ. petiuit aīe sue vt moreret. Et ait. Sufficit mihi dn̄e. tolle aīam meā. Neq̄ eni melior sū q̄ patres mei. Proiecitq̄ se et obdormiuit in vmbra iunipe ri. Et ecce angelus dn̄i tetigit eum. et dixit illi: Surge comede. Respexit. et ecce ad caput suū subcinericiꝰ panis et vas aque. Comedit ergo et bibit et rursū obdormiuit. Reuersusq̄ est an gel⁹ dn̄i secūdo. et tetigit eū. dixitq̄ illi. Surge comede. Grādis eni tibi restat via. Qui cum surrexisset. comedit et bibit. et ambulauit in for titudine cibi illi⁹ quadraginta dieb⁹ et quadra/ ginta noctib⁹ vsq̄ ad mōtē dei oreb. Cūq̄ ve nisset illuc. mansit in spelūca. Et ecce s'mo dn̄i ad eū. dixitq̄ illi. Quid hic agis helia. At ille rn̄dit. Zelo zelat⁹ sū p dn̄o deo exercituū: q̄r de reliquerūt pactū dn̄i filij israel. Altaria tua de/ struxerūt et pphetas tuos occiderunt gladio & derelict⁹ sū ego solus. et querūt aīam meam vt auferāt eā. Et ait ei. Egredere et sta in monte corā domino. Et ecce dn̄s trāsijt. et sp̄us gran dis et fortis: subuertēs montes et cōterens pe tras ante dn̄m. Non in sp̄u dn̄s. Et post sp̄m cōmotio. Nō in cōmotiōe dn̄s. Et post cōmo/ tionē ignis. Nō in igne domin⁹. Et post ignē sibil⁹ aure tenuis. Qd cū audisset helias operuit vultum suū pallio: et egressus stetit in ostio spe lūce: ecce vox ad eū dicēs. Quid hic agis helia Et ille rn̄dit. Zelo zelat⁹ sū p dn̄o deo exercitu um: q̄r dereliquerunt pactum tuum filij israel. Altaria tua destruxerunt. et pphetas tuos occi derunt gladio: et derelictus sum ego solus & q̄ runt animā meā vt auferāt eam. Et ait dn̄s ad eum. Vade et reuertere in viā tuā p desertum in damascū. Cūq̄ perueneris illuc. vnges asa/ hel regem super syriam: & iehu filiū namsi vn ges regem super israel: heliseum autē filium sa phat qui est abelmaula vnges pphetā p te. Et erit qcunq̄ fugerit gladium azahel. occidet eū iehu. et qcunq̄ fugerit gladium iehu. interfici et eum helise⁹. Et derelinquā mihi in israel se/ ptē milia viroꝝ quoꝝ genua nō sunt icuruata ante baal. et oē os qd nō adorauerit eū osculās manū. Profect⁹ ḡ inde helias rpperit heliseū filiū saphat. arātē i duodeci iugis boum. et ipe i du odeci iugis boum arātib⁹ vn⁹ erat. Cūq̄ ve nisset helias ad eum. misit pallium suum super

eū. Qui statim relictis bobꝰ cucurrit post heliā ⁊ ait. Osculoꝛ oꝛo te patrē meū ⁊ matrē meā. ⁊ sic seq̄r te. Dixitq̃ꝫ ei. Vade ⁊ reuertere. Qđ eni meū erat feci tibi. Reuersus aūt ab eo tulit par boū ⁊ mactauit illud ⁊ in aratro bouꝫ coxit carnes. ⁊ dedit pplō ⁊ comederūt. Cōsurgens qꝫ abijt ⁊ secutꝰ ē heliā. ⁊ miīstrabat ei. XX

P Orro benadab rex syrie congregauit omnem exercitū suū. ⁊ trigintaduos reges secū. ⁊ equos ⁊ currus ⁊ ascēdēs pugnabat contra samariam ⁊ obsidebat eam. Mitēsqꝫ nūcios ad achab regē israel in ciuitatē ait. Hec dicit benadab. Argentū tuū ⁊ auꝝ tuū meū ē: ⁊ vxoꝛes tue ⁊ filij tui optimi mei sūt. Rn̄ditqꝫ rex israel. Iuxta verbū tuuꝫ domine mi rex. tuus suꝫ ego ⁊ oīa mea. Reuertentesqꝫ nūcij dixerūt. Hec dicit benadab qui misit nos ad te. Argētū tuū ⁊ auꝝ tuū ⁊ vxoꝛes tuas ⁊ filios tuos dabis mihi. Cras igit̄ hac eadē hora mittā seruos meos ad te. ⁊ scrutabunt̄ domum tuā ⁊ domū seruoꝝ tuoꝝ ⁊ omne qđ eis placuerit ponent in manibus suis ⁊ auferent. Vocauit autem rex israel omnes senioꝛes terre ⁊ ait. Aiaduertite ⁊ videte: qm̄ insidiet̄ nobis. Misit eni ad me ꝓ vxoꝛibꝰ meis ⁊ filijs ⁊ ꝓ argento ⁊ auro. ⁊ nō abnui. Dixerūtqꝫ oēs maioꝛes natu. ⁊ vniuersus ppl̄s ad eū. Nō audias neqꝫ acqesces illi. Rn̄ditqꝫ nūcijs benadab. Dicite dn̄o meo regi. Oia ꝓpt̄ q̄ misisti ad me seruum tuū in initio faciā. hāc aūt rē facere nō possū. Reuersiqꝫ nuncij. retulerūt ei. Qui remisit ⁊ ait. Hec faciāt mihi dij ⁊ hec addāt: si suffecerit puluis samarie pugillis oīs ppl̄i q seqt̄ me. Et rn̄dēs rex israel ait. Dicite ei. Ne gloriet̄ accinctꝰ eq̄ vt discinctꝰ. Factū ē āt cū audisset benadab verbū istud: bibebat ipe ⁊ reges in vmbracul̄. ⁊ ait ſuis suis. Circundate ciuitatē. Et circūdederūt eā. Et ecce ꝓpha vnꝰ accedēs ad achab regem israel. ⁊ ait: Hec dicit dominus. Certe vidisti oēm multitudinē hāc nimiā. Ecce ego tradā eā in manuꝫ tuā hodie: vt scias qꝛ ego sū dn̄s. Et ait achab. Per quē. Dixitqꝫ ei Hec dicit dominꝰ. Per pedisseqs ṗncipū ꝓuinciaꝝ. Et ait. Quis icipiet pliari. Et ille dixit. Tu. Recēsuit g̊ pueros ṗncipū ꝓuinciaꝝ ⁊ reppit numeꝝ ducētoꝝ trigintaduoꝝ. Et recensuit post eos ppl̄m oēs filios israel septē milia. ⁊ egressi sūt meridie. Benadab āt bibebat temulētꝰ i vmbraculo suo. ⁊ reges trigintaduo cū eo q ad auxiliū eiꝰ venerāt. Egressi sūt autē pueri ṗncipuꝫ ꝓuinciaꝝ in ṗma fronte. Misit itaqꝫ benadab: q nūciauerūt ei dicentes. Viri egressi sūt de samaria. At ille ait. Siue ꝓ pace veniūt appᵱhēdite eos viuos. siue vt p̄lient̄. viuos eos capite. Egressi sūt g̊ pueri ṗncipum ꝓuinciaꝝ. ac reliquꝰ exercitꝰ sequebat̄. Et ꝑcussit vnusqisqꝫ viꝝ q ꝯ se veniebat. fugerūtqꝫ syri ⁊ ꝑsecutꝰ est eos israel. Fugit q̊ꝫ benadab rex syrie i equo cū eqtibꝰ suis. Nec non egressus rex isrl̄ ꝑcussit equos ⁊ currꝰ. ⁊ ꝑcussit syriā plaga magna nimis. Accedēs aūt ꝓpha ad regē isrl̄ dixit ei. Vade ⁊ cōfoꝛtare. ⁊ scito ⁊ vide qđ facias. Sequēti eni anno rex syrie ascēdet ꝯtra te. Serui ꝟo regis syrie dixerūt ei. Dij mōtium sūt dij coꝝ. ideo suꝑauerūt nos. Sed melius ē vt pugnemꝰ ꝯ eos in cāpestribꝰ. ⁊ obtinebimꝰ eos. Tu g̊ verbum h̄ fac. Amoue reges singulos ab exercitu tuo ⁊ pone ṗncipes ꝓ eis. ⁊ instaura numeꝝ militū q ceciderūt de tuis. ⁊ eq̊s ſm equos ṗstinos. ⁊ currꝰ ſm currus q̊s ante habuisti. ⁊ pugnabimꝰ ꝯ eos in cāpestribus. ⁊ videbis ꝙ obtinebimus eos. Credidit cōsilio eoꝝ. ⁊ fecit ita. Igit̄ postq̄ꝫ annos trāsierat recēsuit benadab syrios ⁊ ascendit in affec vt pugnaret ꝯ israel. Porro filij israel recēsiti sūt. et acceptis cibarijs ꝓfecti ex aduerso. castraqꝫ metati sunt ꝯ eos quasi duo ꝑui greges capraꝝ: syri aūt repleuerūt terram. Et accedēs vnus vir dei dixit ad regeꝫ israel. Hec dicit dn̄s. Quia dixerūt syri. deꝰ mōtiū ē dominꝰ. ⁊ nō ē deꝰ valliū: dabo oēm multitudinē hāc grandē in manu tua. ⁊ scietis qꝛ ego sū dn̄s. Dirigebātqꝫ septē diebus ex aduerso hi atqꝫ illi acies. septima aūt die cōmissū ē bellū. Percusserūtqꝫ filij israel de syris cētū milia peditū in die vna. Fugerūt aūt syri q remanserūt in affec in ciuitatem. ⁊ cecidit murꝰ suꝑ viginti septē milia hoīum q remanserāt. Porro benadab fugiēs ingressus ē ciuitatē in cubiculū qđ erat intra cubiculū. dixeruntqꝫ ei ſui sui. Ecce audiuimus ꝙ reges domus israel clemētes sūt. Ponamꝰ itaqꝫ saccos in lumbis nr̄is ⁊ funiculos in capitibus nr̄is ⁊ egrediamur ad regē israel: foꝛsitā saluabit aīas nr̄as. Accinxerūt saccis lumbos suos: ⁊ posuerunt funiculos in capitibus. veneruntqꝫ ad regē israel. ⁊ dixerūt ei. Seruꝰ tuus benadab dic̄ Viuat oꝛo te aīa mea. Et ille ait. Si adhuc viuit. frat̄ meus ē. Qđ acceperunt viri ꝓ omine. ⁊ festināntes rapuerūt ꝟbū ex oꝛe eiꝰ atqꝫ dixerūt Frater tuus benadab viuit. Et dixit eis. Ite ⁊ adducite eū ad me. Egressus ē g̊ ad eum benadab. ⁊ leuabit eū in currum suum. Qui dixit ei Ciuitates quas tulit pr̄ meꝰ a pr̄e tuo reddā. et plateas fac tibi in damasco sicut fecit pat̄ meus

in samaria: ⁊ ego federatus recedam a te. Pe-
pigit ḡ fedus ⁊ dimisit eũ. Tũc vir qdaꝫ ð filijs
ꝓphetaꝝ dixit ad sociũ suuꝫ i sermõe dñi. Per
cute me. At ille noluit percutere. Cui ait. Quia
noluisti audire vocẽ dñi, ecce recedes a me ⁊ ꝑ-
cutiet te leo. Cũq; paululum recessisset ab eo in
uenit eũ leo atq; ꝑcussit. Sed ⁊ alteꝝ iueniẽs vi
rum dixit ad eũ. Percute me. Qui percussit eũ
⁊ vulnerauit. Abijt ergo ꝓpheta ⁊ occurrit re-
gi i via. ⁊ mutauit asꝑsione pulueris os ⁊ ocu-
los suos. Cũq; rex trãsisset: clamauit ad regem
⁊ ait. Seruus tu⁹ egressus est ad ꝑliãdũ comin⁹
cũq; fugisset vir vnus. adduxit eũ qdã ad me et
ait. Custodi virũ istuꝫ. Qui si lapsus fuerit erit
anima tua ꝓ aĩa eius. aut talentũ argẽti appen
dẽs. Dum auteꝫ ego turbatus huc ⁊ illucq; me
verterẽ: subito non compar[illegible] Et ait rex isrł
ad eũ. Hoc est iudicium tuum qð ipe decreuisti
At ille statim abstersit puluerem de facie sua: et
cognouit eũ rex israel ꝙ esset de ꝓphetis. Qui
ait ad eũ. Hec dicit dñs. Quia dimisisti viꝝ di
gnum morte de manu tua: erit aĩa tua ꝓ anima
eius. ⁊ ppł's tuus ꝓ popło eius. Reuersus est
igiť rex israel i domũ suã audire ꝯtẽnens: ⁊ furi
bundus venit in samariam.

XXI

Ost vba aũt hec tpe illo vinea erat na
both iezrahelite q erat in iezrahel iuxta
palatium achab regł samarie. Locut⁹ ẽ
ergo achab ad naboth dicens. Da mihi vineaꝫ
tuam vt faciam mihi hortũ olerũ: q2 vicina est ⁊
ꝓpe domum meam. Daboq; tibi ꝓ ea vineaꝫ
meliorem: aut si comodius tibi putas argenti ꝑ
cium quantũ digna est. Cui respondit naboth.
Propicius sit mihi dominus ne dem heredita
tem patrum meorum tibi. Venit ergo achab in
domum suam indignans et frendens suꝑ ver-
bo quod locutus fuerat ad eum naboth iezrahe
lites dicens. non dabo tibi hereditatem patrum
meorum. Et ꝓijciens se in lectuluꝫ suum auer
tit faciem suã ad ꝑietẽ ⁊ non comedit panẽ. In
gressa est autẽ ad eũ iezabel vxor sua: dixitq; ei.
Quid est hoc: vnde aĩa tua ꝯtristata est: ⁊ quař
nõ comedis panẽ. Qui rñdit ei. Locutus sum
naboth iezrahelite: ⁊ dixi ei. Da mihi vineã tu
am accepta pecunia. Aut si tibi placet dabo tibi
vineam meliorem pro ea. Et ille ait. Nõ dabo
tibi vineaꝫ meã. Dixit ergo ad eũ iezabel vxor
ei⁹. Grãdis auctoritatis es: ⁊ bñ regis regnuꝫ
israel. Surge ⁊ comede panẽ. ⁊ eq̃ aĩo esto. ego
dabo tibi vineam naboth iezrahelite. Scripsit
itaq; litteras ex noĩe achab. ⁊ signauit eas ãnu
lo eius. et misit ad maiores natu et optiates qui
erãt in ciuitate ei⁹ ⁊ habitabãt cũ naboth. Lraꝝ
aũt hec erat snia. Predicate ieiuniũ ⁊ sedere fa
cite naboth iť ꝑmos ppłi: ⁊ submittite duos vi
ros filios belial ꝯ eũ. ⁊ falsum testimoniũ dicãt
benedixit naboth deũ ⁊ regem. ⁊ educite eũ et
lapidate. sicq; moriať. Fecerũt ergo ciues eius
maiores natu ⁊ optimates q habitabant cuꝫ eo
in vrbe. sicut preceperat eis ieçabel. ⁊ sicut scri
ptũ erat in lřis quas miserat ad eos. Predica
uerũt ieiuniũ ⁊ sedere fecerũt naboth iť ꝑmos
populi. et adductis duob⁹ viris filijs diaboli fe
cerũt eos sedere ꝯ eũ. At illi. s. vt viri diabolici
dixerũt ꝯ eũ testimoniũ corã multitudine. Be
nedixit naboth deũ et regẽ. Quãobrem eduxe
rũt eũ extra ciuitatem. et lapidib⁹ interfecerunt
Miserũtq; ad iezabel dicẽtes. Lapidat⁹ ẽ na-
both et mortu⁹ est. Factũq; est aũt cuꝫ audisset
ieçabel lapidatũ naboth et mortuuꝫ. locuta ẽ ad
achab. Surge possidc vineã naboth ieçraheli
te q noluit tibi acqescere. et dare eaꝫ accepta pe
cunia. Nõ eni viuit naboth sed mortu⁹ ẽ. Qð
cuꝫ audisset achab mortuum videlicet naboth.
surrexit et descẽdebat in vineã naboth iezrahe
lite vt possideret eaꝫ. Fact⁹ ẽ igiť sermo dñi ad
heliã thesbiten dicẽs. Surge. descẽde in occur
sũ achab regis israel q ẽ i samaria. Ecce ad vi
neã naboth descẽdit vt possideat eã. Et loq̃ris
ad eũ dicens. Hec dicit dñs de⁹. Occidisti in
suꝑ et possedisti. Et post hec addes. Hec dicit
dñs. In loco h i q̊ linxerũt canes sanguinẽ na
both lãbẽt q̊ꝫ sanguinẽ tuũ. Et ait achab ad he
liã. Nũ iuenisti me inimice meus. Qui dixit.
Inueni. eo ꝙ venũdat⁹ sis vt faceres malum i
ꝯspectu dñi. Hec dicit dñs. Ecce ego inducaꝫ
suꝑ te malũ. ⁊ demetã posteriora tua. et interfi
ciã de achab mingẽtẽ ad parietẽ et clausũ et vl
timũ in isrł. Et dabo domũ tuaꝫ sicut domum
hieroboã filij nabath: et sicut domũ baasa filij
ahia: q2 egisti vt me ad iracũdiã ꝓuocares. et
peccare fecisti isrł. Sꝫ et de iezabel locut⁹ ẽ dñs
dicẽs. Canes comedẽt iezabel i agro iezrahel
Si mortu⁹ fuerit achab in ciuitate. comedẽt eũ
canes: si aũt mortu⁹ fuerit in agro. comedẽt eũ
volucres celi. Igiť nõ fuit alter talł sicut achab
q venundat⁹ est vt faceret malũ in ꝯspectu dñi
Cõcitauit enim eũ iezabel vxor sua. et abhomi
nabilis fact⁹ est intantum vt sequereť idola q̃ fe
cerãt ãmorrei quos consũpsit dominus a facie
filioꝝ israel. Itaq; cũ audisset achab sermões
istos. scidit vestimenta sua et opuit cilitio car-
nem suã. ieiunauitq; ⁊ dormiuit in sacco. ⁊ am
bulauit demisso capite. Et factus ẽ ꝯmo dñi ad

helīā thesbitē dicēs. Nōne vidisti humiliatum
achab corā me. Quia igit̄ humiliatꝰ est mei cā
nō inducā malū in diebus eius. sed in diebꝰ fi/
lij sui inferā malū domui eiꝰ.

XXII

Transierūt igit̄ tres anni absqꝫ bello i/
ter syriā ⁊ israel. In anno aūt tertio de
scendit iosaphat rex iuda ad regē israel
Dixitqꝫ rex israel ad s̄uos suos. Ignoratis ꝙ
nostra sit ramoth galaad. ⁊ negligimus tollere
eā d̄ manu regis syrie. Et ait ad iosaphat. Ve
nies ne mecū ad p̄liandum in ramoth galaad.
Dixitqꝫ iosaphat ad regē israel. Sicut ego sū.
ita ⁊ tu. Populus meus ⁊ populus tuꝰ vnum
sūt. ⁊ eqtes mei eqtes tui. Dixitqꝫ iosaphat ad
regē israel. Quero oro te hodie s̄monem dn̄i.
Cōgregauit ḡ rex israel ꝓphas quadringētos
circit̄ viros. ⁊ ait ad eos. Ire debeo in ramoth
galaad ad bellādū. an qescere. Qui r̄nderunt.
Ascēde. ⁊ dabit eaꝫ dn̄s in manu regis. Dixit
aūt iosaphat. Nō ē h̄ ꝓpha dn̄i q̄spiā vt inter/
rogemꝰ ꝑ eū. Et ait rex israel ad iosaphat. Re/
mansit vir vnꝰ ꝑ quē possumꝰ interrogare dn̄ꝫ
sed ego odi eū: q2 nō ꝓphat mihi bonū sed ma
lū. micheas filiꝰ iemla. Cui iosaphat ait. Ne lo
quaris ita rex. Vocauit ḡ rex israel eunuchum
quēdā ⁊ dixit ei. Festina adducere micheā filiū
iemla. Rex aūt israel ⁊ iosaphat rex iuda sede/
bant vnusq̄sqꝫ in solio suo vestiti cultu regio i
area iuxta ostiū porte samarie. ⁊ vniuerse ꝓphe
ꝓphabant in conspectu eoꝝ. Fecit qꝫ sibi sede
chias filius chanaam cornua fer ea. ⁊ ait. Hec
dicit dn̄s. His vētilabis syriā donec deleas eā
Oēsqꝫ ꝓphe simılit̄ ꝓphabant dicētes. Ascē
de in ramoth galaad ⁊ vade ꝓspe. ⁊ tradet do/
minus in manꝰ regis. Nūciꝰ vo q̄ ierat vt vo
caret micheā locutꝰ ē ad eū dicēs. Ecce sermo/
nes ꝓphetaꝝ ore vno regi bona p̄dicāt. Sit ḡ
sermo tuus silis eoꝝ. ⁊ loq̄re bona. Cui miche
as ait. Viuit dn̄s: q2 q̄dcunqꝫ dixerit mihi dn̄s
hoc loquar. Venit itaqꝫ ad regem. ⁊ ait illi rex
Michea. ire debemꝰ in ramoth galaad ad p̄liā
dū: an cessare. Cui ille respōdit. Ascende ⁊ va
de ꝓspere. ⁊ tradet dn̄s in manu regis. Dixit
aūt rex ad eū. Iteꝝ atqꝫ iteꝝ adiuro te vt non
loquaris mihi nisi q̄d verū ē in noīe dn̄i. Et il/
le ait. Vidi cūctū israel dispsū in mōtibus quasi
oues nō hn̄tes pastorē. Et ait dn̄s. Nō habent
isti dn̄m. reuertat̄ vnusq̄sqꝫ in domū suā in pa
ce. Dixit ḡ rex israel ad iosaphat. Nūqd nō di
xi tibi q2 nō ꝓphetat mihi bonū sed semꝑ malū
Ille vero addēs ait. Propt̄ hoc audi sermonē
dn̄i. Vidi dn̄m sedentē suꝑ soliū suū. ⁊ omnem
exercitū celi assistentem ei a dextris ⁊ a sinistris
Et ait dn̄s. Quis decipiet achab regē israel vt
ascēdat ⁊ cadat in ramoth galaad. Et dixit vnꝰ
verba huiuscemodi ⁊ alius alit̄. Egressus ē āt
spūs. ⁊ stetit corā dn̄o. ⁊ ait. Ego decipiā illum
Cui locutus ē dn̄s. In quo. Et ille ait. Egre/
diar. ⁊ ero spūs mēdax in ore oium ꝓphetaruꝫ
eius. Et dixit dn̄s. Decipies ⁊ p̄ualebis egre/
dere ⁊ fac ita. Nūc igit̄ ecce dedit dn̄s spm̄ mē
dacij in ore oium ꝓphaꝝ tuoꝝ q̄ hic sunt. ⁊ do
minus locutꝰ ē ꝯ te malū. Accessit aūt sedechias
filius chanaā. ⁊ ꝑcussit micheā in maxillā. ⁊ di
xit. Me ne ḡ dimisit spūs domini ⁊ locutus est
tibi. Et ait micheas. Visurus es in die illa qn̄
ingredieris cubiculū intra cubiculū vt abscōda
ris. Et ait rex israel. Tollite micheam ⁊ mane
at apud āmon principem ciuitatis et apud ioas
filiū amalech: ⁊ dicite eis. Hec dicit rex. Mit/
tite virum istum in carcerem. ⁊ sustentate eum
pane tribulationis ⁊ aqua angustie: donec re/
uertar in pace. Dixitqꝫ micheas. Si reuersus
fueris in pace nō ē locutus in me dn̄s. Et ait.
Audite populi omnes. Ascendit itaqꝫ rex isra/
el ⁊ iosaphat rex iuda in ramoth galaad. Dixit
itaqꝫ rex israel ad iosaphat. Sume arma. ⁊ in/
gredere p̄lium ⁊ induere vestibus tuis. Por/
ro rex israel mutauit habitū suū. ⁊ ingressus est
bellum. Rex aūt syrie preceperat p̄ncipibꝰ cur
ruū trigintaduobus dicens. Non pugnabitis
ꝯtra minorē ⁊ maiorē quēpiā nisi cōtra regem
israel solū. Cū ergo vidissent p̄ncipes curruuꝫ
iosaphat suspicati sūt ꝙ ipse esset rex israel. ⁊ ipe
tu facto pugnabāt ꝯtra eū. Et exclamauit iosa/
phat. Intellexerūtqꝫ p̄ncipes curruum q̄d nō
eēt rex israel. ⁊ cessauerūt ab eo. Vir aūt q̄dam
tetendit arcū in incertū sagittā dirigens. ⁊ casu
ꝑcussit regē israel int̄ pulmonē ⁊ stomachum.
At ille dixit aurige suo. Verte manum tuaꝫ. ⁊
eijce me de exercitu: q2 grauiter vulneratus sū
Cōmissū ē ergo p̄liū in die illa. Et rex israel sta
bat in curru suo ꝯtra syros. ⁊ mortuꝰ ē vespere
Fluebat aūt sanguis plage in sinū currus. ⁊ p̄/
co insonuit in vniuerso exercitu anteqꝫ sol occū
beret dicēs. Vnusq̄sqꝫ reuertat̄ in ciuitatē ⁊ in
terrā suā. Mortuus ē aūt rex ⁊ platus est in sa
mariā. Sepelierūtqꝫ regē in samaria ⁊ lauerūt
currū eius in piscina samarie. ⁊ linxerūt canes
sanguinē eiꝰ. ⁊ habenas lauerūt iuxta verbum
dn̄i q̄d locutꝰ fuerat. Reliqua āt s̄monū achab
⁊ vniuersa q̄ fecit ⁊ domꝰ eburnea quā edifica/
uit cūctarūqꝫ vrbiū quas extruxit. nōne hec scri
pta sūt in libro sermonū dieꝝ regū israel. Dor/

miuit ḡ achab cū pr̄ibus suis: ꝛ regnauit ocho/ zias fili⁹ eius ꝓ eo. Josaphat ꝟo fili⁹ asa regna re cepat sup iudā āno q̄rto achab regis isrl̄. Tri gintaqnq; ānoꝝ erat cū regnare cepisset: ꝛ vigi tiqnq; ānis regnauit in irl̄m. Nomē m̄ris eius azuba filia salai. Et ambulauit i oi via asa p̄ris sui: ꝛ nō declinauit ex ea. Fecitq; quod rectū est in conspectu dn̄i: verūtamen excelsa non abstu/ lit. Adhuc.n. populus sacrificabat ꝛ adolebat incensum in excelsis. Paceq; habuit iosaphat cū rege israel. Reliq̄ aūt ꝟboꝝ iosaphat ꝛ opa eius q̄ gessit ꝛ p̄lia. nōne hec scripta sūt in libro ꝟborum dierū regū iuda. Sed ꝛ reliquias effe minatoꝝ q̄ remāserāt in dieb⁹ asa p̄ris ei⁹ abstu/ lit de tra. Nec erat tūc rex ꝯstitut⁹ i edom. Rex ꝟo iosaphat fecerat classes in mari que nauiga rent in ophir ꝓpter aurū: ꝛ ire nō potuerūt: qa ꝯfracte sunt in asyongaber. Tūc ait ochozias fi lius achab ad iosaphat. Vadant serui mei cum seruis tuis in nauib⁹. Et noluit iosaphat. Dor mivitq; iosaphat cum p̄ribus suis: ꝛ sepult⁹ est cū eis in ciuitate dauid patris sui. regnauitq; io rā filius eius ꝓ eo. Ochozias aūt filius achab regnare cepat sup isrl̄ in samaria āno septiode/ cimo iosaphat regis iuda: regnauitq; sup israel duob⁹ ānis. Et fecit malū i ꝯspectu dn̄i. ꝛ ābu lauit in via patris sui ꝛ matris sue ꝛ i via hiero boā filij nabath q peccare fecit israel. Seruiuit q; baal ꝛ adorauit eū. ꝛ irritauit dominū deum israel iuxta omnia que fecerat pater eius.

¶ Explicit primus liber Malachim. i. Regū tertius. ¶ Incipit secundus liber Malachim idest quartus regum. Capitulum. I

P Reuaricatus est aūt moab in israel postq; mortuus ē achab. Ceciditq; ochozias p cancellos cenaculi sui: q̄ habebat in samaria ꝛ egrotauit misit q; nuncios dicens ad eos. Jte ꝯsulite beelze/ bub deum acceron: vtrū viuere queam de ifir mitate mea hac. Angelus aūt dn̄i locutus ē ad heliam thesbiten dicens. Surge ascēde i occur sū nuncioꝝ regis samarie: ꝛ dices ad eos. Nū quid nō est deus in israel vt eatis ad cōsulēdū beelzebub deum accaron. Quāobrē hec dicit dn̄s. De lectulo sup quē ascēdisti nō descēdes. sed morte morieris. Et abijt helias: reuersiq; sūt nūcij ad ochoziā. Qui dixit eis. Quare re uersi estis. At illi rn̄derunt ei. Vir occurrit no bis: ꝛ dixit ad nos. Jte reuertimini ad regem qui misit vos. ꝛ dicetis ei. Hec dicit dominus. Nunqd q̄ nō erat deus in israel: mittis vt ꝯsu lar̄ beelzebub deus accaron. Jccirco de lectulo sup quē ascēdisti nō descēdes: sed morte morie ris. Qui dixit eis. Cuius figure ꝛ habitus est vir qui occurrit vobis. ꝛ locutus ē verba hec. At illi dixerūt. Vir pilosus ꝛ zona pellicea ac/ cinct⁹ renib⁹. Qui ait. Helias tesbites ē. Mi sitq; ad eū qnquagenariū p̄ncipē. ꝛ qnquagin ta q erāt sub eo. Qui ascēdit ad eū: sedentiq; in vertice mōtis ait. Homo dei: rex p̄cepit vt de/ scēdas. Respōdensq; helias. dixit qnquagena rio. Si homo dei sum. descendat ignis de celo ꝛ deuoret te ꝛ quinquaginta tuos. Descēdit er go ignis de celo. ꝛ deuorauit eum. ꝛ quinqua/ ginta qui erant cum eo. Rursūq; misit ad eum p̄ncipē quinquagenariū alteꝝ. ꝛ quinquaginta cuz eo. Qui locutus est illi. Homo dei: hec di cit rex. Festina. descende. Rn̄dens helias ait. Si hō dei ego sū: descendat ignis de celo ꝛ de/ uoret te ꝛ qnquaginta tuos. Descendit ḡ ignis de celo ꝛ deuorauit illū. ꝛ quinquagita ei⁹. Jte rū misit p̄ncipem quinquagenariū tertiū. ꝛ qn quaginta q erant cū eo. Qui cū venisset curua uit genua ꝯtra heliā. ꝛ p̄cat⁹ ē eū ꝛ ait. Homo dei: noli despicere aiā meā. ꝛ aias ꝟuoꝝ tuoꝝ qui mecū sunt. Ecce descendit ignis de celo: et deuorauit duos p̄ncipes quinquagenarios p̄/ mos. ꝛ quinquagenos q cū eis erāt. Sed nunc obsecro vt miserearis aie mee. Locutus ē autē angelus dn̄i ad heliā dicēs. Descende cum eo Ne timeas. Surrexit igit̄ ꝛ descendit cū eo ad regē. ꝛ locut⁹ ē ei. Hec dicit dn̄s. Quia misisti nūcios ad cōsulendū beelzebub deum accaron quasi nō eēt deus in israel a quo posses interro gare s̄monē. ideo de lectulo sup quē ascendisti nō descēdes: sed morte morieris. Mortu⁹ ē āt iuxta s̄monē dn̄i quē locut⁹ ē helias ꝛ regnauit iorā frat̄ eius ꝓ eo: anno secundo iorā filij iosa phat regis iude. Nō eni habebat filiū. Reliq̄ aūt ꝟboꝝ ochozie q̄ opatus est. nōne hec scri pta sūt i libro s̄monū dieꝝ regū israel. II

F Actū ē aūt cū leuare vellet dn̄s heliam p turbinē in celū: ibant helias ꝛ helise us de galgalis. Dixitq; helias ad heli seum. Sede hic: quia dn̄s misit me vsq; ad be thel. Cui ait heliseus. Viuit dn̄s. ꝛ viuit ani/ ma tua. q̄ nō d̄relinquā te. Cūq; descēdissent bethel: egressi sunt filij ꝓphaꝝ qui erant in be thel ad heliseū. ꝛ dixerūt ei. Nunquid nosti: q̄ hodie dn̄s tollet dn̄m tuum a te. Qui rn̄dit. Et ego noui. Silete. Dixit autem helias ad helise um. Sede hic. q̄ dominus misit me i hiericho Et ille ait. Viuit domin⁹. ꝛ viuit aia tua. quia non derelinquam te. Cūq; venissent hiericho

accesserunt filij prophetarum qui erant in hiericho ad heliseum. et dixerunt ei. Numquid nosti: quia dominus hodie tollet dominum tuum a te. Et ait. Et ego noui. Silete. Dixit autem ei helias. Sede hic quia dominus misit me usque ad iordanem. Qui ait. Viuit dominus: et viuit anima tua: quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter. et quinquaginta viri de filijs prophetarum secuti sunt eos. Qui et steterunt econtra longe. Illi autem ambo stabant super iordanem. Tulitque helias pallium suum et inuoluit illud. et percussit aquas que diuise sunt in vtramque partem et transierunt ambo per siccum. Cumque transissent: helias dixit ad heliseum. Postula quod vis. vt faciam tibi antequam tollar a te. Dixitque heliseus. Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus. Qui respondit. Rem difficilem postulasti. Attamen si videris me quando tollar a te. erit quod petisti: si autem non videris non erit. Cumque pergerent et incedentes sermocinarentur: ecce currus igneus et equi ignei diuiserunt vtrumque. Et ascendit helias per turbinem in celum. Heliseus autem videbat. et clamabat. Pater mi. pater mi. currus israel et auriga eius. Et non vidit eum amplius. Apprehenditque vestimenta sua et scidit illa in duas partes. Et leuauit pallium helie quod ceciderat ei. Reuersusque stetit super ripam iordanis: et pallio helie quod ceciderat ei percussit aquas. et non sunt diuise. Et dixit. Vbi est deus helie etiam nunc. Percussitque aquas et diuise sunt huc atque illuc: et transijt heliseus. Videntes autem filij prophetarum qui erant in hiericho de econtra dixerunt Requieuit spiritus helie super heliseum. Et venientes in occursum eius adorauerunt eum proni in terram. dixeruntque illi. Ecce cum seruis tuis sunt quinquaginta viri fortes. qui possunt ire. et querere dominum tuum: ne forte tulerit eum spiritus domini. et proiecerit eum in vnum montium aut in vnam vallium. Qui ait. Nolite mittere. Coegeruntque eum: donec acquiesceret et diceret Mittite. Et miserunt quinquaginta viros. Qui cum quesissent tribus diebus non inuenerunt. Et reuersi sunt ad eum. At ille habitabat in hiericho. et dixit eis. Numquid non dixi vobis: nolite mittere. Dixerunt quoque viri ciuitatis ad heliseum. Ecce habitatio ciuitatis huius optima est sicut tu ipse domine perspicis: sed aque pessime sunt: et terra sterilis. At ille ait. Afferte mihi vas nouum. et mittite in illud sal. Quod cum attulissent: egressus ad fontem aquarum misit in illud sal. et ait. Hec dicit dominus. Sanaui aquas has. et non erit vltra in eis mors: neque sterilitas. Sanate sunt ergo aque vsque in diem hanc: iuxta verbum helisei quod locutus est. Ascendit autem inde heliseus in bethel. Cumque ascenderet per viam. pueri parui egressi sunt de ciuitate et illudebant ei dicentes. Ascende calue: ascende calue. Qui cum respexisset vidit eos. et maledixit eis in nomine domini. Egressique sunt duo vrsi: de saltu et lacerauerunt ex eis quadragintaduos pueros Abijt autem inde in montem carmeli. et inde reuersus est in samariam.

III

Ioram vero filius achab regnauit super israel in samaria: anno decimooctauo iosaphat regis iude. Regnauitque duodecim annis. et fecit malum coram domino: sed non sicut pater suus et mater. Tulit enim statuas baal quas fecerat pater eius verumtamen in peccatis hieroboam filij nabath qui peccare fecit israel adhesit: nec recessit ab eis. Porro mesa rex moab nutriebat pecora multa. et soluebat regi israel centum milia agnorum et centum milia arietum cum velleribus suis. Cumque mortuus fuisset achab: preuaricatus est fedus quod habebat cum rege israel. Egressus est igitur rex ioram in die illa de samaria. et recensuit vniuersum israel: misitque ad iosaphat regem iuda dicens. Rex moab recessit a me: veni mecum contra eum ad prelium. Qui respondit. Ascendam. Qui meus est tuus est. populus meus populus tuus. et equi mei. equi tui. Dixitque. Per quam viam ascendemus. At ille respondit. Per desertum idumee. Perrexerunt igitur rex israel et rex iuda et rex edom. et circuierunt per viam septem dierum: nec erat aqua exercitui et iumentis que sequebantur eos. Dixitque rex israel. Heu heu heu. Congregauit nos dominus tres reges. vt traderet in manu moab. Et ait iosaphat Est ne hic propheta domini: vt deprecemur dominum per eum. Et respondit vnus de seruis regis israel. Est hic heliseus filius saphat qui fundebat aquam super manus helie. Et ait iosaphat. Est apud eum sermo domini. Descenditque ad eum rex israel et iosaphat rex iuda et rex edom. Dixit autem heliseus ad regem israel. Quid mihi et tibi est. Vade ad prophetas patris tui et matris tue. Et ait illi rex israel. Quare congregauit dominus tres reges hos vt traderet eos in manus moab. Dixit ad eum heliseus Viuit dominus exercituum in cuius conspectu sto: quod si non vultum iosaphat regis iude erubescere: non attendissem quidem te: nec respexissem. Nunc autem adducite mihi psalten. Cumque caneret psaltes facta est super eum manus domini Et ait hec dicit dominus. Facite alueum torrentis huius fossas et fossas Hec enim dicit dominus. Non videbitis ventum neque pluuiam. et alueus iste replebitur aquis. et bibetis vos et familie vestre et iumenta vestra. Paruumque est hoc in conspectu domini: insuper tradet etiam moab in manus vestras Et percutietis omnem ciuitatem munitam et omnem vrbem electam et vniuersum lignum fructiferum succidetis cunctosque fontes aquarum obturabitis et omnem

agrū egregiū operietis lapidib⁹. Factū est igit̄ mane qñ sacrificiū offerri solet: et ecce aque ve/niebāt per viam edō. ꝛ repleta est terra aquis. Vniuersi aūt moabite audiētes ꝙ descēdissent tres reges vt pugnarent aduersus eos cōuoca uerunt oēs qui accincti erant baltheo desuper ꝛ steterūt in terminis. Primoqꝫ mane surgē/tes. ꝛ orto iam sole ex aduerso aquaꝝ: viderūt moabite ecōtra aq̄s rubras q̄si sanguinē: dixe/rūtqꝫ. Sanguis gladij ē. Pugnauerūt reges ꝯtra se ꝛ cesi sunt mutuo. Nūc perge ad predā moab. Perrexerūtqꝫ in castra isrl'. Porro cō/surgēs israel pcussit moab: a tilli fugerūt corā eis. Venerūt igit̄ q vicerāt ꝛ pcusserunt moab ꝛ ciuitates destruerūt: ꝛ oēm agrum optimum mittētes singuli lapides repleuerūt. ꝛ vniuer/sos fōtes aquaꝝ obturauerunt. et oīa ligna fru ctifera succiderunt: ita vt muri tm̄ fictiles rema nerēt. Et circundata ē ciuitas a fūdibularijs: ꝛ magna ex pte pcussa. Qđ cum vidisset rex mo ab ꝑualuisse. s. hostes tulit secum septingentos viros educētes gladios vt irrumperēt ad re/gē edom. ꝛ nō potuerunt. Arripiensqꝫ filium suū ꝓmogenitū q regnaturus erat ꝓ eo: obtulit holocaustū sup murum. et facta est indignatio magna in israel Statimqꝫ recesserūt ab eo et re uersi sunt in terrā suam. IIII

Mulier autē q̄dā de vxorib⁹ ꝓphetaruꝫ clamabat ad heliseuꝫ dicēs: Seru⁹ tu⁹ vir meus mortu⁹ ē: ꝛ tu nosti q2 fu⁹ tu⁹ fuit timens deuꝫ. Et ecce creditor venit vt tol/lat duos filios meos ad seruiēdum sibi. Cui di xit heliseus. Quid vis vt faciā tibi? Dic mihi Quid habes in domo tua? At illa rñdit. Non habeo ancilla tua quicq̄ꝫ in domo mea nisi paꝝ olei quo vngar. Cui ait. Vade. pete mutuo ab omnib⁹ vicinis tuis vasa vacua nō pauca. ꝛ in gredere et claude ostium tuum cum intrinsec⁹ fueris tu ꝛ filij tui. ꝛ mitte inde in omnia vasa hec. ꝛ cū plena fuerint tolles. Iuit itaqꝫ mulier ꝛ clausit ostiuꝫ super se ꝛ super filios suos. Illi offerebāt vasa. ꝛ illa infundebat. Cumqꝫ plena fuissent vasa: dixit ad filium suū. Affer mihi ad huc vas. Et ille respondit. Non habeo. Stetit qꝫ oleum. Venit autem illa et indicauit homini dei. Et ille. Vade inq̄t vende oleū ꝛ redde cre ditori tuo: tu aūt ꝛ filij tui viuite de reliquo. Fa cta est aūt quedā dies: ꝛ trāsibat heliseus per su nā ciuitatē. Erat aūt ibi mulier magna: que te/nuit eū vt comederet panē. Cūqꝫ freq̄nter in de trāsiret: diuertebat ad eā vt comederet panē Que dixit ad viꝝ suum. Animaduerto ꝙ vir dei

sanct⁹ ē iste: q trāsibit ꝑ nos freq̄nt̄. Faciam⁹ ergo cenaculū puū: ꝛ ponam⁹ ei in eo lectulū et mēsam ꝛ sellam ꝛ candelabrū: vt cū venerit ad nos maneat ibi. Facta ē ergo dies q̄dā ꝛ veni ens diuertit in cenaculū: ꝛ requieuit ibi. Dixit qꝫ ad giezi puerū suū. Voca sunamiten istam. Qui cū vocasset eam: ꝛ illa stetisset coram eo: dixit ad pueꝝ suum. Loquere ad eam. Ecce se/dule in oīb⁹ ministrasti nobis: qd vis vt faciaꝫ tibi? Nūquid habes negociuꝫ: ꝛ vis vt loquar regi siue principi militie: Que respōdit In me dio populi mei habito. Et ait: Quid ergo vult vt faciam ei. Dixitqꝫ giezi. Ne queras Filiuꝫ eni nō habet. ꝛ vir ei⁹ senex est. Precepit itaqꝫ vt vocaret eā. Que cuꝫ vocata fuisset ꝛ stetisset ante ostium dixit ad eā. In tpe isto in hac eadē hora si vita comes fuerit: hēbis in vtero filiū: At illa. Noli queso dñe mi vir dei: noli mentiri ancille tue. Et ꝯcepit mulier ꝛ pepit filiū in tpe ꝛ in hora eadē: q̄ dixerat helise⁹. Creuit aūt pu er. ꝛ cū eēt q̄dā dies ꝛ egressus isset ad patrem suū ad messores: ait pr̄i suo. Caput meū doleo: caput meū doleo: At ille dixit pueri suo. Tolle ꝛ duc eum ad matrē suam. Qui cum tulisset et duxisset eū ad matrē suam: posuit eum illa sup genua sua vsqꝫ ad meridiē: ꝛ mortu⁹ est. Ascē dit aūt ꝛ collocauit eū sup lectū hoīs dei ꝛ clau/sit hostium. Et egressa vocauit virū suum. Et ait. Mitte mecū obsecro vnū de pueris ꝛ asinā vt excurrā vsqꝫ ad hoīem dei. ꝛ reuertar. Qui ait illi: Quā ob causam vadis ad euꝫ? Hodie nō sūt calēde neqꝫ sabbatū. Que respōdit. Va daꝫ. Strauitqꝫ asinā ꝛ precepit puero. Mina ꝛ ꝑpera ne mihi morā facias in eundo: et hoc age qđ precipio tibi. Profecta est igit̄: ꝛ venit ad virū dei in montē carmeli. Cūqꝫ vidisset eā vir dei de cōtra: ait ad giezi pueꝝ suum. Ecce sunamitis illa. Vade ergo in occursū ei⁹: ꝛ dic ei. Recte ne agit̄ circa te ꝛ circa viꝝ tuuꝫ. ꝛ cir ca filiū tuū: Que rñdit. Recte. Cumqꝫ venisset ad viꝝ dei in montē apprehēdit pedes eius. et accessit giezi vt amoueret eā. Et ait homo dei. Dimitte illā. Aia. n. eius in amaritudine ē: ꝛ dñs celauit a me. ꝛ nō indicauit mihi. Que di/xit illi. Nunqd petiui filiū a domino meo? Nū quid non dixi tibi: ne illudas me? Et ille ait ad giezi. Accinge lūbos tuos. ꝛ tolle baculū meuꝫ in manu tua et vade. Si occurrerit tibi homo nō salutes eum. ꝛ si salutauerit te quispiā nō re spondeas illi Et pones baculū meū sup faciem pueri. Porro mater pueri ait. Viuit domin⁹ ꝛ viuit aia tua: nō dimittā te. Surrexit ergo et

secutꝰ est eam. Giezi aūt pcesserat añ eos: ⁊ po
suerat baculū sup faciem pueri. ⁊ non erat vox
neqꝫ sensus. Reuersusqꝫ ē in occursū eiꝰ. ⁊ nū
ciauit ei dicēs: Nō surrexit puer. Ingressus ē
ergo heliseus domū: ⁊ ecce puer mortuus iace
bat in lectulo eius. Ingressusqꝫ clausit ostium
super se ⁊ sup puerum ⁊ orauit ad dominū. Et
ascendit ⁊ incubuit sup pueꝝ: posuitqꝫ os suū
sup os eius. ⁊ oculos suos super oculos eius:
⁊ manꝰ suas sup manꝰ eius. ⁊ icuruauit se sup
eum. ⁊ calefacta ē caro pueri. At ille reuersus
deambulabat in domo semel huc atqꝫ illuc: et
ascēdit ⁊ incubuit sup eū. Et oscitauit puer se-
pties: apuitqꝫ oculos. Et ille vocauit giezi ⁊ di
xit ei. Voca sunamiten hanc. Que vocata in-
gressa est ad eū. Qui ait. Tolle filium tuū. Ve
nit illa ⁊ corruit ad pedes eius ⁊ adorauit sup
terrā. Tulitqꝫ filiū suū ⁊ egressa est: et heliseꝰ
reuersus est in galgala. Erat aūt fames i terra
⁊ filij ꝓphetaꝝ habitabāt corā eo: dixitqꝫ vni
de pueris suis Pone ollā grādē. ⁊ coq pulmē
tū filijs ꝓphetaꝝ. Et egressus ē vnꝰ in agrū vt
colligeret herbas agrestes. Inuenitqꝫ qsi vitē
siluestrem: ⁊ colligit ex ea coloquintidas agri ⁊
impleuit palliū suum. ⁊ reuersus cōcidit in ollā
pulmēti. Nesciebat. n. qd esset. Infuderūt er-
go socijs vt comederent Cūqꝫ gustassent de co
ctione: exclamauerunt dicentes. Mors in olla
vir dei. Et nō potuerūt comedere. At ille Af-
ferte inqt farinā. Cūqꝫ tulisset misit in ollam ⁊
ait: Infūde turbe vt comedāt. Et nō fuit am-
plius qcqꝫ amaritudinis in olla Vir aūt quidā
venit de balsalisa deferēs viro dei panes pmi
tiarū: ⁊ viginti panes ordeaceos: ⁊ frumentū
nouū in pera sua. At ille rñdit ⁊ dixit: Da pplo
vt comedat. Rñditqꝫ ei minister eiꝰ. Quantū
ē hoc vt apponā corā cētū viris Rursū ille Da
ait populo vt comedat. Hec eni dicit dñs. Co
medēt. ⁊ supererit. Posuit itaqꝫ corā eis. Qui
comederūt. ⁊ supfuit iuxta vbū dñi. V

Naaman pnceps militie regis syrie erat
vir magnꝰ apud dominū suū. ⁊ hono-
ratus. Per illū. n. dedit dominꝰ salutē
syrie. Erat aūt vir fortis ⁊ diues: sed leprosus
Porro de syria egressi fuerant latrūculi. ⁊ ca-
ptiuā duxerāt de tra israel puellā paruulam: q̄
erat i obsequio vxoris naaman. Que ait ad do
minā suā. Utinā fuisset dñs meꝰ ad prophetā q
est in samaria: ꝑfecto curasset eum a lepra quā
habet. Ingressus ē itaqꝫ naaman ad dñm suū:
⁊ nūciauit ei dicēs. Sic ⁊ sic locuta est puella de
terra israel. Dixitqꝫ ei rex syrie. Vade ⁊ mittā
litteras ad regem israel. Qui cū ꝓfectus eēt et
tulisset secū decē talenta argēti et sex milia aure-
os. ⁊ decē mutatoria vestimentoꝝ: detulit lrās
ad regē israel in hec verba. Cū acceperis episto
lā hāc: scito q miserim ad te naaman seruū meū
vt cures eū a lepra sua. Cūqꝫ legisset rex israel
lrās: scidit vestimēta ⁊ ait. Nūquid deus ego
sum vt occidere possim ⁊ viuificare: qr iste mi-
sit ad me vt curē hoiem a lepra sua: Aiaduerti
te ⁊ videte: quot occasiōes qrat aduersum me.
Qd cū audisset heliseus vir dei: scidisse videlꝫ
regē israel vestimenta sua: misit ad eum dicēs:
Quare scidisti vestimenta tua: Veniat ad me
⁊ sciat eē ꝓphetā in israel. Venit ergo naamā
cū eqs ⁊ currribꝰ: ⁊ stetit ad ostiū domꝰ helisei
Misitqꝫ ad eū heliseus nūciū dicēs: Vade et la
uare septies in iordane. ⁊ recipiet sanitatē caro
tua atqꝫ mūdaberis. Iratus naaman. recede-
bat dicens: Putabā q egrederet ad me ⁊ stās
inuocaret nomen domini sui: et tangeret māu
sua locum lepre. ⁊ curaret me. Nūquid nō me
liores sunt abana et pharfar fluuij damasci oi-
bus aquis israel. vt lauer in eis et mūder: Cū
ergo vertisset se et abiret indignās: accesserūt ad
eū serui sui. et locuti sūt ei. Pater: et si rem gran
dem dixisset tibi ꝓpheta certe facere debueras:
Quanto magis qr nunc dixit tibi lauare et mū
daberis: Descendit et lauit septies in iordane
iuxta sermonē viri dei. et restituta est caro eius
sicut caro pueri paruuli. mūdatus est. Reuer-
susqꝫ ad virum dei cum vniuerso comitatu suo
venit et stetit corā eo et ait. Vere scio q non
sit alius deus in vniuersa terra: nisi tm̄ in israel
Obsecro itaqꝫ vt accipias benedictionē a ser-
uo tuo. At ille rñdit. Viuit dñs ante quem sto
qr nō accipiam. Cūqꝫ vim faceret: penitꝰ nō ac
quieuit. Dixitqꝫ naaman. Ut vis. Sed obsecro
cōcede mihi seruo tuo: vt tollā onꝰ duorum bur
donū de terra. Nō eni faciet vltra seruꝰ tuꝰ ho-
locaustū aut victimā dijs alienis: nisi domino.
Hoc āt solū ē de quo dep̄ceris dñm ꝓ seruo tuo
qn ingrediet dñs meus tēplū remmon vt ado
ret. ⁊ illo initēte sup manum meam. si adoraue
ro in tēplo remmon: adorante eo in eodē loco
vt ignoscat mihi dñs seruo tuo ꝓ hac re. Qui di
xit ei. Vade in pace. Abijt ergo ab eo: electo tē
pore. Dixit giezi puer viri dei. Pepercit dñs
meus naamam syro isti: vt nō acciperet ab eo
q̄ attulit. Viuit dñs qr currā post eū. ⁊ accipiā
ab eo aliquid. Et secutus est giezi post tergum
naaman. Quē cū vidisset ille currentem ad se
desilijt de curru in occursū eiꝰ: ⁊ ait. Recte ne

tuo mina: Et ille ait. Recte. Dñs meus misit me ad te dicẽs. Modo venerūt ad me duo adolescentes de monte effraim. ex filijs pphetarū Da eis talentū argenti et vestes mutatorias duplices. Dixitq3 naaman. Melius est vt accipias duo talenta. Et coegit eū: ligauitq3 duo talenta argenti in duobus saccis et duplicia vestimẽta et imposuit duobus pueris suis: qui et portauerant coram eo. Cūq3 venisset iam vesperi tulit de manu eorū3. et reposuit in domo: dimisitq3 viros et abierūt: ipse aūt ingressus stetit coram dño suo. Et dixit heliseus. Unde venis giezi. Qui rñdit: Nō iuit seruus tuus quoq3. At ille ait. Nõne cor meū in pñsenti erat qñ reuersus ẽ homo de curru suo in occursū tui? Nunc igitur accepisti argentū3: et accepisti vestes: vt emas oliueta et vineas et oues et boues et seruos et ancillas. Sed et lepra naaman adherebit tibi et semini tuo vsq3 in sempiternū. Et egressus ẽ ab eo leprosus nix. VI

Dixerūt autẽ filij pphetarū ad heliseum Ecce locus in q̃ habitam^9 coram te angustus ẽ nobis. Eamus vsq3 ad iordanẽ et tollant singuli de silua materias singulas vt edificem^9 nobis ibi locū ad habitandū. Qui dixit. Ite. Et ait vn^9 ex illis. Veni ḡ τ tu cum seruis tuis. Respõdit: Ego veniā. Et abijt cu3 eis. Cūq3 venissent ad iordanẽ: cedebāt ligna Accidit autem vt cū vnus materia3 succidisset caderet ferrū securis in aquā. Exclamauitq3 ille τ ait: heu heu heu domine mi. τ hoc ipsū mutuo acceperā. Dixit aūt homo dei. Ubi cecidit At ille monstrauit ei locū: Precidit ḡ lignum τ misit illuc. Natauitq3 ferrum. Et ait. Tolle. Qui extendit manū τ tulit illud. Rex autẽ syrie pugnabat ɔtra israel: cõsiliūq3 inijt cū seruis suis dicẽs: In loco illo τ illo ponam^9 insidias Misit itaq3 vir dei ad regẽ israel dicẽs: Caue ne trāseas in locū illū: q2 ibi syri in insidijs sūt. Misit itaq3 rex israel ad locum quẽ dixerat ei. vir dei τ pocupauit eū. τ obseruauit se ibi non semel neq3 bis. Cõturbatūq3 est cor regis syrie p hac re. τ cõuocatis seruis suis ait. Quare nõ indicatis mihi quis proditor mei sit apud regem israel? Dixitq3 vnus seruorū eius. Nequaq3 domine mi rex: s3 helisẽ ppheta q ẽ in isrl' indicat regi isrl' oia vba q̃cūq3 locut^9 fueris in cõclaui tuo. Dixitq3 eis. Ite τ videte vbi sit: vt mittā τ capiā eū. Annunciauerūt ei dicẽtes. Ecce in dothain. Misit ergo illuc equos τ currus et robur exercitus. Qui cum venissent nocte: circūdederunt ciuitatẽ. Consurgens aūt diluculo minister viri dei egressus est: viditq3 exercitū3 in circuitu ciuitatis τ equos τ curr^9. Nunciauitq3 ei dicẽs. Heu heu heu dñe mi quid faciemus: At ille rñdit: Noli timere. Plures eni nobiscū sunt q̃3 cum illis. Cūq3 orasset heliseus ait. Dñe aperi oculos pueri hui^9 vt videat. Et aperuit domin^9 oculos pueri τ vidit: quia ecce mons plen^9 equorum τ currū igneorum in circuitu helisei Hostes vo descẽderūt ad eū. Porro heliseus orauit ad dñm dicẽs. Percutite obsecro gen ẽ hāc cecitate. Percussitq3 eos dñs: ne viderẽt: iuxta verbū helisei. Dixit āt ad eos heliseus. Nõ ẽ hec via: neq3 ista ẽ ciuitas. Sequimini me: τ ostẽdā vobis virum quẽ queritis. Duxit ergo eos in samariā. Cūq3 ingressi fuissent in samariā. dixit heliseus. Dñe aperi oculos istorum vt videāt Aperuitq3 dñs oculos eorum τ viderunt se esse in medio samarie. Dixit rex israel ad heliseū: cū vidisset eos. Nūquid percutiā eos pater mi? Et ille ait. Nõ percuties. Neq3 eni cepisti eos gladio τ arcu tuo: vt percutias S3 pone panẽ τ aquā corā eis: vt comedant τ bibāt: τ vadāt ad dñm suū. Appositaq3 est eis ciborū magna preparatio. Et comederunt τ biberūt: et dimisit eos: abierūtq3 ad dominū suū. Et vltra nõ venerunt latrones syrie in terram isrl'. Factū ẽ aūt post hec cõgregauit benedab rex syrie vniuersū exercitū suū: τ ascẽdit obsidebat samariā. Factaq3 est fames magna in samaria τ tādiu obsessa est donec venundaretur caput asini octoginta argẽteis. τ quarta ps cabi stercoris columbarū quinq3 argenteis. Cūq3 rex israel trāsiret p murū mulier quedā exclamauit ad eum dicens. Salua me dñe mi rex. Qui ait Non te saluet dñs. Unde te possum saluare? De area vel de torculari. Dixitq3 ad eam rex Quid tibi vis? Que respõdit. Mulier ista dixit mihi: Da filiū tuum vt comedam^9 eū hodie τ filiū meum comedem^9 cras. Coximus ergo filium meū. τ comedim^9: dixitq3 ei altera die. Da filiū tuū vt comedam^9 eum. Que abscondit filiū suū. Q8 cū audisset rex scidit vestimenta sua τ transibat per murum. Viditq3 omnis populus ciliciū quo vestit^9 erat rex ad carnẽ itrinsec^9. Et ait rex. Hec mihi faciat de^9. τ hec addat. si steterit caput helisei filij saphat sup ipm hodie. Heliseus aūt sedebat in domo sua: τ senes sedebāt cū eo: Premisit itaq3 virum. τ anteq̃3 veniret nūcius: ille dixit ad senes: Nūqd scitis q2 miserit fili^9 homicide huc vt pcidatur caput meū? Videte ergo cū venerit nūcius: claudite ostium. τ nõ sinatis eū introire. Ecce enim so-

nitus pedū dñi ei⁹ post eum est. Adhuc illo loquente ei⁹ apparuit nūcius qui veniebat ad eū Et ait. Ecce tantū malū a dño ē. Quid āplius expectabo a domino:

VII

Dixit aūt Heliseus. Audite vbū dñi. Hec dicit dñs. In tpe hoc cras modius simile vno statere erit. ⁊ duo modij ordei statere vno in porta samarie. Rñdēs vn⁹ de ducib⁹ sup cui⁹ manū rex incūbebat hoi dei ait. Si dñs fecerit etiā cataractas i celo nūqd poterit eē qd loqris: Qui ait. Videbis oculis tuis ⁊ inde nō comedes. Quattuor ergo viri erāt leprosi iuxta introitū porte: q dixerūt ad inuicē. Quid hic eē volum⁹ donec moriamur Siue ingredi voluerim⁹ ciuitatē fame moriemur: siue māserim⁹ hic moriēdū nobis ē. Venite ergo ⁊ trāsfugiam⁹ ad castra syrie. Si pepercerint nobis viuem⁹: si aūt occidere voluerint nihilomin⁹ moriemur. Surrexerūt ergo vespi vt venirent ad castra syrie. Cūqꝫ venissent ad principiū castrorum syrie: nullū ibidē reppererūt Siqdē dñs sonitū audire fecerat in castris syrie curruū ⁊ equorum. ⁊ exercit⁹ plurimi. Dixerūtqꝫ ad inuicē. Ecce mercede ꝯduxit aduersū nos rex isrl' reges geth eorum ⁊ egyptiorum. ⁊ venerūt sup nos. Surrexerūt ergo ⁊ fugerūt i tenebris. ⁊ dereliquerūt tētoria sua ⁊ equos et asinos in castris: fugerūtqꝫ: aīas tm̄ suas saluare cupiētes. Igit̄ cū venissent leprosi illi ad principiū castrorum ingressi sūt vnū tabernaculū. ⁊ comederunt ⁊ biberunt. Tuleruntqꝫ inde argētū ⁊ aurum ⁊ vestes. ⁊ abierunt ⁊ abscōderūt. Et rursū reuersi sūt ad aliud tabernaculū. ⁊ inde sil'r auferētes abscōderūt. Dixerūtqꝫ ad inuicē Nō recte facim⁹. Hec. n. dies boni nuncij est Si tacuerim⁹ ⁊ noluerim⁹ nunciare vsqꝫ mane: sceleris arguemur. Venite eamus ⁊ nunciemus in aula regis. Cūqꝫ venissent ad portam ciuitatis: narrauerūt eis dicētes: Iuimus ad castra syrie ⁊ nullus ibidē repperim⁹ hoiem nisi equos et asinos alligatos. ⁊ fixa tentoria. Ierunt ḡ portarij. ⁊ nūciauer't in palatio regis intrinsecus. Qui surrexit nocte ⁊ ait ad seruos suos. Dico vobis qd fecerit nobis syri. Sciūt q: fame laboram⁹. et iccirco egressi sunt de castris. et latitāt in agris dicentes. Cum egressi fuerint de ciuitate capiem⁹ eos viuos. et tunc ciuitatē ingredi poterim⁹. Rñdit autē vn⁹ seruorum ei⁹. Tollam⁹ qnqꝫ equos q remāserunt in vrbe: q: ipsi tm̄ sunt in vniuersa multitudine isrl'. alij eni cōsumpti sunt et mittētes explorare poterim⁹ Adduxerunt ḡ duos equos: misitqꝫ rex in castra syrorum dicens. Ite ⁊ videte. Qui abierunt post eos vsqꝫ ad iordanem. Ecce autem omnis via plena erat vestibus ⁊ vasis que proiecerant syri cum turbarentur. Reuersiqꝫ nuncij indicauerunt regi. Et egressus popul⁹ diripuit castra syrie: factusqꝫ est modius simile statere vno. ⁊ duo modij ordei statere vno. iuxta verbum domini. Porro rex ducem illū in cuius manu incubuerat constituit ad portā: quem cōculcauit turba in introitu porte ⁊ mortuus est: iuxta qd locutus fuerat vir dei quādo descenderat rex ad eum. Factūqꝫ est iuxta sermonem viri dei. quem dixerat regi quando ait duo modij ordei statere vno erūt. ⁊ modius simile statere vno hoc eodē tpe cras in porta samarie. qñ respōderat dux ille viro dei ⁊ dixerat etiā si domin⁹ fecerit cataractas in celo nūquid poterit fieri qd loqris: ⁊ dixit ei. videbis oculis tuis ⁊ inde nō comedes. Euenit ḡ ei sicut pdictum erat. ⁊ conculcauit eū populus in porta et mortuus ē.

VIII

Heliseus autem locutus est ad mulierē cuius viuere fecerat filiū. dicens. Surge. vade tu ⁊ domus tua: ⁊ peregrinare vbicūqꝫ reperer's. Vocauit enim dominus famē. ⁊ veniet super terram septē annis. Que surrexit ⁊ fecit iuxta verbū hominis dei. ⁊ vadens cū domo sua: peregrinata est in terra philistijm. diebus multis. Cūqꝫ finiti essent anni septem: reuersa est mulier de terra philistijm. Et ingressa est vt interpellaret regem ꝓ domo sua. ⁊ ꝓ agris suis. Rex autem loquebat̄ cum giezi puero viri dei dicēs. Narra mihi omnia magnalia que fecit heliseus. Cūqꝫ ille narraret regi quō mortuum suscitasset. apparuit mulier cuius viuificauerat filiū clamans ad regem ꝓ domo sua ⁊ ꝓ agris suis. Dixitqꝫ giezi. Dñe mi rex hec est mulier. ⁊ hic est filius eius quem suscitauit heliseus. Et interrogauit rex mulierē. Que narrauit ei vera eē. Deditqꝫ ei rex eunuchū vnū dicēs. Restitue ei oīa que sua sūt. ⁊ vniuersos reddit⁹ agrorum a die q̄ reliqt terrā vsqꝫ ad pñs. Venit q̊ꝫ heliseus damascū. ⁊ benadab rex syrie egrotabat. Nūciauerūtqꝫ ei dicētes. Venit vir dei huc. Et ait rex ad azahel. Tolle tecū munera ⁊ vade in occursū viri dei et cōsule dñm p eum dicēs. Si euadere potero de infirmitate mea hac. Iuit igit̄ azahel in occursum eius habēs secum munera et oīa bona damasci onera q̄draginta camelorum. Cumqꝫ stetisset coram eo ait. Filius tuus benadab rex syrie misit me ad te dicens: Si sanari potero de

infirmitate mea hac. Dixitqꝫ ei heliseus. Vade
dic ei. Sanaberis. Porro ondit mihi dominꝰ
qr morte morieꝛ. Stetitqꝫ cū eo. ⁊ conturbatus
est vsqꝫ ad suffusionē vultus. Fleuitqꝫ vir dei.
Cui azabel ait. Quare dn̄s meꝰ flet. At ille di-
xit. Quia scio q̄ facturus sis filijs isrl̄ mala. Ci-
uitates eorum munitas igne succēdes: ⁊ iuue-
nes eoꝝ interficies gladio: ⁊ paruulos eorū eli-
des: ⁊ pgnātes diuides. Dixitqꝫ azabel. Quid
enim sum seruus tuus canis: vt faciam rē istam
magnam. Et ait heliseus: O stēdit mihi dn̄s te
regem syrie fore. Qui cum recessisset ab heliseo
venit ad dn̄m suum. Qui ait ei. Quid tibi dixit
heliseus. At ille respondit. Dixit mihi: recipi-
es sanitatē. Cūqꝫ venisset dies altera: tulit stra-
gulum ⁊ infudit aquam: ⁊ expandit super facieꝫ
eius. Quo mortuo regnauit azabel pro eo. An
no quinto ioraꝫ filij achab regis israel regnauit
ioram filius iosaphat rex iuda. Trigintaduorū
annorum erat cum regnare cepisset: ⁊ octo ānis
regnauit in hierusalē. Ambulauitqꝫ in vijs re-
gū israel: sicut ambulauerat domus achab. Fi-
lia enim achab erat vxor eius. Et fecit quod ma
lum est in conspectu dn̄i. Noluit aūt dominꝰ di
spdere iudā ꝑpter dauid seruū suū. sicut ꝓmise
rat ei vt daret illi lucernam: ⁊ filijs eiꝰ cūctis die
bus. In diebus eiꝰ recessit edom ne esset sub iu
da: ⁊ constituit sibi regem. Venitqꝫ ioram seira
⁊ ois exercitus cū eo. Et surrexit nocte: pcussit-
qꝫ idumeos q eum circundederant ⁊ principes
currnū. Populus aūt fugit in tabernacula sua
Recessit ergo edom ne esset sub iuda vsqꝫ ad di
em hāc. Tunc recessit ⁊ lobna in tpe illo. Reliq̄
aūt sermonū ioram ⁊ vniuersa que fecit: nōne h̄
scripta sūt in libro verboꝝ dierū regū iuda. Et
dormiuit ioram cū prībus suis: sepultusqꝫ ē cuꝫ
eis in ciuitate dauid: ⁊ regnauit ochozias filius
eius pro eo. Anno duodecimo ioraꝫ filij achab
regis israel: regnauit ochozias filius ioram re-
gis iude. Vigintiduorum annoꝝ erat ochozi-
as cū regnare cepisset: ⁊ vno anno regnauit in
hierusalē. Nomen matris eiꝰ athalia filia amri
regis israel: ⁊ ambulauit in vijs domus achab
⁊ fecit qđ malū ē corā dn̄o sicut domꝰ achab. Ge
ner eni domus achab fuit. Abijt qꝫ cū ioram fi
lio achab ad p̄liandum ꝯ azabel regē syrie i ra-
moth galaad: ⁊ vulnerauerūt syri ioram. Qui
reuersus est vt curareꝛ in iezrahel: quia vulne-
rauerunt eum syri in ramoth preliantēꝫ contra
azabel regem syrie. Porro ochozias filiꝰ ioraꝫ
rex iuda descendit inuisere ioram filium achab i
iezrahel quia egrotabat ibi. IX

Eliseus aūt ꝓphetes vocauit vnum d̄
filijs ꝓphetaꝝ. ⁊ ait illi. Accinge lum
bos tuos: ⁊ tolle lenticulā olei hanc in
manu tua. ⁊ vade in ramoth galaad. Cūqꝫ ve
neris illuc: videbis iehu filiū iosaphat filij nāsi
Et ingressus suscitabis eum de medio fratruꝫ
suoꝝ ⁊ introduces in interius cubiculū tenens
qꝫ lenticulaꝫ olei fundes super caput eius. ⁊ di
ces. Hec dicit dn̄s. Vnxi te regem super isra-
el. Aperiesqꝫ ostium ⁊ fugies. ⁊ nō ibi subsistes
Abijt ergo adolescens puer ꝓphete in ramoth
galaad: ⁊ ingressus est illuc. Ecce aūt pncipes
exercitus sedebāt. Et ait. Verbum mihi ad te
o pnceps. Dixitqꝫ iehu. Ad quē ex oībꝰ nobis
At ille dixit. Ad te o pnceps Et surrexit: ⁊ in-
gressus ē cubiculum. At ille fudit oleum super
caput eius. Et ait. Hec dicit dominꝰ deꝰ israel
Vnxi te regē sup populū dn̄i israel: ⁊ pcuties
domū achab dn̄i tui. Et vlciscar sanguinē suo
rū meoꝝ ꝓphetaꝝ. ⁊ sanguinē oīum suoꝝ dn̄i
de manu iezabel. pdāqꝫ oēm domū achab. Et i
terficiā de domo achab mingentē ad parietem
⁊ clausum ⁊ nouissimum in israel. Et dabo do
mū achab sicut domū hieroboam filij nabath.
⁊ sicut domū baasa filij achia. Iezabel qꝫ come
dent canes in agro iezrahel: nec erit q sepeliat
eā. Aperuitqꝫ ostiū ⁊ fugit. Iehu aūt igressus
ē ad seruos dn̄i sui. Qui dixeruntei. Recte ne
sunt oīa. Quid venit insanus iste ad te. Qui ait
eis. Nostis hoiem. ⁊ qđ locutus sit. At illi rn̄-
derunt. Falsū ē: sed magis narra nobis. Qui
ait eis. Hec ⁊ hec locutꝰ ē mihi. Et ait. Hec di
cit dn̄s. Vnxi te regē sup israel. Festinauerūt
itaqꝫ ⁊ vnusquisqꝫ tollens palliū suū posuerūt
sub pedibꝰ eiꝰ in similitudinē tribunalis. ⁊ ceci
nerūt tuba atqꝫ dixerūt. Regnabit iehu. Coniu
rauit ergo iehu filius iosaphat filij namsi cōtra
iorā. Porro ioram obsederat ramoth galaad.
ipe ⁊ oīs israel ꝯ azabel regē syrie. ⁊ reuersus
fuerat vt curareꝛ in iezrahel ꝓpt vulnera: q' p
cusserāt eū syri p̄liantē ꝯtra azabel regē syrie.
Dixitqꝫ iehu. Si placet vobis. nemo egredia
tur ꝓfugus de ciuitate ne vadat ⁊ nunciet in ie
zrahel. Et ascēdit. ⁊ ꝓfectꝰ ē in iezrahel. Ioraꝫ
eni egrotabat ibi. ⁊ ochozias rex iuda descēde-
rat ad visitādū iorā. Igit speculator q stabat su
per turri iezrahel: vidit globū iehu venientis.
Et ait. Video ego globū. Dixitqꝫ iorā. Tolle
currum: ⁊ mitte in occursū eoꝝ. ⁊ dicat vadēs
Recte ne sūt oīa. Abijt ḡ q ascenderat currum
in occursuꝫ eiꝰ. Et ait. Hec dicit rex. Pacata
sūt oīa. Dixitqꝫ iehu. Quid tibi ⁊ paci. Transi

⁊ sequere me. Nūciauit quoqꝫ speculator dicēs Venit nūci⁹ ad eos. et nō reuertitͬ. Misit etiā currū equorum secundū: venitqꝫ ad eos. ⁊ ait. Hec dicit rex. Nunquid par est? Et ait iehu. Quid tibi ⁊ paci? Transi et sequere me. Nunciauit autem speculator dicens: Venit vsqꝫ ad eos. et nō reuertitͬ. Est aūt incessus quasi incessus iehu filij namsi. Preceps. n. gradiť. Et ait ioram: Iungite currū. Iūxerūtqꝫ currū eius. Et egressus est ioraꝫ rex isrł et ochozias rex iuda: singuli in curribus suis. Egressiqꝫ sunt in occursū iehu. et inuenerūt eum in agro naboth iezrahelite. Cūqꝫ vidisset iorā iehu. dixit Par ē iehu? At ille rñdit. Que par? Adhuc fornicationes iezabel mr̄is tue. ⁊ veneficia eius multa vigēt. Cōuertit aūt iorā manū suā: ⁊ fugiēs ait ad ochoziam. Insidie ochozia. Porro iehu tetēdit arcū manu. ⁊ percussit iorā inter scapulas ⁊ egressa est sagitta per cor ei⁹ statimqꝫ corruit in curru suo. Dixitqꝫ iehu ad badacher ducem Tolle proijce eum in agro naboth iezrahelite. Memini. n. qn̄ ego ⁊ tu sedētes in curru sequebamur achab patrē hui⁹: ꝙ domin⁹ onus hoc leuauerit sup eū dicens. Si nō ꝓ sanguine naboth. ⁊ ꝓ sanguine filioꝝ ei⁹ quē vidi heri. ait dn̄s: reddā tibi in agro isto dicit dn̄s. Nūc ergo tolle ⁊ ꝓijce eū in agro iuxta verbū domini Ochozias aūt rex iuda vidēs hoc: fugit p viā dom⁹ horti: ꝓsecutusqꝫ ē eū iehu. ⁊ ait. Etiam hūc ꝑcutite in curru suo. Et ꝑcusserūt eū in ascēsu gaber q est iuxta ieblaā. Qui fugit in mageddo: ⁊ mortu⁹ ē ibi. Et imposuerūt eū s̄ui ei⁹ sup currū suū ⁊ tulerūt in hierl'm: sepelierūtqꝫ in sepulchro cū patribus suis in ciuitate dauid. Anno vndecimo ioram filij achab regis israhel regnauit ochozias sup iudā venitqꝫ iehu in iezrahel. Porro iezabel introitu eius audito depinxit oculos suos stibio. ⁊ ornauit caput suū. ⁊ respexit ꝑ fenestrā: ingredientē iehu ꝑ portā et ait. Nūqd pax pōt ēē zamri: q interfecit dn̄m suū Leuauitqꝫ iehu faciē suā ad fenestram. et ait: Que est ista. Et inclinauerunt se ad eum duo vel tres eunuchi ⁊ dixerūt. Hec est illa iezabel At ille dixit eis. Precipitate eam deorsum. Et p̄cipitauerūt eā. Aspersusqꝫ ē sanguine paries ⁊ equoꝝ vngule cōculcauerūt eā. Cūqꝫ ingressus eēt vt comederet biberetqꝫ ait: Ite et videte maledictā illā ⁊ sepelite eā: qꝛ filia regis est. Cūqꝫ issent vt sepelirēt eam: nō inuenerūt nisi caluariam ⁊ pedes ⁊ sūmas manus. Reuersiqꝫ nūciauerūt ei. Et ait iehu. Sermo dn̄i ē: quē locut⁹ est per s̄uū suum heliā thesbitē. dicens. In agro iezrahel comedēt canes carnes iezabel Et erūt carnes iezabel sicut stercus sup faciē terre in agro iezrahel: ita vt ꝑtereūtes dicant. Heccine ē illa iezabel.

X

Erant aūt achab septuaginta filij in samaria. Scripsit ḡ iehu litteras. ⁊ misit in samariā ad optimates ciuitatis. ⁊ ad maiores natu ⁊ ad nutricios achab dicens: Statim vt acceperitis lr̄as has qui habetis filios dn̄i vestri ⁊ currus ⁊ equos ⁊ ciuitates firmas ⁊ arma: eligite meliorē ⁊ eū q vobis placuerit de filijs dn̄i vestri. ⁊ eum ponite sup soliū p̄ris sui. ⁊ pugnate ꝓ domo dn̄i vr̄i. Timuerūt illi vehemēter. ⁊ dixerūt. Ecce duo reges nō potuerūt stare corā eo. ⁊ quō nos valebim⁹ resistere? Miserunt ergo ꝓpositi dom⁹ et p̄fecti ciuitatis ⁊ maiores natu ⁊ nutricij ad iehu dicētes. Serui tui sum⁹: qcūqꝫ iusseris faciem⁹ nec cōstituem⁹ nobis regē. Quecunqꝫ tibi placent fac. Rescripsit autem eis lr̄as secūdo dicēs. Si mei estis et obeditis mihi: tollite capita filiorū dn̄i vestri: ⁊ venite ad me hac eadē hora cras in iezrahel. Porro filij regis septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebanť. Cunqꝫ venissent littere ad eos: tulerunt filios regis ⁊ occiderūt septuagita viros. et posuerunt capita eoꝝ in cophinis ⁊ miserūt ad eum in iezrahel. Venit aūt nuncius ⁊ indicauit ei dicens: Attulerunt capita filioꝝ regis. Qui respōdit. Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitū porte vsqꝫ mane. Cūqꝫ diluxisset: egressus ē et stans dixit ad oēm ppl'm. Iusti estis. Si ego cōiuraui ꝯtra dominū meū ⁊ interfeci eū: quis ꝑcussit oēs hos? Videte ḡ nūc qm̄ nō cecidit de sermonib⁹ dn̄i in terrā qs locut⁹ ē dn̄s sup domū achab. ⁊ dn̄s fecit qd̄ locut⁹ in manu s̄ui sui helie. Percussit igiť iehu oēs qui reliqui erant d̄ domo achab in iezrahel: et vniuersos optimates ei⁹ ⁊ notos ⁊ sacerdotes: donec nō remanerent ex eo reliquie. Et surrexit ⁊ venit in samariam. Cūqꝫ venisset ad camerā pastoꝝ in via inuenit fratres ochozie regis iuda: dixitqꝫ ad eos. Qui nā estis vos. Qui respōderūt. Fratres ochozie regis sum⁹. ⁊ descendim⁹ ad salutandos filios regis ⁊ filios regine. Qui ait. Cōprehendite eos viuos. Quos cū cōprehendissent viuos: iugulauerunt eos in cisterna iuxta camerā quadraginta duos viros. ⁊ nō reliquit ex eis queqꝫ. Cūqꝫ abisset inde: inuenit ionadab filiū rechab in occursū sibi. ⁊ benedixit ei. Et ait iehu ad eum. Nūquid est cor tuū rectum cū corde meo sicut cor meū cum corde tuo? Et

ait ionadab. Est. Si ē inīqt: da mihi manū tuā Qui dedit ei manū suā. At ille leuauit eum ad se in currū: dixitq3 ad eū. Veni mecum. ⁊ vide celū meū pro dn̄o. Et impositū in curru suo du xit in samariā. Et pcussit oēs q̄ reliq fuerāt de achab in samaria vsq3 ad vnū: iuxta verbū dn̄i qd̄ locutus ꝑ heliā. Cōgregauit ergo iehu oēm populū ⁊ dixit ad eos. Achab coluit baal parū ego aūt colā eū amplius. Nūc igit̄ oēs ꝓphe/tas baal: ⁊ vniuersos suos eius ⁊ cūctos sacer dotes ipsius vocate ad me. Nullus sit qui non veniat. Sacrificiū .n. grāde ē mihi baal. Qui cūq3 defuerit non viuet. Porro iehu faciebat hoc insidiose: vt disperderet cultores baal. Et dixit sanctificate diē solēnē baal. Vocauitq3 et misit in vniuersos terminos isrl̄. ⁊ venerūt cū/cti sui baal. Nō fuit residuus ne vnus quidem q̄ nō veniret. Et ingressi sūt templū baal. Et re pleta ē domus baal: a sūmo vsq3 ad sūmū. Di/xitq3 his q̄ preerant sup vestes Proferte vesti menta vniuersis suis baal. Et protulerunt eis vestes. Ingressusq3 iehu et ionadab filius re/chab tēplū baal: ait cultoribus baal. Perquiri te ⁊ videte: ne quis forte vobiscum sit de seruis domini: sed vt sint serui baal soli. Ingressi sūt igitur vt facerent victimas ⁊ holocausta. iehu aūt ꝑparauerat sibi foris octoginta viros ⁊ di xerat eis. Quicūq3 fugerit de hoib⁹ his quos ego adduxero in man⁹ vestras: aīa ei⁹ erit pro aīa illius. Factū ē aūt: cū cōpletū eēt holocau/stū: p̄cepit iehu militibus ⁊ ducibus suis. In/gredimini ⁊ pcutite eos. Null⁹ euadat. Per cusserūtq3 eos in ore gladij et ꝓiecerūt milites et duces. Et ierūt in ciuitatē tēpli baal et ꝓtule rūt statuam de phano baal. et cōbuserū et cōmi nuerūt eam. Destruxerūt q3 edē baal. et fece/rūt ꝓ ea latrinas vsq3 in diē hāc. Deleuit ita/q3 iehu baal de israel: verūtn̄ a peccatis hiero/boā filij nabath: q̄ peccare fecit israel: nō reces sit: nec dereliquit vitulos aureos qui erāt in be thel et in dan. Dixit autem dn̄s ad iehu. Quia studiose egisti qd̄ rectū erat et placebat in ocu/lis meis. et oīa que erāt in corde meo fecisti cō tra domū achab: filij tui vsq3 ad quartā genera tionē sedebunt sup thronū israel. Porro iehu nō custodiuit vt ambularet in lege dn̄i dei israel in toto corde suo. Nō eni recessit a peccatis hie roboam. qui peccare fecerat israel. In diebus illis cepit dn̄s tedere super israel. Percussitq3 eos azahel in vniuersis finib⁹ israel: a iordane ↄtra orientalē plagā: oēm terrā galaad. et gad et ruben. et manasse: ab aroer que est sup torrē tē arnon et galaad et basan. Reliq aūt vboꝝ iehu et vniuersa q̄ fecit et fortitudo eius: nōne hec scripta sunt in libro vboꝝ dieꝝ regū israel. Et dormiuit iehu cū patrib⁹ suis: sepelieruntq3 eū in samaria. ⁊ regnauit ioachā filius ei⁹ ꝓ eo Dies aūt quos regnauit iehu super isrl̄ vigin/ti ⁊ octo anni sūt in samaria. XI

Athalia vo mater ochozie videns mor tuū filiū suū surrexit ⁊ interfecit omnē semē regiū. Tollēs aūt iosaba filia re/gis ioram: soror ochozie ioas filiū ochozie fura ta est eū de medio filioꝝ regis qui interficiebāt̄ ⁊ nutricem eius de triclinio. ⁊ abscondit eum a facie athalie vt nō interficeret̄: erātq3 cū ea sex annis clā in domo dn̄i. Porro athalia regna/uit sup terrā septē ānis. Anno aūt septimo mi sit ioiada ⁊ assumēs centuriones ⁊ milites in/troduxit ad se in tēplū domini: pepigitq3 cū eis fedus. Et adiurās eos in domo domini ostēdit eis filiū regis: ⁊ p̄cepit illis dicens: Iste ē ser/mo quē facere debetis. Tertia pars vestrū in/troeat sabbato: ⁊ obseruet excubias dom⁹ regis Tertia aūt pars sit ad portā sery. ⁊ tertia ps sit ad portā q̄ ē post habitaculū scutarioꝝ. ⁊ custo dietis excubias dom⁹ messa. Due vero partes ex vobis omnes egredientes sabbato custodiant excubias domus dn̄i circa regē: ⁊ vallabitis eū habentes arma in manib⁹ vr̄is. Si qs autē in gressus fuerit septū templi: interficiat̄. Eritisq3 cū rege introeūte ⁊ egrediēte. Et fecerūt centu riōes iuxta oīa que p̄cepat eis ioiada sacerdos Et assumētes singuli viros suos q̄ igrediebāt̄ sabbatū cum his qui egrediebant̄ e sabbato ve nerunt ad ioiadam sacerdotem. Qui dedit eis hastas ⁊ arma regis dauid: que erant in domo domini. Et steterūt singuli habētes arma i ma nu sua a pte tēpli dextera vsq3 ad ptē sinistram altaris ⁊ edis circū regē. Produxitq3 filiū re/gis. ⁊ posuit super eū diadema ⁊ testimoniū fe/cerūtq3 eū regem et vnxerūt: ⁊ plaudentes ma nu dixerūt. Viuat rex. Audiuit aūt athalia vo cem ppl'i currētis. ⁊ ingressa ad turbas in tem plū domini: vidit regē stantē sup tribunal iu/xta morē: ⁊ cātores ⁊ turbas ꝓpe eū oēmq3 po pulū terre letātē: ⁊ canētē tubis ⁊ scidit vestimē ta sua clamauitq3: Coniuratio cōiuratio. Pre cepit aūt ioiada centuriōibus q̄ erant super ex/ercitū: et ait eis. Educite eā extra septa templi. ⁊ quicūq3 eam secutus fuerit: feriat̄ gladio. Di xerat .n. sacerdos: nō occidat̄ in tēplo domini. Imposuerūtq3 ei man⁹ ⁊ impegerūt eā p viā introitus eqꝛ iuxta palatiū. ⁊ interfecta est ibi.

Pepigit ergo ioiade fedus inter deum et regē et inter ppl'm vt eēt ppls dñi. et inter regē et populū. Ingressusq3 ē ois ppls terre tēplū baal. et destruerūt aras eius: et imagines cōtriuerūt valide mathan quoq3 sacerdotē baal occiderūt coram altari et posuit sacerdos custodias in domo domini: tulitq3 centuriones et celethi et phelethi legiones et omnē populū terre: deduxerunt q3 regem de domo dñi. Et venerūt per viam porte scutarioꝝ in palatiū: et sedit sup thronum regum. Letatusq3 ē omnis populus terre: et ciuitas conquieuit. Athalia autem occisa est gladio in domo regis: septēq3 annis erat ioas cū regnare cepisset. XII

Anno septio iehu: regnauit ioas. Quadraginta annis regnauit in hierusalē nomen matris eius sebia de bersabee Fecitq3 ioas rectū corā domino cūctis diebus quibus docuit eū ioiada sacerdos: verūtñ excelsa non abstulit. Adhuc. n. popul9 immolabat et adolebat in excelsis incēsū. Dixitq3 ioas ad sacerdotes. Omnē pecuniam scōꝝ q̄ illata fuerit i tēplū domini a ptereūtib9 q̄ offert p pcio aie et quā sponte et arbitrio cordis sui inferunt in templū domini: accipiāt illā sacerdotes iuxta ordinē suum: et instaurent sartatecta dom9 si qd necessarium viderint instauratiōe. Igit vsq3 ad vicesimū tertiū annū regis: nō instaurauerunt sacerdotes sartatecta templi. Vocauitq3 rex ioas ioiadam pontificē et sacerdotes dicēs eis. Quare sartatecta nō instauratis tēpli. Nolite ergo ampli9 accipere pecuniā iuxta ordinē vestꝝ: s3 ad istauratiōnē tēpli reddite eā. Prohibitiq3 sūt sacerdotes vltra accipere pecuniam a populo et instaurare sartatecta dom9. Et tulit ioiada pontifex gaçophilatiū vnū apuitq3 foramen desuper: et posuit illd iux altare ad dexterā ingredientiū domū dñi: mittebātq3 in eo sacerdotes qui custodiebāt ostia omnē pecuniā que deferebat ad tēplū dñi. Cūq3 viderent nimiā pecuniā esse in gaçophilatio: ascendebat scriba regis et pontifex effundebantq3 et numerabant pecuniā que inueniebat in domo domini. et dabant eam iuxta numerū atq3 mensuram in manu eorum qui preerant cementarijs dom9 dñi. Qui impēdebāt eā in fabris lignoꝝ et in cemētarijs his q operabāt in domo dñi et sartatecta faciebant et in his qui cedebant saxa: et vt emerent ligna et lapides qui excidebant: ita vt impleret instauratio dom9 dñi in vniuersis q̄ indigebāt expensa ad muniendā domū. Verūtñ non fiebāt ex eadē pecunia hydrie tēpli dñi: et fuscinule et thuribula et tube et oē vas aureum et argenteū: de pecunia que inferebat in tēplū dñi. His. n. q faciebāt op9 dabat: vt instauraret tēplū dñi. Et nō fiebat ratio his hominib9 qui accipiebāt pecuniā vt distribuerēt eam artificib9: sed in fide tractabant eā. Pecuniā vo p delicto et pecuniā pro pctis. nō inferebant in tēplū dñi: qr sacerdotū erat. Tunc ascendit azahel rex syrie et pugnabat ↄtra geth: cepitq3 eam Et direxit faciē suā vt ascenderet in hierusalē Quāobrē tulit ioas rex iuda oia sanctificata q̄ cōsecrauerat iosaphat et ioram et ochozias patres eius regis iuda: et q̄ ipse obtulerat. et vniuersū argentū qd inueniri potuit in thesauris tēpli dñi. et in palatio regis: misitq3 azabeli regi syrie. et recessit ab irl'm. Reliq aūt sermonū ioas et vniuersa q̄ fecit: nōne hec scripta sunt in libro vboꝝ dieꝝ regū iuda. Surrexerūt autē sui ei9 et cōiurauerūt inter se: pcusserūtq3 ioas in domo mello in descēsu sela. Iosachar nāq3 filius semat: et iosabat filius somer serui eius pcusserunt eum et mortuus est. Et sepelierunt eū cū patribus suis in ciuitate dauid: regnauitq3 amasias filius eius p eo. XIII

Anno vicesimotertio ioas filij ochozie regis iude. regnauit ioachaz filius iehu super israel in samaria decem et septem annis. et fecit malum coram domino. Secutusq3 est peccata hieroboam filij nabath qui peccare fecit israel et non declinauit ab eis. Iratusq3 est furor domini cōtra israel. et tradīt eos in manu açahel reg' syrie et in manu benadab filij açahel cunctis diebus. Deprecatus est autem ioachaz faciem domini. et audiuit eum dominus. Vidit enim angustiam israel. quia attriuerat eos rex syrie. Et dedit dñs saluatorem israheli: et liberat9 ē d manu regis syrie: habitauerūtq3 filij israel i tabernacul' suis. sicut heri et nudiustertiū9. Verūtñ nō recesserūt a pctis domus hieroboā: q peccare fecit isrl': s3 in ipsis ambulauerūt. Siqdē et luc9 pmāsit i samaria et nō sunt derelicti ioachā de pplo nisi qnquaginta eqtes: et decē currus. et decē milia peditum. Interfecerat. n. eos rex syrie. et redegerat q̄si puluerē in tritura aree. Reliqua aūt sermonū ioachaz et vniuersa que fecit et fortitudo eius nōne hec scripta sūt in libro smonū dieꝝ regū isrl'. Dormiuitq3 ioachaz cū patrib9 suis. et sepelierunt eū in samaria. regnauitq3 ioas filius eius p eo. Anno tricesimoseptimo ioas regis iuda regnauit ioas filius ioachaz sup isrl' i samaria sedecim ānis et fecit qd malū ē i cōspectu

His itaqꝫ gestis: postq̄ȝ regis assueri in/dignatio deferbuerat: recordatus ē va/sthi que fecisset vel que passa eēt. dixerūt q̄ȝ pueri regis ac ministri eius. Querant regi puelle ꝟgines ac speciose. ⁊ mittanť qui consi/derēt ꝑ vniuersas ꝓuincias puellas speciosas ⁊ virgines. ⁊ adducāt eas ad ciuitatem susan ⁊ tradant in domū feminaꝝ sub manu egei eunu/chi q̄ est ꝑpositꝰ ⁊ custos mulierū regiarū ⁊ ac/cipiant mundū muliebrē ⁊ cetera ad vsus ne/cessaria. Et q̄cūqꝫ inter oēs oculis regis placu/erit ipsa regnat ꝓ vasthi. Placuit ſmo regi: et ita vt suggesterant iussit fieri. Erat vir iudeus in susis ciuitate: vocabulo mardocheus filius iair: filij semei: filij cis. de stirpe gemini: q trā/slatus fuerat de hierusalē: eo tēpore quo iecho/niam regem iuda nabuchodonosor rex babylo/nis trāstulerat: qui fuit nutriciꝰ filie fratris sui edisse q̄ altero noie vocabať hester. et vtrunqꝫ parentē amiserat pulchra nimis ⁊ decora facie mortuisqꝫ patre eius ac matre mardocheꝰ sibi eā adoptauit in filiā. Cunqꝫ percrebruisset regis iperiū. ⁊ iuxta mādatum illiꝰ multe pulchre vir/gines adducerenť susan. ⁊ egeo traderenť eu/nucho. hester q̄ȝ inter ceteras puellas ei tradi/ta est: vt seruareť in numero feminarum. Que placuit ei. ⁊ inuenit gratiam in cōspectu illius. vt acceleraret mundum muliebrem. ⁊ traderet ei partes suas. ⁊ septem puellas speciosissimas de domo regis. ⁊ tā ipam q̄ȝ pedissequas eius ornaret atqꝫ excoleret. Que noluit indicare ei populū ⁊ patriam suam. Mardocheus eni ꝑ/ceperat ei vt de hac re omnino reticeret. qui de/ambulabat quotidie ante vestibulū domus i q̄ electe virgines seruabanť: curā agens salutis hester. ⁊ scire volens quid ei accideret. Cū aūt venisset tempus singulaꝝ per ordinē puellaꝝ vt intrarent ad regē: expletis oibꝰ q̄ ad cultum muliebrē ꝑtinebat: mensis duodecimus verte/bať: ita dūtaxat vt sex mēsibus oleo vngerētur mirthino. ⁊ alijs sex q̄busdā pigmentis ⁊ aro/matibꝰ vterenť. Ingredientesqꝫ ad regē: q̄cq̄d postulassent ad ornatū ꝑtinens accipiebāt. ⁊ vt eis placuerat cōposite: de triclinio feminaꝝ ad regis cubiculū transiebant. Et que intrauerat vespere egrediebať mane: atqꝫ inde in secūdas edes deducebanť que sub manu sasagaçi eunu/chi erant. qui concubinis regis presidebat: nec hēbat potestatē ad regē vltra redeundi nisi vo/luisset rex. ⁊ eā venire iussisset ex noie. Euolu/to autē tp̄e per ordinē. instabat dies quo hester filia abiahil fratris mardochei: quā sibi adopta/rat in filiā: deberet intrare ad regē. Que nō q̄/siuit muliebrem cultuꝫ: sed quecūqꝫ voluit egeꝰ eunuchus custos virginū: hec ei ad ornatū de/dit. Erat eni formosa valde. ⁊ incredibili pul/chritudine omnium oculis gratiosa ⁊ amabilis videbatur. Deducta ē itaqꝫ ad cubiculū regis assueri mense decimo qui vocatur thebeth: se/ptimo anno regni eius. ⁊ adamauit eā rex plꝰ q̄ȝ oēs mulieres: habuitqꝫ gratiā ⁊ miam corā eo super oēs mulieres. ⁊ posuit diadema regni in capite eius: fecitqꝫ eā regnare in loco vasthi. Et iussit cōuiuiū ꝑparari ꝑmagnificū cūctis ꝓn/cipibus ⁊ seruis suis: ꝓ cōiūctiōe ⁊ nuptijs he/ster. Et dedit requiem vniuersis ꝓuincijs: ac dona largitus ē iuxta magnificētiā ꝓncipalem. Cūqꝫ ⁊ secūdo quererenť virgines. ⁊ ꝯgrega/renť mardocheꝰ manebat ad ianuā regis: nec/dū ꝓdiderat hester patriā ⁊ pp̄lm suum: iuxta mādatū eius. Quicq̄d eni ille ꝑcipiebat obser/uabat hester. ⁊ ita cūcta faciebat vt eo tp̄e solita erat quo eā puulā nutriebat. Eo igiť tempore quo mardocheus ad regis ianuā morabať: ira/ti sunt bagathan ⁊ thares duo eunuchi regꝭ. q ianitores erant. ⁊ in primo palatij limine resi/

debāt voluerūtq; insurgere in regē et occidere eū. Q̄d mardocheū nō latuit. Statimq; nunciauit regine hester. et illa regi ex nomine mardochei q ad se rē detulerat. Quesitū est et inuētū. et appēsus ē vterq; eoꝝ in patibulo. et iussit rex vt in libro memoriali scriberet: vt ꝓ vita sua aliqd repēsaret ei. Mādatūq; ē hystorijs. et annalib⁹ traditū corā rege. III

Post hec rex assuerus exaltauit aman filiū amadathi q erat de stirpe agag et posuit soliū ei⁹ super oēs principes quos habebat. Cunctiq; serui regis q in forib⁹ palatij ꝯsabāt flectebāt genua. et adorabāt aman. Sic eni p̄ceperat eis imperator. Sol⁹ mardocheus non flectebat genu: neq; adorabat eum. Cui dixerūt pueri regis q ad fores palatij residebant. Cur p̄ter ceteros nō obseruas mandatū regis. Cūq; hoc crebri⁹ dicerent. et ille nollet audire: nūciauerūt aman scire cupiētes vtꝝ perseueraret in sniā. Dixerat eni eis se esse iudeū. Q̄d cū audisset aman. et experimēto probasset q mardocheus nō sibi flecteret genu nec se adoraret: irat⁹ est valde. et ꝓ nihilo duxit in vnū mardocheū mittere man⁹ suas: audierat eni q esset gentis iudee: magisq; voluit omnē iudeoꝝ q erāt in regno assueri perdere nationē. Mense primo cui⁹ vocabulū est nisan ānno duodecimo regni assueri: missa est sors in vrnam q̄ hebraice dicit̄ phur: corā aman: q̄ die et q̄ mēse gens iudeoꝝ deberet interfici. et exiuit mēsis duodecim⁹ q vocat̄ adar. Dixitq; aman regi assuero. Est ppl's per oēs ꝓuincias regni tui dispersus. et a se mutuo sepat⁹: nouis vtēs legib⁹ et cerimonijs: insup et regis scita cōtemnēs. Et optime nosti q nō expediat regno tuo vt insolescat per licentiā. Si tibi placet decerne vt pereat. et decē milia talētoꝝ appendā archarijs gaçe tue. Tulit ergo rex annulū q̄ vtebat̄: de manu sua. et dedit eum aman filio amadathi de ꝓgenie agag hosti iudeoꝝ: dixitq; ad eum. Argentū q̄d tu polliceris: tuum sit de ppl'o age q̄d tibi placet. Vocatiq; sunt scribe regis mense p̄mo nisan tertiadecima die eiusdē mensis et scriptū est vt iusserat aman ad oēs satrapas regis. et iudices ꝓuinciaꝝ diuersarū q; gētiū: vt q̄q; gēs legere poterat et audire ꝓ varitate linguaꝝ ex nomine regis assueri et littere signate ipsi⁹ ānulo missi sunt pcursores regis ad vniuersas ꝓuincias vt occiderētatq; delerent oēs iudeos a puero vsq; ad senē: paruulos et mulieres vno die: hoc ē tertiodecimo mēsis duodecimi q vocat̄ adar. et bona eoꝝ diriperent.

Sūma autē epl'aꝝ hec fuit: vt oēs ꝓuincie scirent et pararēt se ad p̄dictā diē. Festinabāt cursores q missi erāt regis imperium explē. Statimq; in susis pependit edictū. rege et aman celebrante conuiuiū. et cunctis iudeis q in vrbe erant flentibus. IIII

Que cū audisset mardocheus scidit vestimenta sua ⁊ indut⁹ est sacco spargēs cinerem capiti. et in platea medie ciuitatis voce magna clamabat ostēdēs amaritudinem animi sui. et hoc eiulatu vsq; ad fores palatij gradiens. Non eni erat licitū indutū sacco aulā regis intrare. In oib⁹ q̄q; ꝓuincijs oppidis ac locis ad q̄ crudele regis dogma peruenerat: planct⁹ ingēs erat apud iudeos: ieiuniū vlulat⁹ et fletus: sacco et cinere multis ꝓstratis vtentibus. Ingresse autē sunt puelle hester et eunuchi: nunciaueruntq; ei. Q̄d audiēs ꝯsternata ē. et vestē misit vt ablato sacco indueret eā. Quā accipere noluit. Accitoq; athach eunucho quē rex ministꝝ ei dederat precepit vt iret ad mardocheū et disceret ab eo cur hoc faceret. Egressusq; athach iuit ad mardocheū. et inuenit eū stantem in platea ciuitatis ante hostium palatij. Qui indicauit ei oia q̄ acciderant quō aman ꝓmisisset vt in thesauros regis pro iudeorum nece inferret argentū: exēplar quoq; edicti qd pendebat in susis dedit ei vt regine ondēderet. et moueret eā vt intraret ad regem. et depcaret̄ eum ꝓ ppl'o suo. Regressus athach nūciauitq; hester. oia que mardoche⁹ dixerat. Que respōdit ei. ⁊ iussit vt diceret mardocheo Oēs serui regis et cūcte q̄ sub ditiōe ei⁹ sunt norunt ꝓuincie. q siue vir siue mulier non vocatus. interius atriū regis intrauerit absq; vlla cunctatiōe stati īterficiat̄. nisi forte rex auream virgā ad eū tetēderit ꝓ signo clementie. atq; ita possit viuere. Ego igit̄ quō ad regē intrare potero q̄ triginta iā dieb⁹ nō sū vocata ad eū. Q̄d cū audisset mardocheus: rursum mādauit hester. dicēs. Ne putes q animā tuam tm̄ liberes: q̄ i domo regꝭ es p̄ cunctꝭ iudeis. Si eni nūc si ucris: p aliā occasionē liberabunt̄ iudei et tu et dom⁹ p̄ris tui peribitꝭ. Et qs nouit vtrū idcirco ad regnū veneris. vt i tali tp̄e pareris Rursūq; hester hec mardocheo v̄ba mādauit Vade ⁊ congrega oēs iudeos q̄s i susis reppereris et orate ꝓ me. Nō comedetꝭ et nō bibetꝭ trib⁹ diebus ⁊ tribus noctib⁹. ⁊ ego cū ancillꝭ meis similiter ieiunabo. et tunc ingrediar ad regē ꝯ legē faciens non vocata: tradensq; me morti et piculo. Iuit itaq; mardocheus et fecit

omnia que hester preceperat. V

Die aũt tertio induta est hester regalib⁹ vestimentis. ⁊ stetit in atrio domus regie qđ erat interius ꝯtra basilicã regis At ille sedebat super soliũ suũ in cõsistorio palatij ꝯtra ostiũ domus. Cũq3 vidisset hester reginam stantem placuit oculis eius. ⁊ extendit cõtra eã virgam aureã quã tenebat manu. Que accedens osculata est sũmitatẽ virge eius: dixitq3 ad eã rex. Quid vis hester regina. Que est petitio tua. Etiã si dimidiã partẽ regni petieris dabit̃ tibi. At illa rñdit. Si regi placet obsecro vt venias ad me hodie ⁊ aman tecũ ad cõuiuiũ quod paraui. Statimq3 rex: vocate inquit cito aman vt hester obediat voluntati. Venerunt itaq3 rex ⁊ aman ad conuiuiũ qđ eis regina parauerat. Dixitq3 ei rex postq3 vinũ biberat habundanter. Quid petis vt detur tibi. ⁊ ꝓ qua re postulas. Etiã si dimidiam partẽ regni mei petieris impetrabis. Cui rñdit hester. Petitio mea ⁊ preces sunt iste. Si inueni in cõspectu regis gratiã ⁊ si regi placet vt det mihi qđ postulo ⁊ meã impleat petitionẽ: veniat rex ⁊ aman ad cõuiuiũ qđ paraui eis. ⁊ cras aperiã regi voluntatem meam. Egressus est itaq3 illo die amã letus ⁊ alacer. Cũq3 vidisset mardocheum sedentem ante fores palatij. ⁊ non solũ non assurrexisse sibi. sed nec motũ quidem de loco sessionis sue. idignatus est valde. ⁊ dissimulata ira reuersus in domũ suam ꝯuocauit ad se amicos suos et zares vxorẽ suã. ⁊ exposuit illis magnitudinem diuitiarũ suarũ filiorũq3 turbã. ⁊ quanta cũ gloria super omnes pncipes ⁊ seruos suos rex eleuasset. Et post hec ait. Regina quoq3 hester nullũ aliũ vocauit ad cõuiuiũ cũ rege preter me: apud quam etiã cras cũ rege prãsurus sũ. Et cũ hec omnia habeã: nihil me habere puto quãdiu videro mardocheũ iudeũ sedentẽ ante fores regias. Rñderũtq3 ei zares vxor eius. ⁊ ceteri amici. Iube parari excelsam trabẽ habẽtẽ altitudinis quinquaginta cubitos. ⁊ dic mane regi vt appẽdat̃ sup eã mardoche⁹. ⁊ sic ibis cũ rege let⁹ ad ꝯuiuiũ. Placuitq3 ei ꝯsiliũ. ⁊ iussit excelsam pparari crucẽ. VI

Noctem illã duxit rex insomnẽ. iussitq3 sibi afferri historias ⁊ annales priorũ tẽporũ. Que cum illo pñte legerentur. ventũ est ad illũ locũ vbi scriptũ erat quomodo nũciasset mardocheus insidias bagathan ⁊ thares eunuchorũ: regem assuerũ iugulare cupientium. Qđ cũ audisset rex. ait. Quid ꝓ hac fide honoris ac premij mardocheus consecutus est Dixerunt ei serui illius ac ministri. Nihil omnino mercedis accepit. Statimq3 rex: qs est inquit in atrio. Aman quippe interius atriũ domus regie intrauerat. vt suggereret regi. ⁊ iuberet mardocheũ affigi patibulo qđ ei fuerat p̃paratum. Responderunt pueri. Aman stat in atrio. Dixitq3 rex. ingrediatur. Cũq3 esset ingressus. ait illi. Quid debet fieri viro quẽ rex honorare desiderat. Cogitans autem in corde suo aman. ⁊ reputans ꝙ nullum alium rex nisi se vellet honorare respondit. Homo quem rex honorare cupit debet indui vestibus regijs. et imponi super equum qui de sella regis ẽ. ⁊ accipere regium diadema super caput suum. ⁊ primus de regijs principibus ac tyrannis teneat equum eius. et per plateam ciuitatis incedens clamet ⁊ dicat. Sic honorabit̃ quẽcũq3 rex voluerit honorare. Dixitq3 ei rex. Festina ⁊ sumpta stola ⁊ equo fac vt locut⁹ es mardocheo iudeo q sedet ante fores palatij. Caue ne qcq3 de his q̃ locutus es ꝑtermittas. Tulit itaq3 aman stolã ⁊ equũ: indutũq3 mardocheũ in platea ciuitatis. ⁊ impositũ equo precedebat atq3 clamabat. Hoc honore cõdignus ẽ quẽcũq3 rex voluerit honorare. Reuersusq3 ẽ mardocheus ad ianuã palatij. ⁊ aman festinauit ire in domũ suam lugẽs. ⁊ opto capite: narrauitq3 zares vxori sue ⁊ amicis oĩa q̃ euenissent sibi. Cui respõderũt sapiẽtes quos habebat in consilio ⁊ vxor ei⁹. Si de semine iudeorũ ẽ mardoche⁹ añ quẽ cadere cepisti: nõ poteris ei resistere. sed cades in cõspectu ei⁹. Adhuc illis loquẽtib⁹ venerũt eunuchi regis. ⁊ cito eũ ad conuiuiũ qđ regina parauerat pgere ꝯpulerũt. VII

Intrauit itaq3 rex ⁊ aman vt biberent cũ regina. Dixitq3 ei rex etiam secũda die postq3 vino incaluerat. Que est petitio tua hester vt det̃ tibi. ⁊ qd vis fieri. Etiam si dimidiã partem regni mei petieris. impetrabis. Ad quẽ illa rñdit. Si inueni gratiã in oculis tuis o rex. ⁊ si placet: dona mihi aĩam meã ꝓ qua rogo ⁊ pplm meũ ꝓ quo obsecro. Traditi enĩ sumus ego ⁊ ppls meus vt cõteramur iugulemur ⁊ pereamus. Atq3 vtinã in seruos ⁊ famulas venderemur: esset tollerabile malũ. ⁊ gemens tacerẽ: nũc aũt hostis nr̃ est cui⁹ crudelitas redũdat in regẽ. Rñdensq3 rex assuerus. ait. Quis ẽ iste ⁊ cui⁹ potẽtie: vt hec audeat facere. Dixitq3 hester. Hostis ⁊ inimic⁹ nr̃ pessimus iste ẽ aman. Qđ ille audiẽs illico obstupuit: vultũ regis ac regine ferre nõ sustinẽs Rex aũt iratus surrexit. ⁊ de loco cõuiuij intra

uit in hortū arboribus ꝯsitum. Amanq̧ surre/
xit vt rogaret Hester reginā ꝓ aīa sua: intelle/
xit.n.a rege sibi paratum malū. Qui cū reuer
sus esset de horto nemoribus consito. ⁊ intrasset
conuiuij locum: repperit aman super lectum cor
ruisse in quo iacebat Hester. ⁊ ait. Etiā reginā
vult opprimere me pn̄te in domo mea. Nec dū
verbū de ore regis exierat: ⁊ statim operuerunt
faciē eius. Dixitq̧ arbona vnus de eunuchis q
stabāt in ministerio regis. En lignū qd̄ paraue
rat mardocheo qui locutus est ꝓ rege: stat ī do/
mo aman: habens altitudinis qnquaginta cubi
tos. Cui dixit rex. Appendite eū in eo. Suspē
sus est itaq̧ aman in patibulo quod parauerat
mardocheo: ⁊ regis ira quieuit. VIII.

De illo dedit rex assuerus hester regine
domum aman aduersarij iudeorum: et
mardocheus ingressus est añ faciem re
gis. Cōfessa est.n.ei hester ꝙ eēt patruꝰ suus.
Tulitq̧ rex annulū quē ab aman recipi iusserat
⁊ tradidit mardocheo. Hester autē constituit
mardocheum sup domū suam. Nec his ꝯtenta
ꝓcidit ad pedes regis: fleuitq̧ ⁊ locuta ad eum
orauit vt malitiam aman agagite ⁊ machinatio
nes eius pessimas q̄s excogitauerat ꝯtra iude/
os iuberet irritas fieri. At ille ex more sceptrū
aureū ꝑtendit manu: quo signū clementie mon
strabat. Illaq̧ ꝯsurgens stetit añ eū. ⁊ ait. Si
placet regi: ⁊ si inueni gratiam in oculis eius: et
depcatio mea non ei videt̄ esse ꝯtria: obsecro vt
nouis eplīs. veteres aman lr̄e insidiatoris ⁊ ho/
stis iudeorum: quibus eos in cūctis regis ꝓui
cijs perire ꝑcepat corrigāt̄. Quō.n. potero susti
nere necē ⁊ interfectionē ppl̄i mei. Respondītq̧
rex assuerus hester regine ⁊ mardocheo iudeo
Domum aman ꝯcessi hester regine: ip̄m iussi
affigi cruci: q̄ ausus est manū mittere ī iudeos.
Scribite ergo iudeis sicut vobis placet ex regis
noie. signantes lr̄as annulo meo. Hec.n. con
suetudo erat: vt eplīs q̄ ex regis noie mittebant̄
⁊ illius ānulo signate erāt: nemo auderet ꝯ̄dice
re. Accitisq̧ scribis ⁊ librarijs regis: erat autē
tp̄s tertij mensis qui appellat̄ siban: vicesima ⁊
tertia illius die: scripte sūt eplē vt mardocheus
voluerat ad iudeos ⁊ ad ꝓ̄ncipes: procuratores
q̧ ⁊ iudices: qui centū vigintiseptem ꝓuincijs
ab india vsq̧ ethiopiam ꝑ̄sidebant: ꝓuincie at
q̧ prouincie: ppl̄o ⁊ ppl̄o: iuxta linguas ⁊ lr̄as
suas ⁊ iudeis ꝓut legere poterāt ⁊ audire. Ip̄e
q̧ eplē q̄ ex regis noie mittebant̄: ānulo illiꝰ ob
signate sunt ⁊ misse ꝑ veredarios: qui ꝑ oēs ꝓ
uincias discurrentes: veteres lr̄as nouis nun/
cijs ꝑuenirēt. Quibus impauit rex: vt cōuenī
rent iudeos ꝑ singulas ciuitates ⁊ in vnū ꝑci/
perēt cōgregari: vt starēt ꝓ aīabus suis ⁊ oēs
inimicos suos cū ꝯiugibꝰ ac liberis ⁊ vniuers
domibꝰ interficerēt atq̧ delerēt. Et cōstituta ē
per oēs ꝓuincias vna vltionis dies: idest tertia
decima die mensis duodecimi adar. Sūmaq̧
eplē hec fuit vt in oībꝰ terris ac ppl̄is qui regis
assueri subiacebāt īpio: notū fieret paratos esse
iudeos ad capiēdā vindictā de hostibus suis.
Egressiq̧ sūt veredarij celeres nūcios ꝑferen
tes. ⁊ edictum regis pepēdit in susis. Mardo
cheꝰ aūt de palatio ⁊ de ꝯspectu regis egrediēs
fulgebat vestibꝰ regijs hyacinthinis videlicet
⁊ aerinis: coronā aureā portās in capite ⁊ ami
ctꝰ serico pallio atq̧ purpureo. Oisq̧ ciuitas
exultauit atq̧ letata ē. Iudeis aūt noua lux ori
ri visa ē: gaudiū honor ⁊ tripudiū. Apud oēs
ppl̄os vrbes atq̧ ꝓuincias quocūq̧ regis ꝑce
pta veniebāt: mira exultatio: epule atq̧ ꝯuiuia
⁊ festus dies: intantū vt plures alteriꝰ gētes ⁊
secte: eorum religioni ⁊ cerimonijs iūgerent̄.
Grandis eni cūctos iudaici nominis terror i
uaserat. IX

Igit̄ duodecimi mensis quē adar vo/
cari ante iā diximus: tertiadecima die
qn̄ cūctis iudeis interfectio parabat̄. ⁊
hostes eoꝝ inhiabāt sanguini: versa vice supe
riores iudei eē ceperūt. ⁊ se de aduersarijs vin
dicare. Cōgregatiq̧ sūt ꝑ singulas ciuitates ⁊
oppida ⁊ loca vt extēderēt manū ꝯ̄ inimicos ⁊
persecutores suos. Nullusq̧ ausus ē resistere
eo ꝙ oēs ppl̄os magnitudinis eorum formido
penetrarat. Nā ⁊ ꝓuinciaꝝ iudices duces ⁊ ꝓ
curatores. omnisq̧ dignitas que singulis locī
⁊ opibꝰ preerat: extollebāt iudeos timore mar
dochei quem ꝓ̄ncipem esse pallatij ⁊ plurimū
posse cognouerāt. Fama q̧ nois eiꝰ crescebat
quotidie ⁊ ꝑ cūctoꝝ ora volitabat. Itaq̧ ꝑcus/
serūt iudei inimicos suos plaga magna. et occi
derūt eos reddētes eis qd̄ sibi parauerāt facere
intantū vt etiā in susis qngētos viros interfi/
cerēt extra decē filios amā agagite hostis iude
orum. Quoꝝ ista sunt noīa: pharsandathan et
delphon et espatha et phorata et adalia et arida
tha et ephermescha et arisai et aridai ⁊ vaisatha
Quos cū occidissent. predas de substantijs eo
rū agere noluerūt. Statimq̧ numerus eoꝝ q
occisi erāt in susis ad regē relatus ē. Qui dixit
regine. In vrbe susis interfecerūt iudei qngē
tos viros. ⁊ alios decē filios aman. Quantā
putas eos exercere cedē in vniuersis ꝓuincijs

Quid vltra postulas. ⁊ quid vis vt fieri iube
am. Cui illa rñdit. Si regi placet: detur potestas
iudeis: vt sicut fecerũt hodie in susis: sic ⁊ cras
faciant. ⁊ decem filij aman in patibulis suspen
dant. Precepit rex vt ita fieret. Statimq₃ in
susis pependit edictũ ⁊ decem filij aman suspẽ
si sũt. Cõgregatis iudeis quartadecima die mẽ
sis adar. interfecti sũt in susis trecenti viri: nec
eoꝝ ab illis direpta substantia est. sed ⁊ per om
nes ꝓuincias q̃ ditioni regis subiacebant: pro
aĩabꝰ suis steterũt iudei: interfectis hostibus ac
ꝑsecutoribus suis: intantũ vt septuagintaquinq₃
milia occisoꝝ implerent. ⁊ nullus de substãtijs
eoꝝ q̃cq̃₃ cõtingeret. Dies aũt tertiusdecimus
mẽsis adar. vnus apud oẽs interfectiõis fuit.
⁊ quartadecima die cedere desierũt. Quẽ ꝯsti
tuerunt esse solẽnẽ: vt in eo tpe deinceps vaca
rẽt epulis gaudio atq₃ cõuiuijs. At hi q in vr/
be susis cedẽ exercuerant tertiodecimo ⁊ quar
todecimo die eiusdẽ mensis in cede versati sũt.
quintodecimo aũt die ꝑcutere desierũt. Et iccir/
co eũdem diem cõstituerũt solẽnẽ epulaꝝ atq₃
leticie. Hi vero iudei q in oppidis nõ muratis
ac villis morabant. quartũdecimũ diem men
sis adar cõuiuioꝝ ⁊ gaudij decreuerũt: ita vt
exultent in eo et mittant sibi mutuo ꝑtes epula
rũ et ciboꝝ. Scripsit itaq₃ mardocheꝰ oĩa hec.
⁊ lr̃is cõprehensa misit ad iudeos q in oibꝰ re/
gis ꝓuincijs morabant: tã in vicino positis q₃
ꝓcul vt quartãdecimã et q̃ntãdecimã diẽ men
sis adar ꝓ festis susciperẽt. et reuertente semꝑ
anno solẽni celebrarẽt honore: q₂ i ipsis diebꝰ
se vlti sunt iudei de inimicis suis. ⁊ luctus atq₃
tristicia in hilaritatem gaudiũq₃ conuersi sunt.
essẽtq₃ dies isti epulaꝝ atq₃ leticie. ⁊ mitterẽt si
bi inuicem ciboꝝ partes. ⁊ pauperibus munu
scula largirent. Susceperũtq₃ iudei in solẽnẽ
ritũ cũcta q̃ in eo tempore facere ceperãt. ⁊ que
mardocheus lr̃is facienda mandauerat. Amã
eni filiꝰ amadathi stirpis agag hostis ⁊ aduer/
sarius iudeoꝝ cogitauit ꝯtra eos malũ: vt occi
deret illos atq₃ deleret ⁊ misit phur q̃ nr̃a lin
gua vertit in sortẽ. ⁊ postea ingressa est hester
ad regẽ obsecrãs vt conatus eius lr̃is regis ir
riti fierent. ⁊ malũ qd̃ ꝯtra iudeos cogitauerat
reuerteret in caput eiꝰ. Deniq₃ ⁊ ipm ⁊ filios
eius affixerũt cruci: atq₃ ex illo tpe dies isti ap/
pellati sũt phurim id est sortiũ. eo q̃ phur idest
sors in vrna missa fuerit. Et cũcta q̃ gesta sunt.
ep̃le .i. libri huius volumine continent: q̃q₃ su
stinuerũt. ⁊ q̃ dein ceps imutata sũt. susceperũt
iudei sup se ⁊ semen suũ. ⁊ sup cũctos q religio
ni eoꝝ voluerunt copulari: vt nulli liceat duos
hos dies absq₃ solẽnitate transigere quos scri
ptura testat. ⁊ certa expectunt tpa annis sibi iu
giter succedẽtibus. Isti sũt dies quos nulla vn
q₃ delebit obliuio. ⁊ p singulas generatiões cũ
cte in toto orbe ꝓuincie celebrabũt: nec ẽ vlla ci
uitas in qua dies phurim idest sortiũ: nõ obser
uent a iudeis: ⁊ ab eoꝝ ꝓgenie q̃ his cerimo/
nijs obligata ẽ. Scripserũtq₃ hester regina fi/
lia abiahil ⁊ mardocheꝰ iudeꝰ etiã secũdã ep̃laꝫ
vt oĩ studio dies ista solẽnis sanciret posterum
Et miserũt ad oẽs iudeos q i cẽtũ vigintiseptẽ
ꝓuincijs regis assueri versabant. vt haberent
pacẽ ⁊ susciperẽt veritatẽ obseruãtes dies sorti
um. ⁊ suo tpe cũ gaudio celebrarẽt. sicut ꝯstitu
erãt mardocheꝰ ⁊ hester. Et ibi obseruanda su
sceperunt a se ⁊ a semine suo ieiunia atq₃ clamo
res ⁊ sortiũ dies. ⁊ oĩa q̃ libri huiꝰ qui vocat he
ster historia ꝯtinent.

X

Rex vero assuerus oẽm terraꝫ ⁊ cũctas
maris insulas. fecit tributarias: cuius
fortitudo ⁊ iperiũ ⁊ dignitas atq₃ subli
mitas qua exaltauit mardocheũ. scripta sũt in li
bris medoꝝ atq₃ persaꝝ. ⁊ quõ mardocheꝰ iu/
daici generis secundus a rege assuero fuerit. ⁊
magnus apud iudeos. ⁊ acceptabilis plebi fra
trũ suoꝝ: querẽs bona populo suo: ⁊ loquẽs ea
q̃ ad pacem seminis sui pertinerẽt. ¶ Que ha
bent in hebreo plena fide expressi. hec aũt q̃ se/
quunt scripta repperi in editiõe vulgata q̃ gre
coꝝ lingua ⁊ lr̃is ꝯtinent. ⁊ interim post finẽ li/
bri hoc capl̃m ferebat. qd̃ iuxta ꝯsuetudinẽ no
strã obelo .i. veru ꝑnotauimꝰ. Dixitq₃ mardo
cheꝰ. A deo facta sũt ista. Recordatꝰ sũ somnij q̃
viderã: hec eadẽ significãtis: nec eoꝝ q̃cq₃ irri/
tũ fuit. Paruꝰ fons q creuit i fluuiũ ⁊ i lucẽ so
lẽq₃ ꝯuersus ẽ ⁊ i aquas plurimas redũdauit
hester ẽ: quã rex accepit vxorẽ. ⁊ voluit esse re/
ginã. Duo aũt dracones: ego sũ. ⁊ amã. Gẽ/
tes q̃ cõuenerãt. hi sũt q conati sũt delere nomẽ
iudeoꝝ. Gẽs aũt mea israel est q̃ clamauit ad
dñm. ⁊ saluũ fecit populũ suũ. liberauitq₃ nos
ab oibus malis. ⁊ fecit signa magna atq₃ portẽ
ta inter gentes. ⁊ duas sortes eẽ cepit. vnã po
puli dei. ⁊ alterã cũctaꝝ gentiũ. Venitq₃ vtra/
q₃ sors in statutũ ex illo iã tpe corã deo vniuersis
gentibus. ⁊ recordatus ẽ dñs ppl̃i sui: ac miser
tus hereditatis sue. Et obseruabunt dies isti i
mense adar. quartadecima ⁊ quintadecima die
eiusdẽ mensis. cũ oĩ studio ⁊ gaudio in vnum
cetũ populi cõgregati: in cũctas deinceps gene
ratiões populi israel.

XI

ANno q̄rto regnātibus ptolemeo ⁊ cleo
patra: attulerunt dositheus q̄ se sacerdo
tē ⁊ leuitici generis ferebat: ⁊ ptoleme
us filius ei⁹ hanc epistolam phurim: quā dixe/
runt interp̄tatum esse lysimachū ptolemei filiū in
irl'm. Hoc quoqꝫ principiū erat in editiōe vul
gata: quod nec in hebreo. nec apud vllū fertur
interp̄tum. Anno secundo regnante artaxerxe
maximo. prima die mensis nisan vidit somniū
mardocheus filius iaheri. filij semei. filij cis de
tribu beniamin: homo iudeus q̄ habitabat i vr
be susis: vir magnus. ⁊ inter p̄mos aule regie
Erat aūt de eo numero captiuorum quos tran/
stulerat nabuchodonosor rex babylōis de irl'm
cum iechonia rege iuda. ⁊ hoc eius somniū fuit.
Apparuerunt voces ⁊ tumultus: tonitrua ⁊ ter
remotus ⁊ cōturbatio sup terrā: ⁊ ecce duo dra
cones magni paratiqꝫ ꝯtra se in p̄lium: ad quo
rum clamorem cuncte ꝯcitate sunt nationes: vt
pugnarēt ꝯtra gentē iustorū. Fuitqꝫ dies illa te
nebrarū ⁊ discrimis: tribulationis ⁊ angustie ⁊
ingens formido sup terram. Conturbataqꝫ est
gens iustoꝝ timentium mala sua: ⁊ p̄parata ad
mortē. Clamaueruntqꝫ ad deū. ⁊ illis vociferā
tib⁹: fons paru⁹ creuit in fluuiū maximū: ⁊ in
aquas plīmas redundauit. Lux ⁊ sol ortus ē et
humiles exaltati sunt. et deuorauerunt inclytos
Quod cum vidisset mardocheus et surrexisset
de stratu. cogitabat quid deus facere vellet. et fi
xum habebat in animo scire cupiens quid signi
ficaret somnium. XII.

MOrabaꝛ aūt eo t̄pe in aula regis. cū ba/
gatha et thara eunuchis regis. qui ianī
tores erant palatij. Cūqꝫ intellexisset co
gitationes coꝝ et curas diligentius ꝑuidisset. di
dicit ꝙ conarenꝛ in regem artaxerxem manus
mittere: et nūciauit sup eo regi. Qui de vtroqꝫ
habita q̄stione. confessos iussit duci ad mortem
Rex aūt qđ gestum erat scripsit in cōmentarijs
Sed et mardocheus rei memoriā l̄ris tradidit.
Preceptiqꝫ ei rex vt in aula palatij moraretur:
datis ei ꝓ delatione mūeribus. Aman vo fili⁹
amadathi bugeus: erat gloriosissimus coram re
ge: et voluit nocere mardocheo. et pp̄lo eius ꝓ
duobus eunuchis regis q̄ fuerant interfecti. Hu
cusqꝫ ꝓemiū. Que sequūꝛ in eo loco posita erāt
vbi scriptū ē i volumie. et diripuerūt bona vel
substātias coꝝ. Que in sola vulgata editōe rep
perimus. Ep̄le aūt hoc exēplar fuit. XIII

REx maximus artaxerxes ab india vsqꝫ
ethiopiam centum vigintiseptem pro
uinciarum: principibus ⁊ ducibus q̄
eius imperio subiecti sunt salutē. Cū plurimis
gentibus imperarē. ⁊ vniuersū orbē mee ditio
ni subiugassem: volui nequaqꝫ abuti potentie
magnitudine sed clementia ⁊ lenitate guberna
re subiectos: vt absqꝫ vllo terrore vitam silētio
transigentes. optata cūctis mortalibus pace fru
erentur. Querente autem me a ꝯsiliarijs meis
quō posset hoc impleri: vn⁹ q̄ sapiētia ⁊ fide ce
teros p̄cellebat. ⁊ erat post regē secūdus aman
noie indicauit mihi in toto orbe terraꝝ populū
esse dispersū q̄ nouis vtereꝛ legib⁹. ⁊ ꝯtra oiū
gentiū ꝯsuetudinē faciēs. regū iussa ꝯtēneret.
⁊ vniuersaꝝ ꝯcordiā nationum sua dissensione
violaret. Qđ cū didicissem⁹. videntes vnā gē
tem rebellē aduersus oē hoium genus ꝑuersis
vti legibus. nr̄isqꝫ iussionibus contraire. ⁊ tur
bare subiectaꝝ nobis ꝓuinciaꝝ pacē atqꝫ ꝯcor
diā: iussimus vt quoscūqꝫ amā q̄ oib⁹ ꝓuincijs
p̄posit⁹ ē. ⁊ secūdus a rege. ⁊ quē p̄ris loco coli
mus mōstrauerit. cū ꝯiugib⁹ ac liberis deleāꝛ
ab inimicis suis. nullusqꝫ eoꝝ misereaꝛ q̄rtade
cima die duodecimi mensis adar anni p̄ntis vt
nepharij hoies vno die ad inferos descēdētes
reddant impio nostro pacem quā turbauerāt.
Hucusqꝫ exemplar ep̄le. Que sequūꝛ
post eū locū scripta repperi. vbi legiꝛ. ꝑgensqꝫ
mardoche⁹ fecit oia que ei mandauerat hester:
nec tñ habenꝛ in hebraico. ⁊ apud nullū penit⁹
ferunꝛ interpretū. Mardoche⁹ aūt dep̄catus ē
dñm: memor oium opeꝝ ei⁹. ⁊ dixit. Dñe dñe
rex oipotēs. in ditiōe eni tua cūcta sūt posita. ⁊
nō ē q̄ possit tue resistere volūtati: si decreueris
saluare isrl'. Tu fecisti celū ⁊ terrā. ⁊ q̄cq̄d celi
ambitu ꝯtinetur. dñs oium es. nec ē q̄ resistat
maiestati tue. Cūcta nosti ⁊ scis. q̄ nō ꝓ super/
bia ⁊ contumelia ⁊ aliqua glorie cupiditate fece
rim hoc. vt nō adorarē aman supbissimū liben
ter eni ꝓ salute isrl' etiā vestigia pedū ei⁹ deoscu
lari parat⁹ essem: sed timui ne honorē dei mei
trāsferrē ad hoiem. ⁊ ne quēq̄ adorarem. exce
pto deo meo. Et nūc dñe rex de⁹ abrahā. misē/
rere pp̄li tui: q2 volūt nos inimici nr̄i ꝑdere. et
hereditatē tuā delere. Ne despicias partē tuā:
quā redemisti de egypto. Exaudi dep̄cationē
meā. ⁊ ꝓpitius esto sorti ⁊ funiculo tuo. ⁊ con/
uerte luctū nostrū in gaudiū. vt viuētes laude
mus nomē tuū dñe. ⁊ ne claudas ora te canen/
tiū. Omnis quoqꝫ israel pari mēte ⁊ obsecr/
tiōe clamauit ad dñm. eo ꝙ eis certa mors ip̄e
deret. XIIII

HEster q̄ regina confugit ad dñm: pa/
uens periculū qđ iminebat. Cūqꝫ de/

posuisset vestes regias. fletibus et luctui apta i dumenta suscepit. et pro vnguentis varijs cine/re et stercore impleuit caput. et corpus suum hu miliauit ieiunijs: omniaqz loca i quibus antea letari consueuerat. criniū laceratione cōpleuit. Et deprecabatur dominū deū israel. dicēs. Dñe mi qui rex noster es solus. adiuua me solitariā. et cuius pter te nullus est auxiliator alius. Periculū meum in manibus meis ē. Audiui a patre meo qꝫ tu dñe tulisses israel de cūctis gētibus et patres nostros ex oībus retro maioribus suis vt possideres hereditatē sempiternā: fecistiqz eis sicut locutus es. Peccauimus i cōspectu tuo et iccirco tradidisti nos in manus inimicoꝝ nroꝝ Coluimus eni deos eoꝝ. Justus es dñe. Et nūc nō eis sufficit qꝫ durissima nos opprimūt serui tute. sed robur manuū suaꝝ idoloꝝ potentie deputantes volūt tua mutare pmissa. et delere hereditatē tuā. et claudere ora laudantiū te. atqz extinguere gloriā tēpli et altaris tui. vt apiant ora gentiū et laudent idoloꝝ fortitudinē. et depcent carnalē regē in sempiternū. Ne tradas domine sceptrū tuū his qui nō sūt. ne rideāt ad ruinam nostrā: sed conuerte cōsiliū eoꝝ sup eos. et eū q i nos cepit seuire. disꝑde. Memēto dñe et ostē de te nobis in tpe tribulatiōis nře. et da mihi fiduciam dñe rex deoꝝ. et vniuerse potestatis: tribue sermonē cōpositū in ore meo in cōspectu leonis. et trāsfer cor illius in odiū hostis nři: vt et ipse pereat. et ceteri q ei ꝯsentiunt. Nos aūt libera in manu tua. et adiuua me nullū aliud auxilium habentē nisi te dñe. q habes oium sciam: et nosti qꝛ oderim gloriā iniquoꝝ. et detester cubile incircuncisoꝝ et oīs alienigene. Tu scis necessitatē meā qꝫ abhomíner signū supbie et glorie mee qđ ē sup caput meū in diebus ostētationis mee. et detester illud quasi pannū mēstruate. et nō portem in diebus silētij mei. et qꝫ nō comederim in mēsa aman. nec mihi placuerit cōuiuiū regis. et nō biberim vinū libaminū. et nūqꝫ letata sit ancilla tua ex quo huc trāslata sū vsqꝫ in ꝑsentē diē: nisi in te dñe deus abrahā. Deus fortis sup oēs. exaudi vocē eoꝝ q nullā aliā spem habent. et libera nos de manu iniquoꝝ et erue me a timore meo. Hec qꝫ addita repperi in editiōe vulgata.

XV

Et mandauit ei: haud dubiū qn hester mardocheus vt ingrederetur ad regē et rogaret pro populo suo et pro patria sua Memorare inquit dieruꝫ humilitatis tue: quō nutrita sis in manu mea. quia aman secundus a rege locutus est ꝯtra nos i mortē. et tu inuoca dñm. et loqre regi pro nob. et libera nos de morte ¶ Necnon et ista que subdita sunt: in editione vulgata repperi. Die autem tertio deposuit vestimenta ornatus sui. et circūdata est gloria sua Cunqꝫ regio fulgeret habitu. et inuocasset omnium rectorem et saluatorem deum: assumpsit duas famulas. et super vnam quidem innitebatur quasi pre delitijs et nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens: altera autem famularum sequebatur dominam. defluentia in humum indumenta sustentās. Ipa autē roseo colore vultum perfusa. et gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum. et nimio timore contractuꝫ. Ingressa igitur cūcta per ordinē ostia stetit contra regem. vbi ille residebat super solium regni sui: indutus vestibus regijs. auroqꝫ fulgens et preciosis lapidibus. eratqꝫ terribilis aspectu. Cūqꝫ eleuasset faciē et ardētibus oculis furorē pectoris indicasset: regina corruit et i pallorē colore mutato. lassum super ancillā reclinauit caput. Cōuertitqꝫ deus spm̄ regis in māsuetudinem. et festinus ac metuens exiliuit de solio et sustentans eam vlnis suis donec rediret ad se his verbis blandiebatur. Quid habes hester. Ego sū frater tuus. noli metuere. Non morieris. Nō eni pro te. sed pro oibus hec lex constituta est. Accede igitur et tange sceptrū. Cūqꝫ illa reticeret: tulit aureā virgā. et posuit sup collū eius. et osculatus ē eam. et ait. Cur mihi nō loqueris Que rńdit. Vidi te dñe quasi angelū dei. et cōturbatū est cor meū pre timore glorie tue. Valde enim mirabilis es dñe. et facies tua plena est graꝝ. Cūqꝫ loqueretur. rursus corruit et pene exanimata ē. Rex aūt turbabatur. et omnes ministri eius consolabantur eū. Exemplar epłe regis artaxerxis quā pro iudeis ad totas regni sui prouincias misit. qđ et ipm in hebraico volumine nō habetur.

XVI

Rex magnus artaxerxes. ab india vsqꝫ ethiopiā centū vigintiseptē puinciarū ducibus ac pncipibus qui nostre iussioni obediūt. salutē dicit. Multi bonitate pncipū et honore q i eos collatus est. abusi sūt in superbiā et non solū subiectos regibus nituntur opprimere. sed datū sibi gloriam non ferentes: in ipos qui dederūt moliuntur insidias. Nec contēti sūt gratias nō agere beneficijs. et humanitatis in se iura violare. sed dei qꝫ cūcta cernentis: arbitrantur se posse fugere sniam. Et intantū vesanie, pruperūt vt eos qui credita sibi officia diligenter obseruant. et ita cūcta agūt vt oium laude digni sint. mēdacioꝝ cuniculis conentur subuer

tere dum aures ꝓncipiū simplices ex sua natura
alios estimātes: callida fraude decipiunt. Que
res ⁊ ex veteribus ꝓbat̃ historijs. ⁊ ex his q̄ ge
runt̃ quotidie: quō malis quorūdā suggestioni
bus regū studia deprauent̃. Vñ ꝓuidendū est
paci oiuꝫ ꝓuinciaruꝫ. Nec putare debetis si di
uersa iubeamus ex aĩ nr̃i venire leuitate: sed ꝓ
q̄litate ⁊ necessitate tēporuꝫ: vt rei publice poscit
vtilitas ferre sñiam. Et vt manifestius qđ dici
mus: intelligatis. Aman filius amadathi. ⁊ aio
⁊ gente macedo: alienusq; a ꝑsarum sanguine
⁊ pietatē nr̃am sua crudelitate cōmaculans pere
grinus a nobis susceptus est: ⁊ tantam in se ex
pertus humanitatem vt pr̃ nr̃ vocaret̃: ⁊ adora
ret̃ ab oibus post regē secundus: qui in tantum
arrogantie tumorē sublatus est: vt regno priua
re nos niteret̃ ⁊ spū. Nam mardocheū cuius fi
de ⁊ beneficijs viuimus: ⁊ consortem regni nr̃i
hester. cum omni gente sua nouis quibusdaꝫ at
q; inauditis machinis expetiuit in mortem hoc
cogitans vt illis interfectis insidiaretur nostre
solitudini. ⁊ regnū persaruꝫ trāsferret in mace
donas. Nos autem a pessimo mortaliū iudeos
neci destinatos: in nulla penitus culpa repperi
mus. sed ecōtrario iustis vtentes legibus. ⁊ fili
os altissimi ⁊ maximi sempq; viuētis dei. cuius
bñficio ⁊ pr̃ibus nr̃is ⁊ nobis regnū est traditū
⁊ vsq; hodie custodit̃. Vnde eas litteras quas
sub nomine nostro ille direxerat sciatis esse irri
tas. Pro quo scelere ante portas huius vrbis
idest susis: ⁊ ipse qui machinatus est. ⁊ omnis
cognatio eius pendet in patibulis: non nobis.
sed deo reddente ei quod meruit. Hoc autē edi
ctum quod nunc mittimus in cūctis vrbibus ꝓ
ponatur: vt liceat iudeis vti legibus suis. Qui
bus debetis esse āminiculo vt eos qui se ad necē
eorum parauerant possint interficere: tertiade
cima die mensis duodecimi qui vocatur adar.
Hanc enim dieꝫ deus omnipotens meroris ⁊
luctus eis vertit in gaudium. Vnde ⁊ vos in
ter ceteros festos dies hanc habētote diem: ⁊ ce
lebrate eam cum omni leticia: vt ⁊ imposterum
cognoscatur: omnes qui fideliter persis obedi
unt dignam pro fide recipere mercedem: qui au
tem insidiant̃ regno eorum: perire pro scelere.
Ois aūt prouincia ⁊ ciuitas q̄ noluerit solenni
tatis huius esse particeps: gladio ⁊ igne pereat
⁊ sic deleat̃ vt nō soluꝫ hominibus: sed etiā i uia
bestijs sit in sempiternū: ꝓ exemplo contempt⁹
⁊ inobedientie.

¶ Explicit liber Hester. Incipit prologus in Job secundum trāslationē septuaginta.

COgor per singulos scripture diui
ne libros. aduersarioꝝ respondere
maledictis: qui interpretationem
meā reprehensionem septuaginta
interpretū criminant̃. quasi nō. ⁊ apud grecos
aquilā symmachus ⁊ theodotion. vel verbum
e verbo. vel sensum e sensu. vel ex vtroq; con
mixtum ⁊ medie temperatū: genus trāslatiōis
expresserint. ⁊ omnia veteris instrumēti volu
mina origenes obelis astericisq; distinxerit. q̊s
vel additos vel de theodotione sūptos trāslati
oni antique inseruit. ꝓbans defuisse qđ additū
est. Discant igit̃ obtrectatores mei recipere in
toto qđ in partib⁹ susceperūt: aut interp̄tationē
meam cū astericis suis radere. Neq; eniꝫ fieri
potest vt quos plura intermisisse susceperint. ñ
eosdē etiā in qbusdā errasse fateant̃. p̄cipue in
iob. cui si ea que astericis addita sūt subtraxeris
pars maxima detruncabit̃. ⁊ hoc dūtaxat apud
grecos. Ceteꝝ apud latinos ante eam transla
tionem quam sub astericis ⁊ obelis nuper edi
dim⁹ septingenti ferme aut octingenti versus d
sūt: vt decurtat⁹ ⁊ lacerat⁹ corrosusq; liber fedita
tem sui publice legentib⁹ prebeat. Hec aūt trā
slatio nullū de veterib⁹ sequit̃ interpretem: sed
ex ip̄o hebraico arabicoq; sermone: ⁊ interduꝫ
syro: nūc verba: nūc sensus: nūc simul vtrūq;
resonabit. Obliqu⁹ enim etiam apud hebreos
totus liber fert̃ ⁊ lubricus. ⁊ qđ greci rhetores
vocant schematismenos: dū qui aliud loquitur
aliud agit. Vt si velis anguillā vel murenulaꝫ
strictis tenere manibus. quanto forti⁹ presser̃
tanto citius elabit̃. Memini me ob intelligen
tiam hui⁹ voluminis liddeū quendam p̄cepto
rem. qui apud hebreos p̄mus haberi putabat̃:
non paruis redemisse nūmis: cui⁹ doctrina an
aliqd ꝓfecerim. nescio. Hoc vnū scio. non po
tuisse me interpretari. nisi qđ ante intellexeram
A p̄ncipio itaq; voluminis vsq; ad verba iob
apud hebreos prosa oratio est. Porro a vbis
iob in qb⁹ ait. pereat dies ĩ qua natus sū. et nox
in qua dictū est. concept⁹ est homo: vsq; ad eū
locū vbi ante finem voluminis scriptū ē: iccir
co ip̄e me reprehendo et ago pniam in fauilla
et cinere hexametri versus sūt. dactylo spōdeo
q; currētes. et ꝓpter lingue idioma crebro re
cipiētes et alios pedes nō earūdē syllabaꝝ: sꝫ
eorūdē tēpoꝝ. Interdū q̄ꝫ rhythm⁹ ip̄e dulcis
et tinnulus fert̃ numeris pedū solutis: qđ me
trici magis q̄ꝫ simplex lector intelligūt. A sup
dicto aūt versu vsq; ad finē libri: paruū coma
qđ remanet: ꝓsa oratione ꝯtexit̃. Qđ si cui vi

dicit incredulum metra: f. esse apud hebreos. et in morem nostri flacci grecique pindari et alcei. et sappho. vel psalterium. vel lamentationes hieremie. vel omnia ferme scripturarum cantica comprehendi. legat philonem. iosephum. origenem cesariensem eusebium. et eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei iccirco me in hoc volumine laborasse. non vt interpretationem antiquam reprehenderem. sed vt ea que in illa aut obscura sunt. aut omissa: aut certe scriptorum vitio deprauata: manifestiora nostra interpretatione fierent: qui et hebreum sermonem ex parte didicimus. et in latino pene ab ipsis cunabulis inter gramaticos et rhetores et philosophos detriti sumus. Quod si apud grecos post septuaginta editionem. iam xpi euangelio coruscante iudeus aquila et symmachus ac theodotion iudaizantes: heretici sunt recepti qui multa mysteria saluatoris subdola interpretatione celarunt. et tamen in hexaplis habentur apud ecclesias. et explanantur ab ecclesiasticis viris. quanto magis ego xpianus et de parentibus xpianis natus. et vexillum crucis in mea fronte portans cuius studium fuit omissa repetere deprauata corrigere. et sacramenta ecclesie puero et fideli aperire sermone. vel a fastidiosis vel a malignis lectoribus non debeo reprobari. Habeant qui volunt veteres libros vel in membranis purpureis. auro argentoque descriptos. vel vncialibus. vt vulgo aiunt litteris onera magis exarata quam codices: dummodo mihi meisque permittant pauperes habere scedulas. et non tam pulchros codices quam emendatos. Vtraque autem editio et septuaginta iuxta grecos et mea iuxta hebreos: in latinum meo labore translata est. Eligat vnusquisque quod vult. et studiosum me magis quam maliuolum probet.

¶ Item alius prologus in Iob secundum hebraicum.

Si aut fiscellam iunco texerem. aut palmarum folia complicarem vt in sudore vultus mei comederem panem. et ventris opus sollicita mente pertractarem nullus morderet: nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta sententiam saluatoris volo operari cibum qui non perit. et antiquam diuinorum voluminum viam sentibus virgultisque purgare: error mihi geminus ingeritur: corrector vitiorum falsarius vocor. et errores non auferre sed serere. Tanta est enim vetustatis consuetudo vt etiam confessa plerisque vitia placeant: dum magis pulchros habere volunt codices quam emendatos. Quapropter o fratres dilectissimi vnicum nobilitatis et humilitatis exemplar. pro flabello calathis sportellisque munusculis monachorum. spiritalia hec et mansura dona suscipite: ac beatum iob qui adhuc apud latinos iacebat in stercore. et vermibus scatebat errorum: integrum immaculatumque gaudete. Quomodo enim post probationem atque victoriam duplicia sunt ei vniuersa reddita. ita ego in lingua nostra vt audacter loquar. feci eum habere que amiserat. Igitur et vos et vnumquemque lectorem solita prefatione commoneo. et in principiis librorum eadem semper annectens rogo. vt vbicumque semper precedentes virgulas videritis sciatis ea que subiecta sunt. in hebraicis voluminibus non haberi. Porro vbi stelle imago prefulserit: ex hebreo in sermone nostro addita sunt. Nec non et illa que haberi videbantur. et ita corrupta erant vt sensum legentibus tollerent: orationibus vobis magno labore correxi. magis vtile quod ex odio meo ecclesiis xpi vetustatum ratus: quam ex aliorum negocio.

¶ Incipit argumentum in librum Iob.

In terra quidem habitasse iob vsitidi in finibus idumee et arabie. et erat ei ante nomen iobab. et accepit vxorem arabissam: et genuit filium quem vocauit ennon. Erat autem ipse filius quidem zareth de esau filiis filius: de matre vero bosra: ita vt sit quintus ab abraham. Et sunt hi reges qui regnauerunt in edom: in qua et ipse regnauit: sed primus in ea regnauit balach filius beor. et nomen eiusdem ciuitatis nachaba. Post hunc autem balach. Post eum iobab. qui vocatur iob. Post iob autem cusram: qui erat dux ex themanorum regione. Et post illum regnauit adar filius beath: qui excidit madian in campo moab et nomen ciuitatis eius chethem auith.

¶ Explicit argumentum. Incipit. liber Iob. Capitulum. I

Vir erat in terra hus nomine iob. Et erat vir ille simplex et rectus ac timens deum et recedens a malo. Natique sunt ei septem filii. et tres filie. Et fuit possessio eius septem milia ouium. et tria milia camelorum: quingenta quoque iuga boum. et quingente asine: ac familia multa nimis. Eratque vir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filii eius. et faciebant conuiuia per domos vnusquisque in die suo. Et mittentes vocabant tres sorores suas: vt comederent et biberent cum eis. Cumque in orbem transissent dies conuiuii mittebat ad eos iob. et sanctificabat illos: consurgensque diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim. Ne forte peccauerint filii mei. et benedixerint deo in cordibus suis. Sic faciebat iob cunctis diebus. Quadam autem die cum venissent filii dei vt assisterent coram domino: affuit inter eos

etiam sathan. Cui dixit domin⁹. Unde venis.
Qui respondēs ait. Circuiui terrā: ⁊ perambu/
laui eam. Dixitq; dn̄s ad eū. Nūqd ꝯsiderasti
suū meū iob ꝙ nō sit ei sil'is in terra hō simplex
⁊ rectus ac timēs deū ⁊ recedēs a malo. Cui re
spondens sathan ait: Nunqd frustra iob timet
deū? Nōne tu vallasti eū ac domū ei⁹: vniuer/
samq; substantiā ei⁹ per circuitū: Operib⁹ ma/
nuū ei⁹ bn̄dixisti. ⁊ possessio ei⁹ creuit in terra.
Sꝫ extēde paululū manū tuā. ⁊ tange cūcta que
possidet. nisi in faciē bn̄dixerit tibi. Dixit ergo
dn̄s ad sathan. Ecce vniuersa que habet: in ma
nu tua sūt: tm̄ in eum ne extendas manū tuam.
Egressusq; ē sathan a facie dn̄i. Cū aūt quadā
die filij ⁊ filie eius comederēt ⁊ biberēt vinū in
domo fratris sui ꝓmogeniti: nuncius venit ad
iob q diceret. Boues arabāt. ⁊ asine pascebāꝛ
iuxta eos. ⁊ irruerūt sabei: tulerūtq; oīa. ⁊ pue
ros percusserūt gladio: et euasi ego solus vt nū
ciarem tibi. Cūq; adhuc ille loqueretur: venit
alter. ⁊ dixit: Ignis dei cecidit e celo. et tactas
oues puerosq; cōsumpsit et effugi ego solus vt
nūciarē tibi. Sed ⁊ adhuc illo loquente: venit
alius ⁊ dixit: Chaldei fecerūt tres turmas ⁊ in
uaserūt camelos et tulerūt eos: necnon ⁊ pue/
ros percusserūt gladio. et ego fugi solus vt nū
ciarem tibi. Adhuc loquebaꝛ ille. ⁊ ecce ali⁹ in/
trauit. et dixit. Filijs tuis et filiab⁹ vescentib⁹ ⁊
bibētibus vinū in domo fratris sui ꝓmogeniti
repēte vētus vehemēs irruit a regione deserti
⁊ cōcussit qͣttuoꝛ angulos dom⁹: q̄ corruēs op/
pressit liberos tuos. ⁊ mortui sunt. et effugi ego
solus vt nūciarē tibi. Tūc surrexit iob. et scidit
vestimēta sua. et tonso capite corruens in terrā
adorauit. et dixit: Nudus egressus sū de vtero
matris mee. et nudus reuertar illuc. Domin⁹
dedit. dn̄s abstulit: sicut dn̄o placuit: ita factum
est: sit nomē dn̄i benedictū. In oibus his non
peccauit iob labijs suis: neq; stultū quid cōtra
deum locutus est. II

Factum ē aūt cum quadā die venissent
filij dei. et starent corā dn̄o: venisset q;
sathan int̄ eos et staret in cōspectu eius
vt diceret dominus ad sathan. Unde venis?
Qui respōdēs ait: Circuiui terrā: ⁊ perambula/
ui eā. Et dixit dn̄s ad sathan. Nūqd ꝯsiderasti
suū meū iob ꝙ non sit ei sil'is in trā vir simplex
⁊ rect⁹ ac timens deum ⁊ recedens a malo ⁊ ad
huc retinēs innocentiā. Tu autē cōmouisti me
aduersus eū: vt affligerem eū frustra. Cui re/
spondens sathan: ait: Pellem ꝓ pelle. ⁊ cūcta
que habet homo dabit ꝓ aīa sua. Alioqn mitte
manū tuā. ⁊ tange os ei⁹ ⁊ carnē. ⁊ tūc videbis
ꝙ in faciē bn̄dicat tibi. Dixit ergo dn̄s ad sathā
Ecce in manu tua ē: verūtn̄ aīam illius serua.
Egressus igiꝛ sathan a facie domini ꝑcussit iob
vlcere pessimo: a planta pedis vsq; ad verticē
eius. Qui testa saniē radebat: sedens in sterq/
linio. Dixit autem illi vxoꝛ sua. Adhuc tu per
manes in simplicitate tua? Benedic deo ⁊ mo
rere. Qui ait ad illā. Quasi vna de stultis mu
lieribus locuta es. Si bona suscepimus de ma
nu domini: mala quare non sustineamus? In
omnibus his non peccauit iob labijs suis. Igi
tur audiētes tres amici iob omne malū qđ ac
cidisset ei: venerūt singuli de loco suo: eliphaz
themanites. ⁊ baldath suites. ⁊ sophar naama
thites. Condixerant enim vt pariter venientes
visitarent eū ⁊ consolarenꝛ. Cumq; eleuassent
procul oculos suos: non cognouerūt eum. Et
exclamantes ploꝛauerūt: scissisq; vestib⁹ sparse
runt puluerē super caput suū in celū. Et sede/
rūt cum eo in trā septem dieb⁹ ⁊ septem nocti/
bus: ⁊ nemo loquebaꝛ ei verbū. Uidebant. n.
doloꝛē esse vehementē. III

Post hec aperuit iob os suū. ⁊ maledi/
xit diei suo: ⁊ locutus ē. Pereat dies in
qua nat⁹ sum: ⁊ nox in q̄ dictū ē cōcept⁹
est homo. Dies ille vertaꝛ in tenebras. Nō re
quirat eū de⁹ desup: nec illustreꝛ lumine. Obscu/
rent eū tenebꝛe: ⁊ vmbꝛa mortis. Occupet eū
caligo: ⁊ inuoluaꝛ amaritudine. Noctem illam
tenebꝛosus turbo possideat: Non computeꝛ in
dieb⁹ āni: nec numereꝛ in mēsib⁹. Sit nox illa
solitaria: nec laude digna. Maledicant ei q ma
ledicunt diei: qui parati sūt suscitare leuiathan.
Obtenebꝛenꝛ stelle caligine eius. Expectet lu/
cem ⁊ non videat: nec oꝛtum surgentis auroꝛe
Quia non conclusit ostia ventris: qui poꝛtauit
me: nec abstulit mala ab oculis meis. Quare
non in vulua moꝛtuus sum: egressus ex vtero
nō statim perij? Quare exceptus genib⁹ cur la
ctat⁹ vberibus: Nunc eni doꝛmiens silerem ⁊
somno meo requiescerē cū regib⁹ ⁊ consulib⁹
trē: qui edificant sibi solitudines: aut cum ꝑnci
pib⁹ q possidēt aurū. ⁊ replēt domos suas argē
to. Aut sicut aboꝛtiuū absconditū nō subsisterē
vel qui cōcepti non viderunt lucem. Ibi impij
cessauerūt a tumultu: ⁊ ibi requieuerūt fessi ro/
boꝛe: ⁊ quondam vincti pariter sine molestia.
Non audierūt vocē exactoꝛis. Paru⁹ et ma/
gnus ibi sunt. ⁊ su⁹ liber a dn̄o suo. Quare mi
sero data est lux: ⁊ vita his qui in amaritudine
anime sūt. Qui expectant moꝛtem ⁊ non venit

quasi effodiētes thesaurū: gaudētq vehemēter cū inuenerint sepulchrū. Viro cui9 abscōdita ē via. et circūdedit eū de9 tenebris. Anteq come dam suspiro. et quasi inundātis aque sic rugit9 meus: quia timor quē timebam euenit mihi: et quod verebar accidit. Nōne dissimulaui: Nō ne silui: Nonne quieui. Et venit super me in dignatio.

IIII

Respondens autez eliphaz themanites dixit. Si ceperim9 loq tibi: forsitā mole ste accipies. Sz ↄceptū s̄monē tenere qs poterit. Ecce docuisti multos et man9 lassas roborasti. Vacillātes ↄfirmauerūt s̄mones tui et genua trementia ↄfortasti. Nūc aūt venit sup te plaga. et defecisti tetigit te et ↄturbat9 es Vbi timor tu9. fortitudo tua et patiētia tua: et pfectio viarū tuarū. Recordare obsecro te qs vnq̄ in nocens periit: aut qn̄ recti deleti sūt. Quinpotius vidi eos q opāt iniqtatē et semināt dolores et me tunt eos: flāte deo perisse: et spū ire eius eē con sumptos. Rugit9 leonis et vox leene: et dentes catulorū leonū contriti sunt. Tigris periit eo q nō haberet predā. et catuli leonis dissipati sunt. Porro ad me dictū est verbū absconditū. et qsi furtiue suscepit auris mea venas susurrii eius. In horrore visiōis nocturne quādo solet sopor occupare homies: pauor tenuit me et tremor. et oia ossa mea pterrita sunt. Et cū spūs me p̄sen te transiret inhorruerūt pili carnis mee. Stetit quidā cui9 non agnoscebā vultū: imago coram oculis meis. et vocem quasi auri lenis audiui. Nunqd homo dei cōparatione iustificabit aut factore suo purior erit vir. Ecce qui seruiunt ei nō sūt stabiles. et in angelis suis repperit pra uitatē. Quāto magis hi qui habitāt domos lu teas q terrenū habēt fundamētū ↄsumē t velut a tinea: de mane vsq ad vesperam succident et q nullus intelligit. in eternū peribūt. Qui autē reliqui fuerint auferentur ex eis: morient et nō in sapientia.

V

Voca g si ē q tibi rn̄deat: et ad aliquē scō rū ↄuertere. Virū stultū interficit ira cūdia. et puulū occidit inuidia. Ego vidi stultū firma radice et maledixi pulchritudini ei9 statim. Longe fiēt filii eius a salute. et ↄterēt in porta. et nō erit q eruat. Cui9 messem famelic9 comedet: et ipsū rapiet armat9. et bibēt sitiētes diuitias ei9. Nihil in tra sine cā fit. et de humo nō egredit dolor. Hō nascit ad laborē. et auis ad volatū. Quāobrē ego dep̄cabor dn̄m. et ad deum ponā eloquiū meum. Qui facit magna et inscrutabilia: et mirabilia absq numero. Qui dat pluuiā sup faciem t̄re. et irrigat aquis vni uersa. Qui ponit humiles in sublime. et merē tes erigit sospitate. Qui dissipat cogitationes malignorū: ne possint implere manus eorū qd ceperāt. Qui apprehendit sapientes in astutia eorū. et consiliū prauorum dissipat. Per diem incurrent tenebras et quasi in nocte sic palpabūt in meridie. Porro saluū faciet egenū a gladio oris eorum: et de manu violenti pauperez. Et erit egeno spes: iniquitas aūt cōtrahat os suuz Beat9 homo q corripit a dn̄o. Increpationez ergo dn̄i ne reprobes: quia ipse vulnerat et me det: pcutit et man9 ei9 sanabūt. In sex tribula tionibus liberabit te. et in septima nō tanget te malū. In fame eruet te de morte. et in bello de manu gladii. A flagello lingue abscōderis: et nō timebis calamitatē cū venerit. In vastitate et fame ridebis. et bestias t̄re non formidabis. Sz cū lapidib9 regionū pactū tuū et bestie terre pacifice erūt tibi. Et scies q pacē habeat taber naculū tuū. et visitās speciē tuā nō peccabis Et scies qm̄ multiplex erit semen tuū. et ↄgenies tua quasi herba t̄re. Ingredieris in abundan tia sepulchrū: sicut infert aceruus tritici in tem pore suo. Ecce hoc vt inuestigauim9: ita est qd auditū mente ptracta.

VI

Respondēs aūt iob dixit: Vtinā appē derent pctā mea quib9 irā merui: et ca lamitas quā patior in statera: quasi are na maris hec grauior apparet. Vnde et verba mea dolore sunt plena: q sagitte dn̄i in me sunt q indignatio ebibit spm̄ meū et terrores dn̄i militāt ↄ me. Nūqd rugiet onager cū habue rit herbā: aut mugiet bos cum ante p̄sepe ple nū steterit. Aut poterit comedi insulsū: qd non ē sale conditū. Aut pōt aliqs gustare: qd gusta tum affert mortē. Nā. n. esurienti etiam ama ra dulcia eē vident. Que pri9 nolebat tangere aia mea: nūc pre angustia cibi mei sunt. Quis det vt veniat petitio mea. et quod expecto tribu at mihi deus. et qui cepit ipse me conterat. Sol uat manum suam. et succidat me. et hec mihi sit cōsolatio vt affligens me dolore nō parcat nec ↄtradicā s̄monib9 sancti. Que ē eni fortitudo mea vt sustineā: aut qs finis meus vt patiēter agam. Nec fortitudo lapidum fortitudo mea. nec caro mea enea est. Ecce nō est auxiliū mihi in me. et necessarii quoq mei recesserunt a me. Qui tollit ab amico suo miam: timorē domini dereliquit. Fratres mei p̄terierūt me. sicut tor rens q raptim trāsit in cōuallib9. Qui timent pruinam: irruet sup eos nix. Tpe quo fuerint

dissipati pibūt: ꝛ vt incaluerint soluenē de loco
suo. Inuolute sūt semite gressuū coꝝ: ambula/
bunt in vacuum ꝛ pibūt. Considerate semitas
theman: itinera saba: ꝛ expectate paulisper. Cō
fusi sunt: qꝛ speraui. Venerunt quoqꝫ vsqꝫ ad
me: ꝛ pudore coopti sūt. Nūc venistis: ꝛ modo
vidētes plagā meā timetis. Nūqd dixi: affer/
te mihi. ꝛ de substātia vestra donate mihi: vel li
berate me de manu hostis. ꝛ de manu robusto
rū eruite me? Docete me. ꝛ ego tacebo: ꝛ si qd
forte ignoraui: instruite me. Quare detraxistis
ſmonib⁹ veritatis: cum e vobis nullus sit qui
possit arguere me? Ad increpādū tātū eloquia
cōcinnatis. ꝛ in ventū verba pfertis. Super
pupillum irruitis: ꝛ subuertere nitimini amicū
vestꝝ. Verūtamē quod cepistis explete. Pre
bete aurem. ꝛ videte an mentiar. Respondete
obsecro absqꝫ contentione. ꝛ loquētes id quod
iustū est iudicate. Et non inuenietis in lingua
mea iniquitatem: nec in faucibus meis stulticia
personabit.

VII

MIlitia est vita hominis sup trā: et sicut
dies mercenarij dies eius. Sicut cer/
uus desiderat vmbrā. ꝛ sicut mercēna/
rius prestolatur finem opis sui: sic ꝛ ego habui
mēses vacuos. ꝛ noctes laboriosas enumera/
ui mihi. Si dormiero: dicā qñ cōsurgā. ꝛ rursū
expectabo vesperā ꝛ replebor dolorib⁹ vsqꝫ ad
tenebras. Induta est caro mea putredine ꝛ sor
dibus pulueris: cutis mea aruit ꝛ contracta
est. Dies mei velotius transierunt qꝫ a texente
tela succiditur: et consumpti sunt absqꝫ vlla spe
Memēto quia ventus est vita mea. et non re/
uertet oculus meus vt videat bona: nec aspiciet
me visus hominis. Oculi tui in me. et nō sub/
sistā. Sicut cōsūmit nubes et pertrāsit: sic qui
descendit ad inferos nō ascendet. nec reuertet
vltra in domū suā neqꝫ cognoscet eā ampli⁹ lo
cus eius. Quapropter et ego nō parcā ori meo
loquar in tribulatiōe spūs mei: cōfabulabor cū
amaritudine aīe mee. Nūquid mare ego sum
aut cetus. quia circūdedisti me carcere? Si di/
xero cōsolabit me lectulus meus. et reuelabor
loquens mecū in stratu meo. terrebis me per
somnia. ꝛ p visiones horrore cōcuties. Quam
obrē elegit suspēdiū aīa mea. et mortē ossa mea
Desperaui. Nequaqꝫ vltra iam viuā. Parce
mihi: nihil enī sūt dies mei. Quid est hō qꝛ ma
gnificas eū aut quid apponis erga eū cor tuum
Visitas eū diluculo: et subito probas illū. Vs/
qꝫquo nō parcis mihi: nec dimittis me vt glu/
tiā saliuā meam? Peccaui. Quid faciam tibi o
custos hoīuꝫ. Quare posuisti me ꝯtrariū tibi?
ꝛ factus sū mihimetipsi grauis? Cur non tollis
peccatū meū. ꝛ quare nō aufers iniquitatē meā
Ecce nunc in puluere dormiam: ꝛ si mane me
quesieris. non subsistam.

VIII

REspondens autē baldath suites. dixit:
Vsqꝫquo loqueris talia: ꝛ spiritus multi
plex ſmonis oris tui? Nūquid de⁹ sup
plantat iudiciū: aut omnipotēs subuertit quod
iustū est? Etiā si filij tui peccauerūt ei. ꝛ dimisit
eos in manu iniquitatis sue: tu tamē si diluculo
cōsurrexeris ad eum. ꝛ omnipotētē fueris dep/
catus si mūdus ꝛ rect⁹ incesseris. statim euigi/
labit ad te. ꝛ pacatū reddet habitaculum iusticie
tue: intantū vt si priora tua fuerint parua. ꝛ no
uissima tua multiplicent nimis. Interroga. n.
gnatione pristinā. ꝛ diligēter inuestiga patrū
memoriā: hesterni quippe sum⁹. ꝛ ignoramus
qm̄ sicut vmbra dies nr̄i sunt sup trā: ipsi doce
bunt te. Loquent tibi: ꝛ de corde suo pferent
eloquia. Nūquid virere pōt scirpus absqꝫ hu/
more: aut cresc̄e carectū sine aqua: Cū adhuc
sit in flore nec carpatur manu ante oēs herbas
arescit: sic vie omniū qui obliuiscūt deū ꝛ spes
hypocrite peribit. Nō ei placebit vecordia sua
ꝛ sicut tela araneaꝝ fiducia eius. Innitet su/
per domū suā ꝛ nō stabit: fulciet eā ꝛ non con/
surget Humectus videt anteqꝫ veniat sol. ꝛ in
ortu suo germē eius egrediet. Sup aceruum
petraꝝ radices ei⁹ densabunt. ꝛ inī lapides cō/
morabit. Si absorbuerit eum de loco suo nega
bit eū. ꝛ dicet: Nō noui te. Hec ē. n. leticia vie
ei⁹: vt rursū de tra alij germinent. Deus non
pijciet simplicē: nec porriget manū malignis:
donec impleat risu os tuum. ꝛ labia tua iubilo.
Qui oderunt te: induent cōfusione ꝛ taberna/
culū impioꝝ nō subsistet.

IX

ET respondēs iob ait Vere scio qꝛ ita sit
ꝛ qꝛ nō iustificet hō cōposit⁹ deo. Si vo
luerit cōtendere cum eo: non poterit re
spondere ei vnū p mille. Sapiens corde est: ꝛ
fortis robore. Quis restitit ei. ꝛ pacem habuit?
Qui trāstulit montes. ꝛ nescierūt his qs sub/
uertit i furore suo. Qui cōmouet trā d loco suo
ꝛ colūne eius cōcutiunt. Qui pcipit soli et non
oritur. ꝛ stellas claudit qsi sub signaculo. Qui
extendit celos solus: ꝛ gradit sup fluctus mar
Qui facit arcturum ꝛ oriones ꝛ hyadas ꝛ inte/
riora austri. Qui facit magna ꝛ inscrutabilia.
ꝛ mirabilia quoꝝ nō est numerus. Si venerit
ad me. nō videbo eū: si abierit: non intelligam
Si repente interroget: quis respondit ei: Vel

quis dicẽ ei pōt: cur ita facis. Deus cui⁹ ire nemo resistere pōt. ꝛ sub quo curuanť qui portāt orbē. Quāť° ergo sū ego vt rñdeā ei. ꝛ loquar 𝔙bis meis cū eo. Qui etiā si habuero quippiā iustū. non rñdebo: ſꝫ meū iudicē dep̄cabor. Et cū inuocantē me exaudierit. nō credo q̄ audierit vocē meā. In turbine. n. cōteret me. ꝛ multiplicabit vulnera mea etiā sine causa. Nō concedit requiescē spm̄ meū. ꝛ implet me amaritudinib⁹. Si fortitudo q̄rit: robustissim⁹ est. Si equitas iudicij nemo audet pro me testimoniū dicē. Si iustificare me voluero os meū cōdemnabit me. Si innocentē oñdero: prauū me cōprobabit. Etiā si simplex fuero: hoc ipsū ignorabit aīa mea: ꝛ tedebit me vite mee: 𝔙num ē qđ locutus sum. ꝛ innocētē ꝛ impiū ipse consumit. Si flagellat: occidat semel. ꝛ nō de penis inocētū rideat. Terra data ē in man⁹ impij vultū iudicū ei⁹ opit. Qđ si nō ille ē: qs ḡ ē. Dies mei velociores fuerūt cursore: fugerunt. ꝛ non viderūt bonū. Pertransierūt q̄si naues poma portātes: sicut aq̄la volans ad escā. Cū dixero nequaq̄ ita loquar: cōmuto faciē meā. ꝛ dolore torqueor. Verebar oīa opera mea: sciens q̄ nō parceres delinquenti. Si aūt ꝛ sic impius sum quare frustra laboraui. Si lot⁹ fuero q̄si aqs niuis. ꝛ fulserint velut mūdissime man⁹ mee: tñ sordib⁹ intinges me. ꝛ abhominabunť me vestimenta mea. Neq̄ʒ. n. viro q similis mei ē respondeo: nec q mecuʒ in iudicio ex equo possit audiri. Nō ē q vtrūq̄ʒ valeat arguē ꝛ ponere manū suā in ambob⁹. Auferat a me 𝔙gā suā ꝛ pauor ei⁹ nō me terreat. Loquar. ꝛ nō timebo eū. Neq̄ʒ eni possū metuens rñdere. X

Tedet aīam meā vite mee: dimittam aduersum me eloquiū meum. Loquar in amaritudine aīe mee: dicam deo: noli me cōdēnare. Indica mihi: cur me ita iudices Nūquid bonū tibi videť si calūnieris me ꝛ opprimas me: opus manuuʒ tuarū: ꝛ consiliū impioꝝ adiuues. Nunqd oculi carnei tibi sūt: aut sicut videt homo ꝛ tu videbis. Nunqd sicut dies hoīs dies tui. ꝛ anni tui sicut humana sūt tēpora: vt q̄ras iniq̄tatē meā. ꝛ pctm̄ meū scruteris. Et scias q̄ nihil impiū fecerim: cū sit nemo q de manu tua possit eruere. Man⁹ tue fecerūt me: ꝛ plasmauerunt me totum in circuitu. et sic repente p̄cipitas me. Memēto queso q̄ sicut lutū feceris me. ꝛ i puluerē reduces me. Nonne sicut lac mulsisti me. et sicut caseum me coagulasti. Pelle et carnib⁹ vestisti me: ossibus ꝛ neruis cōpegisti me. Vitā ꝛ misericordiā tribuisti mihi. ꝛ visitatio tua custodiuit spm̄ meū. Licet hec celes in corde tuo. tñ scio q̄ vniuersoꝝ memineris. Si peccaui ꝛ ad horā pepcisti mihi: cur ab iniq̄tate mea mūdū me eē nō pateris Et si impi⁹ fuero ve mihi ē. ꝛ si iustus nō leuabo caput. saturatus afflictiōe ꝛ miseria. Et ꝑpt supbiā quasi leenā capies me: reuersusq̄ʒ mirabiliť me crucias. Instauras testes tuos ꝯ me. ꝛ multiplicas irā tuā aduersū me. ꝛ pene militāt in me. Quare de vulua eduxisti me. Qui vtināʒ cōsūptus essem: nec oculus me videret. Fuissem quasi nō essem de vtero translatus ad tumulū. Nūqd nō paucitas dieꝝ meoꝝ finietur breui Dimitte ḡ me vt plāgā paululū dolorem meū anteq̄ʒ vadā ꝛ non reuertar ad terrā tenebrosam. ꝛ optā mortis caligine: terrā miserie ꝛ tenebraꝝ. vbi vmbra mortis ꝛ nullus ordo: ſꝫ sempitern⁹ horror inhabitās. XI

Respondens autem sophar naamathites dixit. Nunquid qui multa loquitur non audiet: aut vir verbosus iustificabitur. Tibi soli tacebunt homines. ꝛ cū ceteros irriseris a nullo cōfutaberis. Dixisti eni. Purus est sermo meus ꝛ mūdus sum in cōspectu tuo. Atq̄ʒ vtinā deus loq̄reť tecū. ꝛ aperiet labia sua tibi. vt ostēderet tibi secreta sapientie. ꝛ q̄ multiplex eēt lex eius. ꝛ intelligeres q̄ multo minora exigaris ab eo q̄ʒ mereť iniq̄tas tua Forsitan vestigia dei cōprehēdes. ꝛ vsq̄ʒ ad ꝑfectuʒ oīpotentē reperies. Excelsior celo ē. Et quid facies. Profūdior iferno. ꝛ vnde cognosces. Longior terra mēsura eius. ꝛ latior mari Si subuerterit oīa vel in vnū coartauerit. quis ꝯtradicet ei. vel qs dicere ei potest. cur ita facis Ipse eni nouit hoīum vanitatē. ꝛ vides iniq̄tatē nōne ꝯsiderat. Vir van⁹ i supbia erigitur. ꝛ tāq̄ʒ pullū onagri se liberꝝ natū putat. Tu autē firmasti cor tuū. ꝛ expādisti ad eū manus tuas Si iniq̄tatē q̄ est in manu tua abstuleris a te. ꝛ non manserit in tabernaculo tuo iniusticia: tūc leuare poteris faciem tuā absq̄ʒ macula. ꝛ eris stabilis ꝛ nō timebis. Miserie q̄ʒ obliuisceris ꝛ quasi aquaꝝ que p̄terierūt nō recordaberis. ꝛ quasi meridian⁹ fulgor cōsurget tibi ad vesperā. Et cū te ꝯsūptū putaueris orieris vt lucifer ꝛ habebis fiduciā ꝑposita tibi spe. ꝛ defossus securus dormies. Requiesces ꝛ nō erit q te exterreat. Et dep̄cabuť faciē tuā plurimi. Oculi aūt impioꝝ deficient: ꝛ effugium peribit ab eis ꝛ spes illoꝝ abhominatio aīe. XII

Respondens autē iob dixit. Ergo vos estis soli hoīes. et vobiscum moreť sa-

pientia. Et mihi est cor sicut et vobis: nec inferi or vestri sum. Quis. n. hec que nostis ignorat. Qui deridetur ab amico suo sicut ego: inuocabit deum. et exaudiet eum. Deridetur. n. iusti simplicitas: lampas contempta apud cogitatiões diuitũ parata ad tps statutũ. Abundant tabernacula predonũ. et audacter prouocant deũ: cum ipse dederit oia in manus eorum. Nimirũ interroga iumenta: et docebunt te. et volatilia celi: et indicabunt tibi. Loquere terre: et respondebit tibi: et narrabũt pisces maris. Quis ignorat q̄ oia hec manus dñi fecerit. In cuius manu aĩa oĩs viuentis: et spũs vniuerse carnis hoĩs. Nonne auris verba diiudicat: et fauces comedentis saporẽ. In antiquis est sapia: et in multo tẽpore prudẽtia. Apud ipm est sapia et fortitudo: et ipse habet consiliũ et intelligentiã. Si destruxerit: nemo est q̄ edificet si incluserit hoiem: nullus est q̄ apiat. Si contineurit aquas. oia siccabunt: si emiserit eas. subuertẽt terrã. Apud ipm est fortitudo et sapiẽtia. Ipse nouit et decipientẽ: et eũ q̄ decipitur. Adducit cõsiliarios in stultũ finẽ: et iudices in stuporẽ. Baltheum regũ dissoluit: et pcingit fune renes eorũ. Ducit sacerdotes inglorios: et optimates supplantat. Cõmutans labium veracium: et doctrinam senũ auferens. Effundit despectionẽ super principes. et eos qui oppressi fuerant releuat. Qui reuelat profunda de tenebris. et producit in lucem vmbrã mortis. Qui multiplicat gẽtes et perdit eas: et subuersas in integrum restituit. Qui immutat cor principium populi terre: et decipit eos vt frustra incedant per inuiũ. Palpabũt q̄si in tenebris: et nõ in luce. et errare eos faciet quasi ebrios.

XIII

Ecce oia hec vidit oculus meus. et audiuit auris mea: et intellexi singula: Secũdum sciam vrãm: et ego noui: nec inferior vrĩ sum. Sed tñ ad oipotentem loquar: et disputare cũ deo cupio: prius vos ostendens fabricatores mendacij: et cultores puersorum dogmatum. Atq̃ vtinã taceretis: vt putaremini esse sapientes. Audite ergo correctiões meas: et iudicium labiorum meorũ attendite. Nunqd deus indiget vrõ mendacio: vt pro illo loquamini dolos Nũqd faciẽ eius accipitis: et pro deo iudicare nitimini. Aut placebit ei quem celare nihil potest aut decipietur vt homo vrĩs fraudulentijs. Ipse vos arguet. qm̃ in abscõdito faciẽ eius accipitis Statim vt se cõmouerit: turbabit vos: et terror eius irruet sup vos. Memoria vrã cõparabitur cineri: et redigentur in lutũ ceruices vrẽ. Tacete paulisp. vt loquar qdcũq̃ mihi mens suggesserit. Quare lacero carnes meas dẽtibus meis et aiam meã porto in manibus meis. Etiã si occiderit me. in ipo spabo. Verũtñ vias meas in cõspectu eius arguam. et ipse erit saluator meus Nõ eni venit in cõspectu eius oĩs hypocrita. Audite sermonẽ meũ. et enigmata pcipite auribus vrĩs. Si fuero iudicatus. scio q̄ iustus inueniar Quis ẽ q̄ iudicetur mecũ. Veniat. Quare tacẽs cõsumor. Duo tñ ne facias mihi. et tũc a facie tua nõ abscõdar. Manũ tuam lõge fac a me. et formido tua nõ me terreat. Voca me et ego respondebo tibi. aut certe loquar. et tu rñde mihi Quantas habeo iniqtates et pctã. scelera mea et delicta ostẽde mihi. Cur faciẽ tuã abscondis et arbitraris me inimicũ tuũ. Cõtra foliũ qd vẽto rapitur ostẽdis potentiã tuã. et stipulã siccã psequeris. Scribis eni cõtra me amaritudines. et cõsumere me vis peccatis adolescentie mee. Posuisti in neruo pedem meum. et obseruasti omnes semitas meas. et vestigia pedum meorum considerasti. Qui quasi putredo consumendus sum. et quasi vestimentũ qd comeditur a tinea.

XIIII

Homo natus de muliere breui viuens tpe repletur multis miserijs. Qui quasi flos egreditur et conteritur. et fugit velut vmbra. et nunq̃ in eodem statu permanet. Et dignũ ducis super huiuscemodi apire oculos tuos et adducere eũ tecũ in iudiciũ. Quis põt facere mũdũ de imũdo cõceptũ semine. Nõne tu q̄ solus es. Breues dies hoĩs sũt. numerus mensiũ eius apud te ẽ. Cõstituisti terminos eius q̄ pteriri nõ poterũt. Recede paululũ ab eo vt quiescat donec optata veniat. et sicut mercenarij dies eius. Lignũ hz spem. Si pcisũ fuerit. rursũ virescit. et rami eius pullulãt. Si senuerit in terra radix eius. et in puluere emortuus fuerit trũcus illius ad odorẽ aque germinabit. et faciet comã q̄si cũ pmũ plãtatũ ẽ. Homo vo cũ mortuus fuerit. et nudatus atq̃ cõsũptus. vbi queso ẽ. Quõ si recedant aque d mari. et fluuius vacuefactus arescat: sic hõ cũ dormierit non resurget Donec atteratur celũ non euigilabit. nec consurget de somno suo. Quis mihi hoc tribuat vt in inferno ptegas me. et abscõdas me donec pertrãseat furor tuus. et cõstituas mihi tẽpus in q̄ recorderis mei. Putas ne mortuus hõ rursũ viuet. Cũctis diebus qbus nunc milito: expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me: et ego respõdebo tibi. Operi manuũ tuarũ porriges dexterã. Tu quidẽ gressus meos dinumerasti. sed parce pctis meis. Signasti q̄si i saccu

lo delicta mea: sed curasti iniqtatē meā. Mons
cadēs defluit. ⁊ saxū transfert de loco suo. La/
pides excauant aq̄ ⁊ alluuione paulatim terra
ꝯsumitur. ⁊ hoīes ḡ siliter ꝑdes. Roborasti eum
paululū: vt in ꝑpetuū trāsiret. Immutabis fa/
ciē eius: ⁊ emittes eū. Siue nobiles fuerint fi/
lij eius siue ignobiles nō intelliget. Attñ caro
eius dum viuet dolebit. ⁊ aīa illius super semet
ipso lugebit.

XV

Respondens autem eliphaz themanites
dixit: Nūqd sapiens rñdebit q̄si in ven
tum loquens: ⁊ impleuit ardore stoma
chū suū: Arguis verbis eū q nō ē equalis tibi
⁊ loq̄ris qd tibi nō expedit. Quantū in te ē eua
cuasti timorē: ⁊ tulisti p̄ces coram deo. Docuit
eni iniqtas tua os tuū: ⁊ imitaris linguā blasphe
mantiū. Cōdēnabit te os tuū et nō ego: ⁊ labia
tua respondebūt tibi. Nūqd primꝰ hō tu natꝰ es
⁊ ante oēs colles formatꝰ: Nūqd cōsiliū dei au
disti: ⁊ inferior te erit eiꝰ sapientia: Quid nosti
qd ignoremꝰ: qd intelligis qd nesciamꝰ: Et se
nes ⁊ antiq sūt in nobis multo vetustiores q̄ȝ pa
tres tui. Nūqd grāde est vt consolet te deus:
Sȝ verba tua praua hoc ꝓhibēt. Quid te ele/
uat cor tuū ⁊ quasi magna cogitās attonitos ha
bes oculos: Quid tumet ꝯ deū spūs tuꝰ: vt ꝓ/
feras de ore tuo huiuscemōi ſmones: Quid ē
homo vt imaculatus: et vt iustus appareat na/
tus de muliere: Ecce inter scōs eius nemo im/
mutabilis. et celi nō sūt mundi in ꝯspectu eius
quāto magis abhoīabilis et inutilis hō q bibit
q̄si aquā: iniqtatē. Ostendā tibi audi me: qd vi
di narrabo tibi. Sapiētes cōfitent: et non ab/
scondūt patres suos: Quibꝰ solis data ē terra:
⁊ nō transibit alienꝰ ꝑ eos. Cunctis diebꝰ suis
impius supbit: ⁊ numerus ānoꝝ incertꝰ ē tyrā
nidis eius. Sonitꝰ terroris sp in auribus illiꝰ:
⁊ cū pax sit: ille sp isidias suspicat. Nō credit ꝙ
reuerti possit de tenebris ad lucē circūspectans
vndiq̄ȝ gladiū: Cū se nouerit ad q̄rēduȝ paneȝ
nouit ꝙ paratꝰ sit in manu eius tenebraꝝ dies.
Terrebit eū tribulatio: ⁊ angustia vallabit euȝ
sicut regem q preparatur ad prelium. Tetēdit
eni aduersus deū manū suam ⁊ ꝯtra oīpotentē
roboratꝰ est. Cucurrit aduersus eū erecto collo
⁊ pingui ceruice armatus est. Operuit faciem
eius crassitudo: ⁊ de laterībꝰ eius aruina depē
det. Habitauit in ciuitatibꝰ desolatis: ⁊ in do/
mibꝰ desertis que in cumulos sūt redacte. Nō
ditabit nec perseuerabit substātia eius: nec mit
tet in terram radicē suā: nec recedet de tenebris
Ramos eius arefaciet flāma ⁊ auferet spiritu
oris eiꝰ. Non recedet frustra errore deceptꝰ: ꝙ
aliquo p̄cio redimēdus sit. Anteq̄ȝ dies eiꝰ im/
pleant ꝑibit. ⁊ manus eiꝰ arescēt. Ledet q̄si vi/
nea in p̄mo flore botrus eiꝰ: ⁊ q̄si oliua ꝓijciēs
florē suū. Congregatio. n. hypocrite sterilis: et
ignis deuorabit tabernacula coꝝ q munera libē
ter accipiūt. Cōcepit dolorē: ⁊ peꝑit iniqtatē. ⁊
vterus eiꝰ p̄parat dolos.

XVI

Respondens aūt iob dixit: Audiui fre/
quēter talia. Consolatores onerosi vos
oēs estis. Nunquid habebūt finē vba
ventosa: Aut aliquid tibi molestū ē si loquaris
Poterā ⁊ ego similia vestri loq. Atq̄ȝ vtinam
eēt aīa vestra ꝓ aīa mea. Cōsolarer ⁊ ego vos
sermonibꝰ: ⁊ mouerē caput meū sup vos. Ro
borarē vos ore meo: ⁊ mouerē labia mea quasi
parcēs vob. Sȝ quid agā: Si locutꝰ fuero: nō
quiescit dolor meꝰ: ⁊ si tacuero nō recedet a me
Nunc aūt oppressit me dolor meꝰ: ⁊ in nihiluȝ
redacti sunt oēs artus mei. Ruge mee testimo
niū dicunt cōtra me: ⁊ suscitat falsiloquꝰ aduer
sus faciē meā contradicēs mihi. Collegit furo/
rem suū in me: cōminans mihi infremuit ꝯtra
me dentibꝰ suis. Hostis meꝰ terribilibꝰ oculis
me intuitꝰ est. Aperuerūt super me ora sua ⁊ ex
probrantes percusserunt maxillam meā: satiati
sunt penis meis. Cōclusit me deꝰ apud iniquū
⁊ manibus impioꝝ me tradidit. Ego ille quon
dam opulentꝰ repēte cōtritus sū: tenuit ceruicē
meā. Confregit me: ⁊ posuit me sibi quasi in si
gnū. Circūdedit me lanceis suis: cōuulnerauit
lumbos meos. Nō pepercit. ⁊ effudit in terra
viscera mea. Concidit me vulnere sup vulnus
irruit in me quasi gigas. Saccū cōsui sup cuteȝ
meā: ⁊ operui cinere carnē meaȝ. Facies mea
intumuit a fletu: ⁊ palpebre mee caligauerunt.
Hec passus sum absq̄ȝ iniquitate manus mee:
cū haberem mundas ad deū preces. Terra ne
operias sanguinē meū: neq̄ȝ inueniat in te lo/
cum latendi clamor meꝰ. Ecce enim in celo te/
stis meꝰ: ⁊ cōsciꝰ meꝰ in excelsis. Verbosi ami
ci mei: ad deū stillat oculꝰ meꝰ. Atq̄ȝ vtinā sic iu
dicaret vir cū deo: quō iudicat filiꝰ hoīs cū col/
lega suo. Ecce. n. breues āni trāseūt: ⁊ semitaȝ
ꝑ quā nō reuertar ambulo.

XVII

Spiritus meus attenuabit dies mei bre
uiabunt: ⁊ solum mihi superest sepul/
chrum. Non peccaui: ⁊ in amaritudi/
nibus morat oculus meus. Libera me ⁊ pone
me iuxta te: ⁊ cuiusuis manꝰ pugnet contra me
Cor eorum longe fecisti a disciplina propterea
non exaltabunt. Predam pollicetur socijs: ⁊

oculi filioꝝ eiꝰ deficient. Posuit me q̄si in pro/
uerbiū vulgi: ⁊ exemplū sū coram eis. Caliga/
uit ad indignationē oculus meꝰ: ⁊ mēbra mea
q̄si in nihilū redacta sunt. Stupebūt iusti super
hoc: ⁊ innocens cōtra hypocritā suscitabit. ⁊ te
nebit iustus viā suam: et mūdis manibꝰ addet
fortitudinē. Igit omnes vos cōuertimini ⁊ ve
nite: ⁊ nō inueniā in vobis vllū sapientē Dies
mei transierūt: cogitationes mee dissipate sunt
torquētes cor meū. Noctem verterūt in diem:
⁊ rursum post tenebras spero lucē. Si sustinue
ro infernus domꝰ mea ē: ⁊ in tenebris straui le
ctulū meū. Putredini dixi: pater meꝰ es mater
mea ⁊ soror mea vermibꝰ. Ubi ē ḡ nūc p̄stola/
tio mea: ⁊ patiētiā meā qs ꝯsiderat? In ꝓfūdis
simū infernū descēdēt oia mea. Putas ne saltē
ibi erit requies mihi? XVIII

Respondens autē baldath suites. dixit:
Usq̄ ad quem finem verba iactabis?
Intellige priꝰ: et sic loquamur Quare
reputati sumus vt iumēta: et sorduimꝰ coram te
Quid perdis aiam tuā in furore tuo? Nunqd
ꝓpter te derelinq̄t terra: et trāsferent rupes de
loco suo? Nōne lux impij extinguet: nec splēde
bit flāma ignis eius: Lux obtenebrescet in ta/
bernaculo illiꝰ: ⁊ lucerna que sup eū ē extingue
tur. Artabunt gressus virtutis eiꝰ: et p̄cipita/
bit eū ꝯsiliū suū Immisit. n. in rete pedes suos
et in maculis eius ambulat. Tenebitur plan/
ta illius laq̄o: et exardescet cōtra eū sitis. Abscō
dita ē in terra pedica eius: et decipula illius sup
semitā. Undiq̄ terrebūt eū formidines: et in/
uolunt pedes eius. Attenuet fame robur eius
et inedia inuadat costas illius Deuoret pulchri
tudinē cutis eius: et cōsūmat brachia illius pri/
mogenita mors. Auellat de tabernaculo uo fi
ducia eius: et calcet sup eū q̄si rex interitus Ha
bitēt in tabernaculo illiꝰ socij eius q nō ē: asper
gat in tabernaculo eius sulphur. Deorsū radi
ces eius siccēt: sursū aūt atteratur messis eius.
Memoria illiꝰ pereat de terra: ⁊ nō celebret no
mē eiꝰ in plateis. Expellet eū de luce i tenebras
⁊ de orbe trāsferet eū. Nō erit semē eiꝰ neq̄ ꝓ
genies in pplo suo: nec vlle reliq̄e in regioibꝰ
eiꝰ. In die eiꝰ stupebūt nouissimi: ⁊ p̄mos in/
uadet horror. Hec sūt ḡ tabernacula iniq ⁊ iste
locus eiꝰ q ignorat deū. XIX

Respondēs aūt iob. dixit: Usq̄q̄ affli/
gitis aiam meā: ⁊ atteritis me s̄monibꝰ
En decies cōfunditis me: ⁊ non erubesci
tis opprimentes me. Nempe ⁊ si ignoraui me
cum erit ignorātia mea. At vos cōtra me erigi
mini: ⁊ arguitis me opprobrijs meis. Saltem
nūc intelligite q̄ deus non eq̄ iudicio afflixerit
me: ⁊ flagellis suis me cinxerit. Ecce clama/
bo vim patiēs: ⁊ nemo audiet. Uociferabor: ⁊
non est q iudicet. Semitā meā circūsepsit ⁊ trā/
sire non possū: ⁊ in calle meo tenebras posuit.
Spoliauit me gloria mea: ⁊ abstulit coronā de
capite meo. Destruxit me vndiq̄ ⁊ pereo ⁊ q̄si
euulse arbori abstulit spem meā. Iratus ē con
tra me furor eius: ⁊ sic me habuit quasi hostem
suū. Sil' venerūt latrones eiꝰ ⁊ fecerūt sibi viā
per me ⁊ obsederunt in gyro tabernaculū meū
Fratres meos longe fecit a me: ⁊ noti mei qua
si alieni recesserunt a me. Dereliquerunt me
propinqui mei ⁊ q me nouerant obliti sunt mei
Inquilini domus mee ⁊ ancile mee sicut alie/
num habuerunt me: ⁊ quasi peregrinus fui in
oculis eoꝝ. Seruū meū vocaui ⁊ non respon/
dit: ore ꝓprio deprecabar illū. Halitū meum
exhorruit vxor mea: ⁊ orabam filios vteri mei:
Stulti quoq̄ despiciebāt me: ⁊ cum ab eis re/
cessissem detrahebāt mihi. Abhominati sūt me
quondā cōsiliarij mei: ⁊ quē maxime diligebā
auersatꝰ ē me Pelli mee cōsūptis carnibꝰ adhe
sit os meū: ⁊ derelicta sūt tantūmodo labia cir/
ca dentes meos. Miseremini mei miseremini
mei saltem vos amici mei: quia manꝰ dñi teti/
git me. Quare persequimini me sicut deꝰ ⁊ car
nibus meis saturamini? Quis mihi tribuat vt
scribant s̄mōes mei: Quis mihi det vt exarēt
in libro stilo ferreo ⁊ plūbi lamina vel celte scul
pantur in silice? Scio enim q̄ redemptor meꝰ
viuit: ⁊ in nouissimo die de terra surrecturꝰ sū.
Et rursum circundabor pelle mea: ⁊ in carne
mea videbo deū. Quē visurus sum egoipse:
⁊ oculi mei conspecturi sunt. ⁊ non alius. Re/
posita est hec spes mea in sinu meo. Quare er
go nūc dicitis ꝑsequamur eū ⁊ radicē verbi in
ueniamus cōtra eum? Fugite ergo a facie gla/
dij: q̄m vltor iniq̄tatū gladiꝰ ē et scitote eē iudiciū XX

Respōdēs āt sophar naamathi/
tes dixit: Idcirco cogitatōes mee varie
succedūt sibi: ⁊ mens in diuersa rapit.
Doctrinā qua me arguis audiā: ⁊ spūs intelli
gentie mee respōdebit mihi. Hoc scio a princi
pio ex quo est positꝰ homo sup terrā q̄ laus im/
pioꝝ breuis sit. ⁊ gaudium hypocrite ad instar
pūcti. Si ascēderit vsq̄ ad celū supbia eiꝰ: ⁊ ca
put eius nubes tetigerit: q̄si sterquiliniū in fine
perdet: ⁊ qui eū viderāt. dicēt: vbi est? Uelut
somniū auolans nō inueniet: transiet sicut vi/
sio nocturna. Oculus q eū viderat nō videbit

neqꝫ vltra intuebiť eū locus suus. Filij eiꝰ at/terenť egestate: ⁊ manꝰ illius reddēt ei dolorē suū. Ossa eius implebūť vitijs adolescētie eiꝰ: ⁊ cū eo in puluere dormiēt. Cū eni dulce fuerit in ore eius malū abscondit illud sub lingua sua Parcet illi ⁊ non derelinquet illud: ⁊ celabit in gutture suo. Panis eius in vtero illiꝰ verteť in fel aspidū intrinsecꝰ. Diuitias quas deuora uit euomet. ⁊ de ventre illiꝰ extrahet eas deus. Caput aspidū sugget: ⁊ occidet eum in lingua vipere. Non videat riuulos fluminis torren/tis: mellis ⁊ butyri. Luet que fecit oia: nec tñ cōsumeť. Juxta multitudinē adinuentionum suarū sic ⁊ sustinebit: quoniā cōfringens nuda uit pauperis domū: rapuit ⁊ non edificauit eā nec ē satiatꝰ vēter eius. Et cū habuerit que con cupierat: possidere non poterit. Non remansit de cibo eius. ⁊ ꝓpterea nihil permanebit de bo nis eiꝰ. Cū satiatꝰ fuerit artabiť: estuabit et oīs dolor irruet sup eū. Vtinā impleať venter eiꝰ vt emittat in eū irā furoris sui: ⁊ pluit sup illū bellū suum. Fugiet arma ferrea: ⁊ irruet arcū ereum eductus ⁊ egrediens de vagina sua ⁊ ful gurās in amaritudine sua. Vadēt et veniēt su per eū horribiles: oēs tenebre abscōdite sunt in occultis eiꝰ. Deuorabit eū ignis q nō succēdiť: affligeť relictꝰ in tabernaculo suo. Reuelabunt celi iniqtatē eiꝰ: ⁊ terra ꝯsurget aduersus eum. Apertū erit germē domꝰ illiꝰ: detraheť i die fu roris dei. Hec ē pars hoīs impij a deo: ⁊ here ditas verboꝝ eius a dño.

XXI

Respondens autē iob. dixit: Audite q̄/so sermones meos ⁊ agite penitentiam Sustinete me vt et ego loquar. et post mea si videbiť verba ridete. Nūqd ꝯtra hoīē disputatio mea est. vt merito nō debeam contri stari. Attendite me ⁊ obstupescite. ⁊ super po/nite digitū ori vestro. Et ego qñ recordatꝰ fue ro pertimesco. ⁊ concutit carnē meam tremor. Quare ḡ impij viuūt. subleuati sunt: conforta tiqꝫ diuitijs. Semen eorū ꝑmanet coram eis. Ꝑpinquoꝝ turba ⁊ nepotū i cōspectu eoꝝ. Do mus eoꝝ secure sunt ⁊ pacate: et nō ē virga dei super illos. Bos eoꝝ concepit ⁊ nō abortiuit vacca pepit et nō est priuata fetu suo. Egrediūť quasi greges paruuli eoꝝ: ⁊ infantes eoꝝ exul tant lusibꝰ. Tenēt tympanum et cytharam: et gaudent ad sonitum organi. Ducunt in bonis dies suos: et in puncto ad inferna descendunt. Qui dixerūt deo. recede a nobis. ⁊ sciam viaꝝ tuarū nolumꝰ. Quis ē oīpotēs vt seruiamus ei. Et qd nobis ꝓdest si orauerimꝰ illum. Ve rūtñ qr nō sūt in manu eoꝝ bona sua: ꝯsiliū im pioꝝ lōge sit a me. Quotiēs lucerna īpioꝝ ex tingueť: ⁊ superuenit eis inundatio: ⁊ dolores diuidet furoris sui. Erūt sicut palee ante faciē vēti. ⁊ sicut fauilla quā turbo dispgit. Deꝰ ser/uabit filijs illius dolorē pris: ⁊ cum reddiderit tūc sciet. Videbūt oculi eius interfectionē suā: ⁊ de furore omnipotentis bibet. Quid eni ad eū ꝑtinet de domo sua post se. Et si numerꝰ mē siū eius dimidieť. Nunqd deū docebit qspiam sciam. qui excelsos iudicat. Iste moriť robustꝰ ⁊ sanus diues ⁊ felix: viscera eius plena sūt adi pe. ⁊ medullis ossa illius irrigantť. Alius vero moriť in amaritudine aīe sue absqꝫ vllis opibꝰ ⁊ tñ simul in puluere dormiēt. ⁊ vermes operi ent eos. Certe noui cogitatiōes vr̄as: ⁊ sñias ꝯtra me iniquas. Dicitis eni. Vbi ē domꝰ ꝓn cipis. ⁊ vbi tabernacula impioꝝ. Interrogate quēlibet de viatoribus: ⁊ hec eadē illū intellige re cognoscetis. Quia in die ꝑditiōis seruať ma lus. ⁊ ad diē furoris duceť. Quis arguet corā eo vias eius. ⁊ q̄ fecit qs reddet illi. Ipē ad se pulchra duceť: ⁊ in cōgerie mortuoꝝ vigilabit Dulcis fuit glareis cocyti: ⁊ post se oēm hoīē trahet: ⁊ ante se inumerabiles. Quō igiť cōso lamini me frustra: cū rñsiōsio vr̄a repugnare ostēsa sit veritati.

XXII

Respondens autem eliphaz themanites dixit. Nūqd deo potest ꝯparari homo etiā cū ꝑfecte fuerit scie. Quid ꝓdest deo si iustus fueris: aut quid ei cōfers si īmacu lata fuerit vita tua. Nunquid timens arguet te. ⁊ veniet tecū in iudiciū. ⁊ nō ꝓpter malitiā tuā plurimā. ⁊ infinitas iniquitates tuas. Ab/stulisti. n. pignꝰ fratrū tuoꝝ sine causa ⁊ nudos spoliasti vestibus. Aquā lasso nō dedisti. ⁊ esu rienti subtraxisti panē. In fortitudine brachij tui possidebas terram. ⁊ potētissimꝰ obtinebas eam. Viduas dimisisti vacuas. ⁊ lacertos pu/pillorū cōminuisti. Propterea circūdatus es laqueis. ⁊ conturbat te formido subita. Et pu/tabas te tenebras nō visurū. ⁊ ipetu aquaꝝ in/undantium nō oppressū iri. An cogitas qꝺ deꝰ excelsior celo sit. ⁊ sup stellaꝝ verticē sublimeť: Et dicis. Quid eni nouit deus. Et q̄si ꝑ caligi nē iudicat. Nubes latibulū eius: nec nr̄a con/siderat. ⁊ circa cardines celi ꝑambulat. Nun/quid semitā seculoꝝ custodire cupis quam cal/cauerūt viri iniq qui sublati sunt añ tēpꝰ suū: et fluuius subuertit fundamentū eoꝝ. Qui dice/bāt deo recede a nobis. ⁊ q̄si nihil possit facere oīpotēs. estimabāt eū: cū ille implesset domos

cor᷑ bonis. Quorum sententia procul sit a me. Videbũt iusti ⁊ letabunt: ⁊ innocens subsannabit eos. Nõne succisa est erectio eorum: ⁊ reliquias eorũ deuorauit ignis? Acquiesce igit ei ⁊ habeto pacem: ⁊ p hec habebis fructus optimos. Suscipe ex ore illi⁹ legẽ: ⁊ pone ſmones ei⁹ in corde tuo. Si reuersus fueris ad oipotentẽ edificaberis: ⁊ longe facies iniqtatẽ a tabernaculo tuo. Dabit p terra silicẽ: ⁊ p silice torrentes aureos. Eritq3 oipotens contra hostes tuos: ⁊ argẽtũ coaceruabit tibi. Tũc sup oipotentẽ delitijs affluẽs: ⁊ eleuabis ad deũ faciem tuã. Rogabis eũ: ⁊ exaudiet te. ⁊ vota tua reddes. Decernes rem ⁊ veniet tibi ⁊ in vijs tuis splendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit: erit in gloria: ⁊ qui inclinauerit oculos suos ipse saluabit. Saluabit innocens: saluabit aũt mũdicia manuũ suarum.

XXIII

Respõdẽs aũt iob. ait: Nũc q̃q3 in amaritudine est sermo meus: ⁊ man⁹ plage mee aggrauata est sup gemitũ meum. Quis mihi tribuat vt cognoscã ⁊ inueniã illũ ⁊ veniã vsq3 ad soliũ eius? Ponã corã eo iudicium ⁊ os meũ replebo increpationib⁹: vt sciã verba que mihi rñdeat. ⁊ intelligã quid loquat mihi. Nolo multa fortitudine cõtendat mecu3 nec magnitudinis sue mole me premat. Proponat equitatẽ cõtra me. ⁊ pueniet ad victoria3 iudiciũ meu3. Si ad orientẽ iero non apparet: si ad occidentẽ nõ intelligã eũ. Si ad sinistram qd agam: Nõ apprehendã eũ. Si me vertam ad dexterã: nõ videbo illũ. Ipse vero scit viam meã: et pbabit me q̃si aurũ qd per ignẽ transit Vestigia eius secut⁹ est pes me⁹: viã ei⁹ custodiui. ⁊ nõ declinaui ex ea. A mandatis labiorũ eius nõ recessi et in sinu meo abscõdi vba oris eius. Ipse eni solus ẽ et nemo auertere põt cogitationẽ ei⁹: et aia eius qdcũq3 voluit hoc fecit Cũq3 expleuerit in me volũtatẽ suã: et alia multa similia presto sũt ei. Et iccirco a facie ei⁹ turbatus sũ et cõsiderãs eũ: timore sollicitor. De⁹ molliuit cor meum: ⁊ oipotẽs conturbauit me. Nõ eni perij ppter iminẽtes tenebras nec faciem meã operuit caligo.

XXIIII

Ab oipotente nõ sũt abscõdita tẽpora: q aũt nouerũt eũ ignorãt dies illius. Alij terminos trãstulerũt: diripuerunt greges. et pauerũt eos. Asinũ pupillor᷑ abegerũt et abstulerũt p pignore bouẽ vidue. Subuerterũt pauper᷑ viã. et oppresserũt pariter mansuetos terre Alij q̃si onagri in deserto egrediũt ad opus suũ: vigilãtesq3 ad predã preparãt panẽ liberis Agrũ nõ suũ demetũt: et vineã eius quẽ vi oppresserũt vindemiãt. Nudos dimittent hoies indumẽta tollẽtes: quib⁹ nõ est operimentũ in frigore: q̃s hymbres montiũ rigãt et nõ habẽtes velamẽ amplexãt lapides Vim fecerũt depdantes pupillos. et vulgũ pauperẽ spoliauerũt. Nudis et incedẽtibus absq3 vestitu. et esurientibus tulerũt spicas. Inter aceruos eor᷑ meridiati sũt: q calcatis torcularib⁹ sitiunt De ciuitatib⁹ fecerũt viros gemere. et aia vulneratorum clamauit. et deus inultũ abire nõ patit Ipsi fuerũt rebelles lumini. Nescierunt vias eius: nec reuersi sũt per semitas illius. Mane pmo cõsurgit homicida interficit egenũ ⁊ pauperẽ per noctẽ vo erit q̃si fur. Oculus adulteri obseruat caliginẽ dicẽs: nõ me videbit oculus. et operiet vultũ suũ. Perfodit in tenebris domos: sicut in die cõdixerant sibi. et ignorauerũt lucẽ. Si subito apparuerit aurora arbitrãt vmbrã mortis. et sic in tenebris q̃si in luce ambulant. Leuis est sup faciẽ aque. Maledicta sit ps ei⁹ in terra: nec ãbulet p viã vinear᷑. Ad nimiũ calorẽ trãsiet ab aqs niuiũ. et vsq3 ad inferos pctm̃ illius. Obliuiscat ei⁹ mia. Dulcedo illius vermes. Nõ sit in recordatiõe: sed conterat sicut lignũ infructuosũ. Pauit eni sterilem et que nõ parit. et vidue bene non fecit. Detraxit fortes in fortitudine sua. et cum steterit. non credet vite sue. Dedit ei deus locũ penitentie. ⁊ ille abutitur eo in supbia. Oculi aũt eius sũt in vijs illius. Eleuati sũt ad modicũ. ⁊ non subsistent et humiliabant sicut oia et auferentur. et sicut summitates spicarum cõterent. Qd si nõ ẽ ita quis me põt arguere esse mentitũ. et ponere ante deũ verba mea.

XXV

Respondẽs autem baldath suites. dixit Ptãs ⁊ terror apud eũ ẽ. q facit cõcordiã in sublimibus suis. Nũquid ẽ numer⁹ militũ ei⁹. Et super quẽ non surget lumẽ illius. Nũqd iustificari põt hõ cõparatus deo aut apparere mũdus nat⁹ de muliere? Ecce luna etiã nõ splendet. ⁊ stelle non sunt munde in cõspectu eius: quãto magis homo putredo. et fili⁹ hoĩs vermis.

XXVI

Respondẽs aũt iob dixit: Cuius adiutor es: nunquid imbecillis. Et sustentas brachiũ eius q nõ ẽ fortis. Cui dedisti cõsilium. Forsitã illi q nõ h3 sapientiã: ⁊ prudẽtiã tuã ostendisti plurimã. Quẽ docere voluisti. Nõne cum q fecit spiramentũ. Ecce gigantes gemũt sub aqs et q habitãt cũ eis. Nudus ẽ inferus corã illo. ⁊ nullũ ẽ opimentũ pditioi,

Qui extendit aquilonē sup vacuū. ꝛ appendit terrā sup nihili. Qui ligat aquas i nubib⁹ suis vt nō erūpant pariť deorsū. Qui tenet vultū so lij sui. ꝛ expādit sup illud nebulā suā. Termi nū circūdedit aqs. vsqꝫ dū finianť lux ꝛ tenebre Colūne celi cōtremiscūt. ꝛ pauēt ad nutū eius. In fortitudine illius repēte maria congregata sūt. ꝛ prudētia eius pcussit supbū. Spūs ei⁹ or nauit celos. ꝛ obstetricante manu eius eductus est coluber tortuosus. Ecce hec ex parte dicta sūt viarū eius. Et cū vix paruā stillā sermonis eius audierimus: qs poterit tonitruū magnitu dinis illius intueri.

XXVII

Addidit qꝫ iob assumens parabolā suā ꝛ dixit. Viuit deus qui abstulit iudiciū meū. ꝛ omnipotens qui ad amaritudi nem adduxit animā meā. qꝛ donec superest ha litus in me. ꝛ spūs dei in narib⁹ meis. non lo quenť labia mea iniqtatē. nec lingua mea medi tabiť mendaciū. Absit a me vt iustos vos esse iudicē. Donec deficiā: nō recedā ab innocētia mea. Justificationē meā quā cepi tenere. nō d̄ serā. Neqꝫ eni rephendit me cor meū. in oī vi ta mea. Sicut impi⁹ inimicus me⁹. ꝛ aduersari us me⁹ quasi iniqu⁹. Que ē eni spes hypocrite si auare rapiat ꝛ nō liberet deus aiam ei⁹. Nū qd deus audiet clamorē ei⁹ cū venerit sup eum angustia. Aut poterit i oipotente delectari. ꝛ i uocare deū oī tpe. Docebo vos p manum dei q̄ oipotēs habeat. nec abscōdā. Ecce vos oēs nostis. ꝛ qd sine cā vana loqmini. Hec ē pars hoīs ipij apud deū. ꝛ hereditas violētoꝝ quā ab omnipotēte suscipiet. Si multiplicati fuerit filij eius in gladio erūt: ꝛ nepotes ei⁹ nō satura bunť pane. Qui reliq fuerint ex eo. sepelienť i interitu. ꝛ viduc illi⁹ nō plorabūt. Si cōporta uerit quasi terra argētū. ꝛ sicut lutū p̄parauerit vestimēta: p̄parabit qdē. sed iustus vestieť illis ꝛ argētū innocēs diuidet. Edificauit sicut tinea domū suā. ꝛ sicut custos fecit vmbraculū. Di ues cū dormierit. nihil secū afferet: aperiet ocu los suos. ꝛ nihil inueniet. Apphēdet eum qua si aqua iopia: nocte opprimet eū tēpestas. Tol let eū vētus vrēs ꝛ auferet ꝛ velut turbo rapiet eū de loco suo. Et mitteť sup eū. ꝛ nō parcet: de manu eius fugiens fugiet. Stringet super eū manus suas. ꝛ sibilabit super illum intuēs lo cū eius.

XXVIII

Habet argentū venarū suarū pncipia. ꝛ auro loc⁹ ē in quo cflať. Ferrū de ter ra tollitur. ꝛ lapis solutus calore in es vertiť. Tempus posuit tenebris ꝛ vniuersoꝝ finē ipe cōsiderat. Lapidem qꝫ caliginis ꝛ vm brā mortis diuidit torrēs a pplo pigrināte: eos quos oblitus ē pes egētis hoīs ꝛ inuios. Terra de qua oriebať panis. in loco suo igni subuersa ē. Locus sapphyri lapides eius. ꝛ glebe illius aur. Semitā ignorauit auis: nec intuitus ē eā oculus vulturis. Nō calcauerūt eā filij instito rū: nec ptransiuit p eā leena. Ad silicē extendit manū suā. subuertit a radicibus mōtes. In pe tris riuos excidit. ꝛ oē pciosū vidit oculus eius Profūda qꝫ fluuioꝝ scrutatus ē. ꝛ abscondita pduxit in lucē. Sapiētia vo vbi inueniť. ꝛ qs ē locus intelligētie. Nescit hō pciū eius: nec in ueniť in terra suauit viuentium. Abyssus dicit nō est in me. ꝛ mare loquiť. nō ē mecū. Nō da biť aurꝫ obrizū p ea. nec appēdeť argentū i cō mutatiōe eius. Nō cōfereť tinctis indie colori bus nec lapidi sardonico pciosissimo. vel sap phyro. Nō adequabiť ei aurꝫ vel vitrū: nec cō mutabunť p ea vasa auri excelsa ꝛ eminentia. nō cōmemorabunť cōpatione eius. Trahiť au tē sapiētia de occultis. Nō adequabiť ei topazi us de ethiopia: nec tincture mūdissime cōponē tur. Vnde ḡ sapiētia venit. ꝛ qs ē locus intelli gētie. Abscōdita ē ab oculis oium viuētiū: vo lucres qꝫ celi latet. Perditio ꝛ mors dixerunt aurib⁹ nr̄is audiuim⁹ famā ei⁹. De⁹ itelligit vi am ei⁹. ꝛ ipē nouit locū illi⁹. Ipē eni fines mū di ituet. ꝛ oia q̄ sub celo sunt respicit Qui fecit vētis pōd⁹ ꝛ aqs appēdit i mēsura. Qū pone bat pluuijs legē. ꝛ viā pcellis sonātib⁹: tūc vi dit illā ꝛ enarrauit. ꝛ p̄parauit ꝛ inuestigauit. ꝛ dixit hoī. Ecce timor dn̄i ipa ē sapiētia: ꝛ rece dere a malo intelligētia.

XXIX

Addidit qꝫ iob assumens parabolā suā ꝛ dixit. Quis mihi tribuat vt sim iuxta menses pristinos. fm dies quibus de us custodiebat me. Quando splendebat lucer na eius super caput meum. ꝛ ad lumen ei⁹ am bulabam in tenebris. Sicut fui in diebus ado lescentie mee. qū secreto deus erat in taberna cu lo meo. Qū erat omnipotens mecū. ꝛ in circui tu meo pueri mei. Qū lauabā pedes meos bu tyro. ꝛ petra fundebat mihi riuos olei. Qū pro cedebā ad portā ciuitatis. ꝛ in platea parabant cathedrā mihi. Videbant me iuuenes ꝛ abscō debanť: ꝛ senes assurgētes stabāt. Principes cessabant loqui. ꝛ digitū superponebant ori suo Vocem suam cohibebant duces. ꝛ lingua coꝝ gutturi suo adherebat. Auris audiēs beatifica bat me. ꝛ oculis videns testimoniū reddebat mihi. eo qꝫ liberassem pauperem vociferantē ꝛ

pupilluꝫ cui nō erāt adiutor. Benedictio p̄ituri
super me veniebat: ⁊ cor vidue ꝯsolatus sū. Ju
sticia indutus sum: ⁊ vestiui me sicut vestimen/
to ⁊ diademate iudicio meo. Oculus fui ceco: et
pes claudo. Pater erā pauperū: ⁊ causam quā
nesciebam diligentissime inuestigabā. Contere
bam molas iniqui: ⁊ de dētibus illius auferebā
p̄dam. Dicebamqꝫ. Jn nidulo meo moriar: et
sicut palma multiplicabo dies. Radix mea ap/
ta est secus aq̄s: ⁊ ros morabit̄ in messione mea
Gloria mea semp̄ innouabit̄: ⁊ arcus meus in
manu mea instaurabit̄. Qui me audiebāt. expe
ctabant sniam: ⁊ intenti tacebant ad ꝯsilium me
um. Verbis meis addere nihil audebant: ⁊ su
per illos stillabat eloquiū meum. Expectabant
me sicut pluuiam: ⁊ os suū aperiebant quasi ad
hymbrē serotinū. Si qñ ridebaz ad eos: nō cre
debant: ⁊ lux vultus mei nō cadebat in terram.
Si voluissem ire ad eos: sedebā primus. Cūqꝫ
sederem quasi rex circūstante exercitu: eraz tamē
merentium consolator.

XXX.

Nunc aūt derident me iuniores tempore
quorū nō dignabar patres ponere cum
canibus gregis mei. Quoꝝ virtus ma
nuū mihi erat ꝓ nihilo: ⁊ vita ip̄a putabant̄ idi
gni. Egestate ⁊ fame steriles: q rodebant in so/
litudine squalentes calamitate ⁊ miseria. Et mā
debant herbas ⁊ arborum cortices ⁊ radix iuni
peroꝝ erat cibus eoꝝ. Qui de conuallibus ista
rapientes: cum singula reperissent: ad ea cū cla/
more currebant. Jn desertis habitabant torren
tiuꝫ: ⁊ in cauernis terre: vel super glareā. Qui
inter huiuscemodi letabant̄: ⁊ esse sub sentibus
delitias cōputabant. Filij stultoꝝ ⁊ ignobilium
⁊ ī terra penitꝰ nō parētes. Nūc aūt ī eoꝝ canti
cū versus suꝫ: ⁊ factus sū eis ī ꝓuerbiū. Abhomi
nant̄ me ⁊ longe fugiūt a me: ⁊ faciē meam con
spuere non verent̄. Pharetrā. n. suā aperuit ⁊
afflixit me: ⁊ frenū posuit in os meū. Ad dexte/
raꝫ orientis calamitatis mee illico surrexerunt.
Pedes meos subuerterūt: oppresserunt quasi
fluctibus semitis suis. Dissipauert̄ itinera mea
insidiati sunt mihi ⁊ p̄ualuerunt: ⁊ nō fuit q fer/
ret auxiliuꝫ. Quasi rupto muro ⁊ aperta ianua
irruerunt super me: ⁊ ad meas miserias deuolu
ti sunt. Redactus sum ī nihilū. Abstulit q̄si ven
tus desiderium meū: ⁊ velut nubes pertransijt
salus mea. Nūc aūt in memetip̄o marcescit ani/
ma mea: ⁊ possident me dies afflictionis. No/
cte os meū p̄forat̄ doloribus: ⁊ qui me comedūt
non dormiunt. Jn multitudine eoruꝫ consumi
tur vestimentum meum: ⁊ quasi capitio tunice
succinxerūt me. Cōparatus sum luto. ⁊ assimi
latus sū fauille ⁊ cineri. Clamo ad te ⁊ nō exau
dis me: sto ⁊ non respicis me. Mutatus es mi
hi in crudelem. ⁊ in duritia manus tue aduer/
saris mihi. Eleuasti me. ⁊ quasi super ventum
ponēs elisisti me valide. Scio qꝛ morti trades
me. vbi cōstituta ē domus oī viuenti. Verūtñ
nō ad cōsūptionē eoꝝ emittis manū tuā. ⁊ si cor
ruerint. ip̄e saluabis. Flebā quōdam super eo
q afflictus erat. ⁊ cōpatiebat̄ aīa mea pauperi.
Expectabam bona. ⁊ venerunt mihi mala. p̄/
stolabar lucem. ⁊ eruperunt tenebre. Jnterio
ra mea efferbuerūt absqꝫ vlla requie. p̄uenerūt
me dies afflictiōis. Merēs incendebā: sine fu
rore cōsurgēs in turba clamabam. Frater fui
draconū ⁊ sociꝰ strutionū. Cutis mea denigra
ta ē super me. ⁊ ossa mea aruerūt pre caumate.
Versa ē in luctū cithara mea. ⁊ organū meū in
vocē flentiū.

XXXI

Pepigi fedus cū oculis meis: vt ne co/
gitarē q̄dē de virgine. Quā eni partē
haberet in me deꝰ desup̄. ⁊ hereditateꝫ
oīpotens de excelsis. Nūqd nō perditio est ini
qua. ⁊ alienatio op̄antibꝰ iniusticiā. Nōne ip̄e
cōsiderat vias meas. ⁊ cūctos gressos meos di
numerat. Si ambulaui in vanitate ⁊ festinauit
in dolo pes meus: appēdat me in statera iusta
⁊ sciat deus simplicitateꝫ meam. Si declinauit
gressus meus de via. ⁊ si secutus ē oculus meꝰ
cor meū. ⁊ si in manibus meis adhesit macula
serā ⁊ alius comedat. ⁊ ꝓgenies mea eradicet̄
Si deceptum est cor meū super muliere. ⁊ si ad
ostiū amici mei insidiatus sum: scortū alterius
sit vxor mea. ⁊ super illā incuruent̄ alij. Hoc
eni nephas est ⁊ iniquitas maxima: ignis vsqꝫ
ad perditionē deuorans. ⁊ oīa eradicans geni
mina. Si cōtēpsi subire iudiciū cū seruo meo ⁊
ancilla mea. cū disceptarēt aduersū me. Quid
eni faciā cū surrexerit ad iudicandū deus. ⁊ cū
quesierit. q̄d r̄ndebo illi. Nūqd nō in vtero fe/
cit me qui et illū op̄atus ē. ⁊ formauit me ī vul/
ua vnus. Si negaui qđ volebant paup̄ibus. ⁊
oculos vidue expectare feci. Si comedi buccel
lā meā solꝰ. ⁊ nō comedit pupillus ex ea. Quia
ab infantia mea creuit mecū miseratio. ⁊ de vte
ro matris mee egressa est mecū. Si despexi pre
tereuntē eo q nō habuerit indumentū. ⁊ absqꝫ
operimento pauperē. Si nō benedixerūt mihi
latera eius. ⁊ de velleribus ouiū meaꝝ calefa/
ctus ē. Si leuaui super pupillū manū meā etiā
cū viderē me in porta superiorē: humerus me
us a iūctura sua cadat. ⁊ brachiū meū cum suis

ossibus cõfringat̃. Semꝑ eñi quasi tumẽtes super me fluctus timui deũ. ⁊ põdus eiꝰ ferre nõ potui. Si putaui aurꝝ robur meũ. ⁊ obrizo dixi fiducia mea. Si letatus sũ sup̃ multis diuitijs meis. ⁊ qꝛ plurima repperit manꝰ mea. Si vidi solẽ cũ fulgeret. ⁊ lunã incedẽtẽ clare. ⁊ letatũ ẽ in abscõdito cor meũ. ⁊ osculatus sũ manũ meã ore meo. q̃ est iniquitas maxia. et negatio ꝯtra deũ altissimũ. Si gauisus sũ ad ruinã eius qui me oderat. ⁊ exultaui ꝙ inuenisset eũ malũ Nõ eni dedi ad peccandũ guttur meũ: vt expeterẽ maledicens animã eius. Si nõ dixerũt viri tabernaculi mei. qs det de carnibus eiꝰ vt saturemur. Foris nõ mãsit ꝑegrinus: ostiũ meũ viatori patuit. Si abscondi quasi hõ pctm̃ meũ et celaui i sinu meo iniqtatẽ meã. Si expaui ad multitudinẽ nimiã: et despectio ꝓpinquoꝝ terruit me. et nõ magis tacui. nec egressus sũ ostium. Quis mihi tribuat auditorẽ vt desideriũ meũ audiat oĩpotẽs. et librũ scribat ipe qui iudicat. vt in humero meo portẽ illũ. et circũdẽ illũ q̃si coronã mihi. Per singulos gradus meos ꝓnũciabo illũ. ⁊ q̃si ꝓncipi offerã eũ. Si aduersũ me terra mea clamat. et cũ ipa sulci eiꝰ deflẽt Si fructꝰ eiꝰ comedi absq̃ pecunia. et animam agricolaꝝ eiꝰ afflixi. ꝓ frumento oriat̃ mihi tribulus. et ꝓ ordeo spina.

XXXII

Omiserũt autem tres viri isti responderc iob: eo ꝙ iustus sibi videret̃. Et iratus indignatusq̃ est heliu filius barachel buzites de cognatione ram. Iratus est autem aduersũ iob. eo ꝙ iustũ se eẽ diceret coram deo. Porro aduersũ amicos eius indignatus est. eo ꝙ non inuenissent responsionẽ rationabilẽ. sꝫ tm̃modo ꝯdemnassent iob. Igit̃ heliu expectauit iob loquentẽ. eo ꝙ seniores essent q loquebant̃. Cũ aũt vidisset ꝙ tres r̃spõdere nõ potuissent: iratus ẽ vehementer. Respõdẽsq̃ heliu filius barachel buzites. dixit. Iunior sũ tp̃e vos aũt antiquiores. Idcirco demisso capite veritus sũ vobis indicare meã sñiam. Sperabã eni ꝙ etas ꝓlixior loqueret̃. ⁊ annoꝝ multitudo doceret sapiẽtiã. Sed vt video spũs ẽ in hoibꝰ. ⁊ inspiratio oĩpotẽtis dat intelligentiã. Nõ sũt lõgeui sapiẽtes: nec senes intelligũt iudiciũ. Ideo dicã audite me: ostendã vobis etiã ego meã sapientiã. Expectaui eni sermones vestros: audiui prudẽtiã vr̃am. Donec disceptaremini ſmonibꝰ vr̃is: ⁊ donec putabã vos aliqd dicer̃ ꝯsiderabã. Sꝫ vt video. nõ ẽ q possit arguere iob. ⁊ r̃ndere ex vobis ſmonibꝰ eius. Ne forte dicatis inuenimus sapientiam. deus ꝓiecit eum non homo. Nihil locutus est mihi: ⁊ ego nõ ſm sermones vestros respondebo illi. Extimuerũt. nec respõderũt vltra: abstulerũt q̃ a se eloquiũ. Qm̃ igitur expectaui. ⁊ nõ sunt locuti: steterũt nec responderũt vltra: respondebo ⁊ ego partem meã. ⁊ ostendã sciam meam. Plenus sũ eni ſmonibus. ⁊ coartat me spũs vteri mei. En venť meꝰ q̃si mustũ absq̃ spiraculo: qd̓ lagunculas nouas dirũpit. Loquar. ⁊ respirabo paululũ. aperiã labia mea ⁊ r̃ndebo Nõ accipiã ꝑsonam viri. ⁊ deũ hoi nõ equabo Nescio. n. q̃zdiu subsistã. ⁊ si post modicũ tollat me factor meꝰ.

XXXIII

Exurgat deus et dissipentur inimici eius: et fugiant qui oderunt eum a facie eius. Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis sic pereant peccatores a facie dei. Et iusti epulentur et exultent in conspectu dei. et delectentur in leticia. Cantate deo psalmum dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum dominus nomen illi. Exultate in conspectu eius: turbabuntur a facie eius patris orphanorum et iudicis viduarum. Deus in loco sancto suo: deus qui inhabitare facit vnius moris in domo. Qui educit vinctos in fortitudine similiter eos qui exasperant qui habitant in sepulchris. Deus cum egredereris in conspectu populi tui: cum pertransires in deserto. Terra mota est: etenim celi distillauerunt a facie dei synai a facie dei israhel. Pluuiam voluntariam segregabis deus hereditati tue et infirmata est: tu vero perfecisti eam. Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi deus. Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute multa. Rex virtutum dilecti et speciei domus diuidere spolia. Si dormiatis inter medios cleros penne columbe deargentate. et posteriora dorsi eius in pallore auri. Dum discernit celestis reges sup eam niue dealbabuntur in selmon: mons dei mons pinguis. Mons coagulatus mons pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos? Mons in quo beneplacitum est deo habitare in eo: etenim dominus habitabit in finem. Currus dei decem milibus multiplex: milia letantium: dominus in eis in synai in sancto. Ascendisti in altum cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus. Etenim non credentes inhabitare dominum deum. Benedictus dominus die quotidie: prosperum iter faciet nobis deus salutarium nostrorum. Deus noster deus saluos faciendi et domini exitus mortis. Verumtamen deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in de

lictis suis. Dixit dñs ex basan conuertã: cõuertã in pfũdũ maris. Vt intinguatur pes tu⁹ in sanguine: lingua canũ tuoꝝ ex inimicis ab ipo. Viderũt ingressus tuos de⁹: ingressus dei mei regis mei q̃ ẽ in scõ. Preuenerũt pncipes cõiũcti psallẽtib⁹ in medio iuuẽculaꝝ tympanistriarũ. In ecclesijs bñdicite deo: dño de fontibus isrl. Ibi beniamin adolescẽtul⁹: in mẽt̃ excessu. Principes iuda duces eoꝝ: pncipes ꝫabulon ꝛ pncipes neptalim. Mãda de⁹ ꝟtuti tue: ꝯfirma hoc de⁹ qð opat⁹ es in nobis. A tẽplo tuo in irlm: tibi offerẽt reges munera. Increpa feras arũdinis: ꝯgregatio tauroꝝ in vaccis pploꝝ vt excludãt eos q pbati sũt argẽto. Dissipa gẽtes q̃ bella volũt veniẽt legati ex egypto ethiopia preueniet man⁹ eius deo. Regna tre cantate deo: psallite dño. Psallite deo qui ascẽdit super celũ celi: ad orientez. Ecce dabit voci sue vocẽ virtutis: date gloriã deo super israhel magnificẽtia eius ꝛ virt⁹ ei⁹ in nubib⁹. Mirabilis de⁹ in scis suis: de⁹ isrl ipse dabit virtutẽ ꝛ fortitudine plebi sue: benedict⁹ deus.

¶ Victori pro filijs dd ps. LXVIII

Saluũ me fac de⁹: quoniã intrauerũt aque vsq3 ad animã meaz. Infixus sum in limo pfundi: ꝛ non est substantia. Veni in altitudinẽ maris. ꝛ tẽpestas dimersit me. Laboraui clamãs: rauce facte sunt fauces mee: defecerũt oculi mei dũ spero in deũ meũ. Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis. Cõfortati sũt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: que non rapui tũc exoluebã. De⁹ tu scis insipientiã meam. ꝛ delicta mea a te non sũt abscondita. Non erubescant in me qui expectant te dñe: dñe virtutũ. Non confundant̃ sup me: qui querũt te de⁹ israhel. Qm̃ pter te sustinui opprobriũ: operuit confusio faciẽ meã. Extraneus fact⁹ sũ fratrib⁹ meis. ꝛ peregrinus filijs matris mee. Qm̃ ꝫelus dom⁹ tue comedit me ꝛ opprobria exprobrantiũ tibi ceciderũt sup me Et operui in ieiunio animã meam ꝛ factũ est in opprobriũ mihi. Et posui vestimentũ meũ ciliciũ. ꝛ fact⁹ sũ illis in parabolã. Aduersũ me loquebant̃ q sedebant in porta. ꝛ in me psallebãt q bibebãt vinũ. Ego vero orationẽ meã ad te dñe: temp⁹ beneplaciti deus. In multitudine misericordie tue: exaudi me in veritate salutis tue. Eripe me de luto vt non infigar: libera me ab his qui oderũt me ꝛ de pfundis aquarũ Nõ me demergat tẽpestas aque: neq3 absorbeat me pfundũ: neq3 vrgeat sup me puteus os suũ. Exaudi me dñe qm̃ benigna ẽ misericordia tua: fm multitudinẽ miserationũ tuarũ respice me. Et ne auertas faciẽ tuã a puero tuo: qm̃ tribulor velociter exaudi me Intende anime mee ꝛ libera eam: pter inimicos meos eripe me. Tu scis improperiũ meũ ꝛ ꝯfusionẽ meã: ꝛ reuerentiã meã. In cõspectu tuo sunt oẽs qui tribulant me: improperiũ expectauit cor meum ꝛ miseriã. Et sustinui qui simul cõtristaret̃ ꝛ non fuit. ꝛ q ꝯsolaret̃ ꝛ nõ inueni. Et dederunt in escam meã fel. ꝛ in siti mea potauerunt me aceto. Fiat mensa eoꝝ coram ipsis in laqueũ. ꝛ in retributiones ꝛ in scandalum. Obscurent̃ oculi eorũ ne videant. ꝛ dorsum eorũ semper incurua. Effunde super eos iram tuam. ꝛ furor ire tue cõprehendat eos. Fiat habitatio eoꝝ deserta. ꝛ in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Quoniã quẽ tu percussisti persecuti sunt. ꝛ super dolorẽ vulnerũ eorũ addiderũt. Appone iniquitatẽ super iniquitatẽ eorum: ꝛ non intrent in iusticiã tuam. Deleant̃ de libro viuentium. ꝛ cũ iustis nõ scribant̃. Ego sum pauper ꝛ dolens: salus tua deus suscepit me. Laudabo nomen dei cũ cantico. ꝛ magnificabo euz in laude. Et placebit deo super vitulũ nouellum: cornua producentẽ ꝛ vngulas. Videant pauperes ꝛ letent̃: querite deum ꝛ viuet aĩa vestra Quoniam exaudiuit pauperes dñs. ꝛ vinctos suos non despexit. Laudent illum celi et terra: mare ꝛ oĩa reptilia in eis. Qm̃ de⁹ saluam faciet syon. ꝛ edificabunt̃ ciuitates iude. Et inhabitabunt ibi. ꝛ hereditate acquirent eã. Et semen seruoꝝ eius possidebũt eã. ꝛ qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

¶ Victori dauid ad recordandũ q saluũ fecit eum dominus. ps. LXIX

Deus in adiutoriũ meũ intende: dñe ad adiuuãdũ me festina. Cõfundant̃ ꝛ reuereãt̃: qui querũt aĩam meã. Auertãt̃ retrorsum ꝛ erubescant. qui volunt mihi mala Auertantur statim erubescẽtes: qui dicũt mihi euge euge. Exultent ꝛ letẽtur in te omnes qui querunt te: ꝛ dicũt semper magnificet̃ domin⁹ qui diligunt salutare tuum. Ego vero egenus ꝛ pauper sum deus adiuua me. Adiutor meus ꝛ liberator meus es tu. dñe ne moreris.

¶ ps dauid. LXX 70

In te dñe speraui nõ cõfundar i eternũ in iusticia tua libera me ꝛ eripe me. Inclina ad me aurez tuã ꝛ salua me. Esto mihi in deũ ptectorem ꝛ in locum munitũ: vt saluum me facies. Qm̃ firmamentũ meũ. ꝛ re

fugiū meū es tu. Deus meꝰ eripe me de manu peccatoris. ⁊ de manu cōtra legē agentis ⁊ iniq. Quoniā tu es patientia mea dñe: dñe spes mea a iuuentute mea. In te confirmatus sū ex vtero: de ventre matris mee tu es protector meus. In te cantatio mea semper: tanꝗ̄ ꝓdigium factus sū multis ⁊ tu adiutor fortis. Repleatur os meū laude vt cantem gloriā tuam: tota die magnitudinē tuā. Ne proijcias me in tempore senectutis cū defecerit virtus mea ne derelinquas me. Quia dixerūt inimici mei mihi: ⁊ qui custodiebant animā meā consiliū fecerunt in vnū. Dicentes deus dereliquit eū persequimini ⁊ cōprehendite eū: quia non est q eripiat. Deus ne elongeris a me: deus meꝰ in auxiliū meū respice. Confundant ⁊ deficiant detrahentes anime mee: operiant cōfusione ⁊ pudore q querūt mala mihi. Ego aūt semp sꝑabo ⁊ adijciā sup oēs laudē tuā. Os meū annūciabit iusticiam tuā: tota die salutare tuū. Quoniā nō cognoui litteraturā introibo in potētias dñi dñe memorabor iusticie tue solius. Deꝰ docuisti me a iuuentute mea: ⁊ vsq; nunc ꝓnūciabo mirabilia tua. Et vsq; in senectā ⁊ seniū: deus ne derelinquas me. Donec annunciē brachiū tuū: generatiōi oi q̄ ventura ē. Potentiā tuā ⁊ iusticiā tuā deꝰ vsq; in altissima q̄ fecisti magnalia: deus quis similis sit tibi; Quantas ostēdisti mihi tribulationes multas ⁊ malas: ⁊ conuersus viuificasti me. ⁊ de abyssis terre iterꝫ reduxisti me. Multiplicasti magnificentiā tuā: ⁊ conuersus cōsolatus es me. Nam ⁊ ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatē tuā deus: psallā tibi in cithara sanctus israhel. Exultabūt labia mea cū cantauero tibi. ⁊ anima mea quā redemisti. Sed ⁊ lingua mea tota die meditabitur iusticiam tuā cū confusi et reueriti fuerint qui querunt mala mihi.

¶ P̄s dauid in salomonē. LXXI

Deus iudiciū tuū regi da. et iusticiā tuā filio regis. Iudicare populum tuū in iusticia. et paupes tuos in iudicio. Suscipiant montes pacē populo. et colles iusticiā Iudicabit pauperes populi. et saluos faciet filios pauperū. et humiliabit calūniatorē. Et ꝑmanebit cū sole et ante lunam. in generatiōe et generationē. Descendit sicut pluuia in vellus et sicut stillicidia stillantia super terrā. Orietur in diebus eius iusticia et abundātia pacis. donec auferatur luna. Et dominabit a mari vsq; ad mare. et a flumine vsq; ad terminos orbis terrarū. Coram illo ꝓcident ethiopes. et inimici eius terrā lingent. Reges tharsis ⁊ insule munera offerent: reges arabum ⁊ saba dona adducent. Et adorabūt eū omnes reges: omnes gentes seruient ei. Quia liberabit pauperem a potente: ⁊ pauperē cui non erat adiutor. Parcet pauperi ⁊ inopi. ⁊ animas pauperū saluas faciet. Ex vsuris ⁊ iniquitate redimet animas eorum: ⁊ honorabile nomen eorum coram illo. Et viuet ⁊ dabitur ei de auro arabie: ⁊ adorabunt de ipso semp: tota die benedicent ei. Erit firmamentū in terra in sūmis montium: superextollet super libanū fructus eius: ⁊ florebunt de ciuitate sicut fenum terre. Sit nomen eiꝰ benedictum in secula ante solem permanet nomē eius. Et benedicent in ipso omnes tribꝰ terre omnes gentes magnificabūt eum. Benedictꝰ dominꝰ deus israhel: q facit mirabilia solꝰ. Et bñdictū nomē maiestatis eiꝰ in eternū. ⁊ replebitur maiestate eius ois terra: fiat fiat.

¶ P̄s asaph. LXXII

Quam bonꝰ israhel deus: his qui recto sunt corde. Mei autem pene moti sunt pedes: pene effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquos: pacem peccatorū videns. Quia non est respectus morti eorū: et firmamentū in plaga eorum. In labore hoiū non sunt. ⁊ cum hominibus non flagellabunt Ideo tenuit eos superbia operti sunt iniquitate. ⁊ ipietate sua. Prodijt q̄si ex adipe iniqtas eorū: transierūt in affectum cordis. Cogitauerunt ⁊ locuti sunt nequitiā iniquitatē in excelso locuti sunt. Posuerūt in celū os suū. ⁊ lingua eorū transiuit in terra. Ideo conuertet ppl'us meus hic: ⁊ dies pleni inuenient in eis. Et dixerunt quō scit deus: ⁊ si est scientia in excelso? Ecce ipsi peccatores ⁊ abundantes in seclo obtinuerūt diuitias. Et dixi. ergo sine cā iustificaui cor meum: ⁊ laui inter innocentes manus meas. Et fui flagellatus tota die: et castigatio mea in matutinis. Si dicebam narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorū reprobaui. Existimabam vt cognoscerem: hoc labor est ante me Donec intrem in sanctuariū dei: ⁊ intelligam in nouissimis eorū. Verūtamen ꝓpter dolos posuisti eis: deiecisti eos dū alleuarent. Quō facti sunt in desolationē: subito defecerūt: perierunt ꝓpter iniquitatē suam. Velut somnium surgentiū: domine in ciuitate tua imaginē ipsorum ad nihilū rediges. Quia inflāmatū est cor meū. ⁊ renes mei cōmutati sunt: ⁊ ad nihilū redactus sum ⁊ nesciui. Ut iumentū factus sum apud te: ⁊ ego semper tecū. Tenuisti manum

dexterā meā: ꝛ in voluntate tua deduxisti me: ꝛ cū gloria suscepisti me. Quid eni mihi est in celo. ꝛ ad te quid volui super terrā? Defecit caro mea ꝛ cor meum: deus cordis mei ꝛ pars mea deus in eternum. Quia ecce qui elongant se a te peribūt: perdidisti omnes qui fornicanť abs te. Mihi aūt adherere deo bonū est: ponere in domino deo spem meā. Vt annūciē omnes p̄dicationes tuas: in portis filie syon.

Eruditio asaph p̄s. LXXIII

Vt quid de⁹ repulisti in finē: iratus est furor tuus super oues pascue tue. Memor esto ꝓgregationis tue: quā possedisti ab initio. Redemisti virgam hereditatis tue mons syon in quo habitasti in eo. Leua man⁹ tuas in superbias eoꝝ in finem: quanta malignatus est inimic⁹ in sancto? Et gloriati sūt qui oderūt te: in medio solēnitatis tue Posuerunt signa sua signa ꝛ nō cognouerūt: sicut in exitu super sūmū. Quasi in silua lignoꝝ securib⁹ exciderunt ianuas eius i idipsum: i securi et ascia deiecerunt eā. Incenderūt igni sanctuariū tuū in terra: polluerunt tabernaculū nominis tui. Dixerūt in corde suo cognatio eoꝝ simul quiescere faciamus omnes dies festos dei a terra. Signa nostra nō vidim⁹: iam nō est propheta ꝛ nos non cognoscet ampli⁹. Vsqꝫ q̄ de⁹ improperabit inimicus: irritat aduersarius nomen tuū in finē. Vt qd auertis manū tuā ꝛ dexterā tuam: de medio sinu tuo in finē? Deus aūt rex noster ante secula: operatus est salutem in medio terre. Tu cōfirmasti in virtute tua mare cō tribulasti capita draconū in aquis. Tu confregisti capita draconis dedisti eam escam populis ethiopum. Tu dirupisti fontes ꝛ torrentes: tu siccasti fluuios ethan. Tuus est dies. et tua est nox: tu fabricatus es auroram ꝛ solem. Tu fecisti omnes terminos terre: estatem ꝛ ver tu plasmasti ea. Memor esto huius. inimicus improperauit domino. ꝛ populus insipiens incitauit nomen tuum. Ne tradas bestijs animas confitentes tibi ꝛ animas pauperū tuorum ne obliuiscaris in finem. Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt qui obscurati sunt terre domibus iniquitatū. Ne auertatur humilis factus confusus. pauper ꝛ inops laudabunt nomen tuum. Exurge deus iudica causam tuam memor esto improperioꝝ tuoꝝ que ab isipiēte sunt tota die. Ne obliuiscaris voces inimicorū tuorum. superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.

Victori non disperdas p̄s cantici asaph. LXXIIII

Confitebimur tibi deus: confitebimur ꝛ inuocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua. cū accepero tempus ego iusticias iudicabo. Liquefacta est terra ꝛ oēs qui habitāt in ea. ego confirmaui colūnas eius. Dixi iniquis nolite imq̄ agere. ꝛ delinquentibus nolite exaltare cornu. Nolite extollere in altū cornu vestꝝ nolite loq aduersus deū iniquitatē. Quia neqꝫ ab oriente neqꝫ ab occidente neqꝫ a desertis montibus qm̄ de⁹ iudex est. Hūc humiliat ꝛ hūc exaltat. quia calix in manu dn̄i vini meri plenus mixto. Et inclinauit ex hoc in hoc. verūtamen fex eius non est exinanita. bibēt omnes peccatores terre. Ego aūt annūciabo in seculum. cantabo deo iacob. Et omnia cornua peccatorū cōfringam. et exaltabunť cornua iusti.

Victori in carminibus. p̄s asaph cantici. LXXV

Notus in iudea deus. in israel magnuꝫ nomen eius. Et factus est in pace locus eius. ꝛ habitatio eius in syon. Ibi confregit potentias arcū scutum gladiuꝫ ꝛ bellum. Illuminans tu mirabiliter a montibus eternis turbati sunt oēs insipiētes corde. Dormierūt somnū suum. ꝛ nihil inuenerūt oēs viri diuitiarū in manibus suis. Ab increpatiōe tua deus iacob. dormitauerūt q ascenderūt equos. Tu terribilis es et quis resistet tibi: ex tunc tra tua. De celo auditum fecisti iudicium. terra tremuit ꝛ quieuit. Cum exurgeret in iudicium deus. vt saluos faceret omnes māsuctos terre Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi. ꝛ reliquie cogitationis diem festum agent tibi. Vouete ꝛ reddite domino deo vestro. omnes qui in circuitu eius affertis munera. Terribili ꝛ ei qui aufert sp̄m p̄ncipū. terribili apud reges terre.

Victori super ydithuꝫ p̄s asaph. LXXVI

Voce mea ad dominum clamaui. voce mea ad deū ꝛ intendit mihi. In die tribulationis mee deū exquisiui manibus meis nocte contra eū. ꝛ non sum deceptus. Renuit consolari anima mea. memor fui dei ꝛ delectatus sū. ꝛ exercitatus sū ꝛ defecit sp̄s me⁹. Anticipauerūt vigilias oculi mei. turbatus sū ꝛ non sum locutus. Cogitaui dies antiquos. ꝛ annos eternos in mente habui. Et meditatus sum nocte cum corde meo. ꝛ exercitabar ꝛ scopebam sp̄m meū. Nūqd in eternū ꝓijciet deus aut non apponet. vt complacitior sit adhuc. Aut in finem misericordiā suam abscidet. a generatione in generationem. Aut obliuiscetur

misereri deus: aut cõtinebit in ira sua misericordias suas. Et dixi nũc cepi hec mutatio dextere excelsi. Memor fui operum domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuoꝝ. Et meditabor in oibus opibus tuis: ꝛ in adinuentionibꝰ tuis exercebor. Deus in sancto via tua: quis deus magnus sicut deus noster: tu es deus qui facis mirabilia. Notam fecisti in populis virtutẽ tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum filios iacob ꝛ ioseph. Viderunt te aque deꝰ viderunt te aque ꝛ timuerunt: ꝛ turbate sũt abyssi Multitudo sonitus aquarum vocem dederunt nubes. Etenim sagitte tue transeunt: vox tonitrui tui in rota. Alluxerunt coruscatiões tue orbi terre. commota est ꝛ cõtremuit terra. In mari via tua ꝛ semite tue i aquis multis: ꝛ vestigia tua non cognoscentur. Deduxisti sicut oues populum tuum: in manu moysi ꝛ aaron.

Erudito asaph. LXXVII

Attendite ppl̃e meus legẽ meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum: loqr propositiones ab initio. Quanta audiuimus et cognouimus ea: ꝛ patres nostri narrauerũt nobis. Non sunt occultata a filijs eorum: in generatione altera. Narrantes laudes domini ꝛ virtutes eius: ꝛ mirabilia eius que fecit. Et suscitauit testimonium in iacob: ꝛ legem posuit in israel. Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filijs suis: vt cognoscat generatio altera. Filij qui nascent̃ ꝛ exurgent: ꝛ narrabunt filijs suis. Vt ponant in deo spem suam: ꝛ non obliuiscant̃ operum dei: ꝛ mandata eius exquirant Ne fiant sicut patres eorum: generatio praua ꝛ exasperans. Generatio que non direxit cor suũ ꝛ non est creditus cum deo spiritus eius. Filij effrem intendentes ꝛ mittentes arcum: conuersi sunt in die belli. Non custodierunt testamentum dei: ꝛ in lege eius noluerunt ambulare. Et obliti sunt benefactorum eius: ꝛ mirabilium eiꝰ que ostendit eis. Coram patribus eorũ fecit mirabilia in terra egypti: in campo thaneos. Interrupit mare ꝛ perduxit eos: ꝛ statuit aquas q̃si in vtre. Et deduxit eos ꝛ nube diei: ꝛ tota nocte in illuminatione ignis. Interrupit petram in heremo: ꝛ adaquauit eos velut in abysso multa. Et eduxit aquam de petra: ꝛ eduxit tanquam flumina aquas. Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt excelsum in inaquoso. Et temptauerunt deũ in cordibus suis: vt peterẽt escas animabus suis. Et male locuti sunt de deo dixerunt nunquid poterit deus parare mensam in deserto. Quoniã percussit petram ꝛ fluxerũt aque: ꝛ torrentes inundauerũt. Nunquid ꝛ panem poterit dare: aut parare mensam populo suo. Ideo audiuit dominus ꝛ distulit: ꝛ ignis accẽsus est in iacob: ꝛ ira ascendit in isrl̃. Quia non crediderũt in deo: nec sperauerunt in salutari eius. Et mandauit nubibus desuper: ꝛ ianuas celi aperuit. Et pluit illis manna od mãducandum. ꝛ panem celi dedit eis. Panẽ angelorum manducauit homo: cibaria misit eis i abundantiam. Transtulit austrum de celo: ꝛ induxit in virtute sua affricũ. Et pluit super eos sicut puluerem carnes: ꝛ sicut arenã maris volatilia pennata. Et ceciderunt in medio castrorum eorum: circa tabernacula eorum. Et manducauerunt ꝛ saturati sunt nimis: ꝛ desideriũ eorum attulit eis: non sunt fraudati a desiderio suo. Adhuc esce eorum erant in ore ipsoꝝ: ꝛ ira dei ascendit super eos. Et occidit pingues eoꝝ ꝛ electos israel impediuit. In omnibꝰ his peccauerunt adhuc: ꝛ non crediderunt in mirabilibus eius. Et defecerunt in vanitate dies eoꝝ: ꝛ anni eorum cum festinatione. Cuũ occideret eos querebant eum: ꝛ reuertebantur ꝛ diluculo veniebant ad eum. Et rememorati sunt quia deus adiutor est eorum: ꝛ deus excelsus redẽptor eorum est. Et dilexerunt eum in ore suo: ꝛ lingua sua mentiti sunt ei. Cor autem eoꝝ non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius. Ipse autem est misericors ꝛ propitius fiet peccatis eorum: ꝛ non disperdet eos Et abundauit vt auerteret iram suam: ꝛ nõ accendit omnem iram suaũ. Et recordatus est qa caro sunt: spiritꝰ vadens ꝛ non rediens Quotiens exacerbauerunt eum in deserto: in iram concitauerunt eum in inaquoso. Et conuersi sunt ꝛ temptauerunt deum: ꝛ sanctum israel exacerbauerunt. Non sunt recordati manus eiꝰ die qua redemit eos de manu tribulantis. Sicut posuit in egypto signa sua. ꝛ prodigia sua i campo thaneos. Et conuertit in sanguineũ flumina eorum: ꝛ ymbres eorum ne biberent. Misit in eos cynomiam ꝛ comedit eos. ꝛ ranam ꝛ disperdidit eos. Et dedit erugini fructus eorum: ꝛ labores eorũ locuste. Et occidit in grandine vineas eorum. ꝛ moros eorum in pruina. Et tradidit grandini iumenta eorum. ꝛ possessiones eorum igni. Misit in eos irã indignationis sue. indignationẽ ꝛ iram ꝛ tribulationem: immissiones per angelos malos. Viam fecit semite ire sue. nõ pepercit a morte aiarũ eoꝝ. ꝛ iumenta eorum in morte cõclusit. Et

percussit oē p̄mogenitū in terra egypti: primitias oīs laboris eoꝝ in tabernaculis cham. Et abstulit sicut oues ppl'm suū: ⁊ perduxit eos tā q̄ gregē in deserto. ⁊ deduxit eos in spe ⁊ non timuerūt: ⁊ inimicos eoꝝ operuit mare. Et induxit eos in montē sanctificationis sue: montē quē acquisiuit dextera ei⁹. Et eiecit a facie eoꝝ gentes: ⁊ sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Et habitare fecit in tabernaculis eorum trib⁹ israhel. Et temptauerūt ⁊ exacerbauerunt deū excelsum: ⁊ testimonia eius non custodierūt. Et auerterūt se ⁊ non seruauerūt pactum quemadmodū patres eoꝝ conuersi sunt in arcum prauū. In iram concitauerunt eū in collibus suis: ⁊ in sculptilib⁹ suis ad emulationē eum prouocauerūt. Audiuit deus ⁊ spreuit ⁊ ad nihilū redegit valde israhel Et repulit tabernaculū sylo: tabernaculū suum vbi habitauit in hominib⁹. Et tradidit in captiuitatē virtutem eoꝝ: ⁊ pulchritudinē eoꝝ in manus inimici. Et conclusit in gladio ppl'm suū: ⁊ hereditatem suā spreuit. Iuuenes eorū comedit ignis ⁊ virgines eorum non sunt lamentate. Sacerdotes eorum in gladio ceciderūt: ⁊ vidue eorū non plorabant. Et excitat⁹ est tanq̄ dormiens domin⁹: tanq̄ potēs crapulatus a vino. Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternū dedit illis. Et repulit tabernaculū ioseph: ⁊ tribum effrem non elegit Sed elegit tribum iuda: montē syon quē dilexit. Et edificauit sicut vnicornis sanctificiū suum: in terra quam fundauit in secula. Et elegit dauid seruū suum: ⁊ sustulit eum de gregib⁹ ouium: de post fetantes accepit eum. Pascere iacob seruū suū ⁊ israhel hereditatē suam. Et pauit eos in innocentia cordis sui: ⁊ i intellectibus manuū suarū deduxit eos. ¶ Cāticū asaph. LXXVIII

Deus venerunt gentes in hereditatem tuam: polluerūt templū sanctum tuū: posuerūt hierusalē i pomoꝝ custodiā. Posuerūt morticina seruoꝝ tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctoꝝ tuoꝝ bestijs tre. Effuderunt sanguinem ipsoꝝ tanq̄ aquam in circuitu hierusalē: ⁊ non erat qui sepeliret. Facti sum⁹ opprobriū vicinis nostris: subsannatio ⁊ illusio his qui in circuitu nostro sunt. Vsq̄quo domine irasceris in finem: ⁊ accendetur velut ignis zelus tuus. Effunde iram tuam in gentes que te non nouerūt: ⁊ in regna que nomen tuū non inuocauerūt. Qui comederūt iacob: ⁊ locum ei⁹ desolauerūt. Ne memineris iniquitatū nostraꝝ ātiquarū: cito anticipēt nos misericordie tue: q2 pauperes facti sum⁹ nimis. Adiuua nos de⁹ salutaris noster: ⁊ ꝓpter gloriam nois tui dn̄e libera nos. Et propiti⁹ esto peccatis nostris ꝓpter nomen tuū: ne forte dicant in gentib⁹. vbi est de⁹ eoꝝ. Vt innotescat in nationib⁹: corā oculis nostris Vltio sanguinis seruoꝝ tuoꝝ qui effusus est: introeat in cōspectu tuo gemitus cōpeditoꝝ. Scd'm magnitudinē brachij tui: posside filios mortificatoꝝ. Et redde vicinis nr̄is septuplū in sinu eorum improperiū ipsoꝝ qd' exprobrauerunt tibi dn̄e. Nos aūt ppl's tu⁹ ⁊ oues pascue tue: confitebimur tibi in seculū In generationē ⁊ generationē: annūciabim⁹ laudē tuā.

¶ Ad victoriam super lilia testimonium asaph. ps. LXXIX

Qui regis israhel intēde: q deducis velut ouē ioseph. Qui sedes super cherubin manifestare: coram effraim beniamin ⁊ manasse. Excita potentiam tuam ⁊ veni vt saluos facias nos Deus cōuerte nos: et ostēde faciē tuā ⁊ salui erimus: Dn̄e de⁹ virtutum quousq̄ irasceris super orationē serui tui: Cibabis nos pane lachrymarū: ⁊ potū dabis nobis i lachrymis in mēsura Posuisti nos in cōtradictionem vicinis nostris: et inimici nostri subsannauerunt nos. Deus virtutum conuerte nos: ⁊ ostende faciē tuā ⁊ salui erimus. Vineam de egypto transtulisti: eiecisti gentes et plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius ⁊ plantasti radices eius ⁊ impleuit terram. Operuit montes vmbra ei⁹: ⁊ arbusta eius cedros dei. Extēdit palmites suos vsq̄ ad mare ⁊ vsq̄ ad flumē propagines eius vt qd destruxisti maceriā eius. ⁊ vindemiant eam omnes q pretergrediunt viam. Exterminauit eā aper d' silua: ⁊ singularis ferus depast⁹ est eam. De⁹ virtutum conuertere: respice de celo et vide et visita vineā istā. Et perfice eam quā plantauit dextera tua. ⁊ sup filium hois quem ꝯfirmasti tibi. Incensa igni ⁊ suffossa: ab increpatione vultus tui peribūt. Fiat manus tua super viꝝ dextere tue: ⁊ sup filiū hois quē ꝯfirmasti tibi. Et non discedimus a te: viuificabis nos ⁊ nomen tuū inuocabim⁹. Dn̄e de⁹ virtutū conuerte nos. et ostende faciē tuā et salui erim⁹. ¶ Victori in torcularib⁹ asaph. ps. LXXX

80

Exultate deo adiutori nostro: iubilate deo iacob. Sumite psalmū ⁊ date tympanū: psalterium iocundum cum cithara Buccinate in neomenia tuba: in insigni die solēnitatis vestre. Quia preceptum in israel ē

τ iudiciū deo iacob. Testimoniū in ioseph po/
suit illud: cum exiret de terra egypti: linguam
quā non nouerat audiuit. Diuertit ab oneri/
bus dorsum ei⁹: manus ei⁹ in cophino seruie/
runt In tribulatione inuocasti me τ liberaui te
exaudiuit te in abscondito tempestatis probaui
te apud aquā contradictionis. Audi ppl's me⁹
τ contestabor te: israhel si audieris me non erit
in te deus recens: neqꝫ adorabis deū alienum
Ego enim sū domin⁹ deus tu⁹ qui eduxi te de
terra egypti: dilata os tuū τ implebo illud. Et
non audiuit ppl's me⁹ vocem meam: et israhel
non intendit mihi. Et dimisi eos scd'm deside/
ria cordis eoꝝ: ibūt in adinuentionib⁹ suis Si
popul⁹ me⁹ audisset me: israhel si in vijs meis
ambulasset. Pro nihilo forsitan inimicos eoꝝ
humiliassem: τ super tribulantes eos misissem
manū meam. Inimici domini mētiti sunt ei. τ
erit tempus eorum in secula. Et cibauit illos ex
adipe frumenti τ de petra melle saturauit eos.

¶ Ps asaph. LXXXI

Deus stetit in synagoga deorum. in me
dio autem deos diiudicat. Usqꝫquo iu
dicatis iniquitatem. τ facies peccatorū
sumitis. Iudicate egeno τ pupillo: humilem
τ pauperem iustificate. Eripe pauperem τ ege
num de manu peccatoris liberate. Nescierunt
neqꝫ intellexerunt in tenebris ambulant. mo/
uebuntur omnia fundamenta terre. Ego dixi
dij estis τ filij excelsi omnes. Uos autem sicut
homines moriemini. τ sicut vnus de principi/
bus cadetis. Surge deus iudica terram. quo/
niam tu hereditabis in omnibus gentibus.

¶ Canticū psalmi asaph. LXXXII

Deus quis similis erit tibi: ne taceas ne
qꝫ compescaris deus. Quoniā ecce ini
mici tui sonuerūt. τ qui oderunt te extu
lerunt caput. Super populū tuum malignaue
runt consiliū τ cogitauerunt aduersus sanctos
tuos. Dixerunt venite τ disperdamus eos de
gente. τ non memoretur nomen israhel vltra.
Quoniam cogitauerunt vnanimiter: simul ad
uersum te testamentū disposuerūt tabernacula
idumeorū τ ismahelite: Moab τ aggareni ge
bal τ ammon τ amalech: alienigene cum habi/
tantibus tyrum. Etenim assur venit cum illis
facti sunt in adiutorium filijs loth. Fac illis sic
madian τ sysare: sicut iabin in torrente cyson.
Disperierunt in endor: facti sunt vt stercus ter
re. Pone principes eorum sicut oreb τ zeb. et
zebee τ salmana. Omnes principes eorū. qui
dixerunt hereditate possideamus sanctuarium
dei. Deus meus pone illos vt rotam. τ sicut
stipulam ante faciem venti. Sicut ignis qui
comburit siluam: τ sicut flamma comburens
montes. Ita persequeris illos in tempestate
tua. τ in ira tua turbabis eos. Imple facies eo
rum ignominia. τ querent nomen tuum domi
ne. Erubescant τ conturbentur in seculum se/
culi. τ confundant' et pereant. Et cognoscāt qꝛ
nomen tibi dominus: tu solus altissimus in oī
terra.

¶ Ad victoriam pro torcularib⁹ filijs chore ps. LXXXIII

Quam dilecta tabernacula tua domine
virtutū: cōcupiscit τ deficit anima mea
in atrio domini. Cor meū τ caro mea
exultauerunt in deum viuū. Etenim passer in
uenit sibi domū τ turtur nidū vbi ponat pullos
suos. Altaria tua dñe virtutū: rex meus τ de⁹
meus. Beati qui habitant in domo tua domi/
ne: in secula seculorū laudabunt te. Beat⁹ vir
cuius est auxiliū abs te: ascensiones in corde suo
disposuit in valle lachrimaꝝ: in loco quem po/
suit. Etenī bñdictionē dabit legislator: ibūt de
virtute in virtutem: videbit' deus deorū in syō.
Domine deus virtutū exaudi orationē meam
aurib⁹ percipe de⁹ iacob Protector noster aspi
ce deus. τ respice in faciem christi tui Quia me
lior est dies vna in atrijs tuis: sup milia. Ele/
gi abiect⁹ esse in domo dei mei magis qꝫ habi/
tare in tabernaculis peccatoꝝ. Quia misericor
diam τ veritatē diligit deus: gratiam τ gloriā
dabit domin⁹. Non priuabit bonis eos q am/
bulant innocentia: domine virtutū beat⁹ ho/
mo qui sperat in te.

¶ Uictoriam filioꝝ chore canticū. LXXXIIII

Benedixisti domine terrā tuam: auerti/
sti captiuitatē iacob. Remisisti iniqui
tatem plebis tui operuisti omnia pecca
ta eoꝝ. Mitigasti omnē iram tuam: auertisti
ab ira indignationis tue. Conuerte nos deus
salutaris noster. τ auerte iram tuam a nobis.
Nunquid in eternū irasceris nobis: aut exten
des iram tuam a generatione in generationē:
Deus tu conuersus viuificabis nos. et plebs
tua letabit' in te. Ostende nobis domine mise/
ricordiā tuā: τ salutare tuū da nobis. Audiam
quid loquat' in me domin⁹ de⁹: quoniā loquet'
pacem in plebem suam. Et super sanctos suos
τ in eos qui cōuertūt' ad cor. Uerūtamen pro
pe timentes eū salutare ipsius vt inhabitet glo
ria in terra nostra. Misericordia τ veritas ob
uiauerunt sibi: iusticia τ pax osculate sunt. Ue
ritas de terra orta est: τ iusticia de celo ꝓspexit

Etenim dominus dabit benignitatem ⁊ terra nostra dabit fructum suũ. Justicia ante eũ ambulabit. ⁊ ponet in via gressus suos.

¶ Oratio dauid. LXXXV

Inclina dñe aurem tuã ⁊ exaudi me: qm̃ inops ⁊ pauper sum ego. Custodi animam meã quoniã sanctus sum: saluum fac seruũ tuũ de⁹ me⁹ sperantẽ in te. Miserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die letifica animã serui tui quoniã ad te dñe animam meã leuaui. Quoniam tu domine suauis ⁊ mitis: ⁊ multe misericordie omnib⁹ inuocantib⁹ te. Auribus percipe dñe orationẽ meã. ⁊ intende voci deprecationis mee. In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me. Nõ est similis tui in diis domine. ⁊ nõ ẽ ſm opera tua. Omnes gẽtes quascunq̃ fecisti venient ⁊ adorabũt coram te dñe glorificabũt nomen tuũ. Qm̃ magnus es tu ⁊ faciens mirabilia: tu es deus solus. Deduc me domine in via tua: ⁊ ingrediar in veritate tua: letetur cor meum vt timeat nomen tuũ. Confitebor tibi domine de⁹ me⁹ in toto corde meo: ⁊ glorificabo nomẽ tuũ in eternum. Quia misericordia tua magna est super me: ⁊ eruisti animã meã ex inferno inferiori. Deus iniqui insurrexerũt super me: ⁊ synagoga potentiũ quesierũt animã meam: ⁊ nõ proposuerũt te in conspectu suo. Et tu domine deus miserator ⁊ misericors: patiens ⁊ multe misericordie ⁊ verax. Respice in me ⁊ miserere mei: da imperiũ tuũ puero tuo. ⁊ saluum fac filiũ ancille tue. Fac mecum signũ in bonum vt videant qui oderũt me ⁊ cõfundant̃: qm̃ tu domine adiuuisti me ⁊ cõsolatus es me.

¶ Filiorũ chore cantici. ps. LXXXVI

Fundamenta ei⁹ in montibus sanctis. diligit dominus portas syon super oia tabernacula iacob. Gloriosa dicta sunt de te: ciuitas dei. Memor ero raab ⁊ babylonis scientiũ me. Ecce alienigene ⁊ tyrus ⁊ populus ethiopum: hi fuerũt illic. Nunquid syõ dicet homo. ⁊ homo natus ẽ in ea: ⁊ ipse fundauit eã altissimus. Dominus narrabit in scripturis populorum. ⁊ principum horum q fuerunt in ea. Sicut letantium omniũ habitatio est in te.

¶ Canticum psalmi filiis chore in fine pro malech ad respõdendum intellectus heman ezraite. LXXXVII

Domine deus salutis mee: in die clamaui ⁊ nocte coram te. Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam. Quia repleta est malis aĩa mea. ⁊ vita mea inferno appropinquit. Estimatus sũ cũ descendentibus in lacũ. factus sũ sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris quorũ non es memor amplius. ⁊ ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerũt me in lacu inferiori. in tenebrosis ⁊ in vmbra mortis. Sup me cõfirmatus est furor tuus. ⁊ omnes fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos a me posuerunt me abhominationem sibi. Traditus sum ⁊ non egrediebar. oculi mei lãguerũt pre inopia. Clamaui ad te domine tota die expandi ad te manus meas. Nunqd mortuis facies mirabilia. aut medici suscitabunt et confitebunt̃ tibi: Nunqd narrabit aliquis in sepulchro misericordiã tuã. ⁊ veritatẽ tuam in pditionẽ. Nũqd cognoscent̃ in tenebris mirabilia tua. ⁊ iusticia tua in terra obliuionis. Et ego ad te domine clamaui. ⁊ mane oratio mea preueniet te. Vt quid dñe repellis orationem meã. auertis faciẽ tuã a me. Pauper sũ ego et in laboribus a iuuentute mea. exaltatus autem humiliatus sum ⁊ conturbatus. In me transierũt ire tue. ⁊ terrores tui conturbauerunt me. Circũdederũt me sicut aqua tota die. circũdederũt me simul. Elongasti a me amicũ ⁊ ꝓximũ. ⁊ notos meos a miseria.

¶ Eruditio ethã ezraite. LXXXVIII

Misericordias dñi. in eternum cantabo. In generationẽ ⁊ generationẽ. annunciabo veritatem tuam in ore meo. Qm̃ dixisti in eternum misericordia edificabitur in celis. preparabitur veritas tua ĩ eis. Disposui testamentum electis meis. iuraui dauid seruo meo vsq̃ in eternum preparabo semen tuũ. Et edificabo in generatione ⁊ generationem sedẽ tuam. Confitebuntur celi mirabilia tua domine. etenim veritatẽ tuam in ecclesia sanctorum. Qm̃ qs in nubibus equabit̃ dño. silis erit deo in filiis dei. Deus q glorificabit̃ in consilio scõrũ magnus ⁊ terribilis sup oẽs qui in circuitu eius sunt. Dñe deus virtutũ quis similis tibi. potens es domine ⁊ veritas tua in circuitu tuo. Tu dñaris potestati maris. motũ aũt fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratũ superbum. in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos. Tui sunt celi ⁊ tua est terra. orbẽ terre ⁊ plenitudinem eius tu fundasti. aquilonem ⁊ mare tu creasti. Thabor ⁊ hermon ĩ nomine tuo exultabũt. tuũ brachiũ cum potentia. Firmet̃ manus tua ⁊ exaltet̃ dextera tua. iusticia ⁊ iudicium preparatio sedis tue. Misericor-

dia ⁊ veritas precedēt faciē tuam: beatꝰ pplꝰs
qui scit iubilationē. Domine in lumine vultus
tui ambulabūt. ⁊ in nomine tuo exultabūt tota
die ⁊ in iusticia tua exaltabunt. Quoniā gloria
virtutis eoꝝ tu es. ⁊ in beneplacito tuo exaltabi
tur cornu nostꝝ. Quia dñi est assūptio nostra.
⁊ sancti israel regis nr̄i. Tūc locutꝰ es in visio/
ne sanctis tuis. ⁊ dixisti: posui adiutoriū in po/
tente. ⁊ exaltaui electum de plebe mea. Inueni
dauid suū meū: oleo sancto meo vnxi eū. Ma
nus eni mea auxiliabit ei ⁊ brachiū meū confir
mabit eū. Nihil ꝑficiet inimicus in eo: ⁊ filius
iniquitatis non apponet nocere ei. Et cōcidam
a facie ipsiꝰ inimicos eius: ⁊ odiētes eū in fugā
cōuertā. Et veritas mea ⁊ misericordia mea cū
ipso: ⁊ in nomine meo exaltabit cornu eius. Et
ponā in mari manū eiꝰ. ⁊ in fluminibꝰ dexteraȝ
eiꝰ. Ipse inuocabit me pater meus es tu: deus
meus ⁊ susceptor salutis mee. Et ego primoge
nitū ponam illū: excelsum pre regibꝰ terre. In
eternū seruabo illi misericordiā meā: ⁊ testamē
tū meū fidele ipsi. Et ponam in seculū seculi se/
men eiꝰ: ⁊ thronū eius sicut dies celi. Si auteȝ
derelinquerint filij eius legem meā: ⁊ in iudi/
cijs meis nō ambulauerint. Si iusticias meas
ꝓphetauerint. ⁊ mandata mea nō custodierint
Visitabo in virga iniquitates eoꝝ: ⁊ in verbe
ribus peccata eoꝝ. Misericordiā aūt meā non
dispergam ab eo: neqȝ nocebo in veritate mea
Neqȝ prophanabo testamentū meū. ⁊ que pro
cedunt de labijs meis non faciā irrita. Semel
iuraui in sancto meo si dauid mentiar: semen
eius in eternum manebit. Et thronus eius sic
sol in cōspectu meo. ⁊ sicut luna perfecta in eter
num. ⁊ testis in celo fidelis. Tu vero repulisti
⁊ despexisti: distulisti christū tuū. Auertisti te/
stamentū serui tui prophanasti in terra sanctua
riū eius. Destruxisti omnes sepes eius: posui
sti fines firmamentū eius formidinē. Diripue
runt eum omnes transeūtes viam: factꝰ est op/
probriū vicinis suis: Exaltasti dexterā deꝓmē
tiū eum: letificasti omnes inimicos eiꝰ. Auerti
sti adiutoriū gladij eius: ⁊ non es auxiliatus ei
in bello. Destruxisti eū ab emundatione: ⁊ se/
dem eius in terra collisisti. Minorasti dies tē
poris eiꝰ: perfudisti eum cōfusione. Vsqȝ quo do
mine auertis in fineȝ: exardescet sicut ignis ira
tua? Memorare que mea substantia: nunquid
enim vane constituisti omnes filios hominū?
Quis est homo qui viuet ⁊ non videbit mortē
eruet aīam suam de māu inferi? Vbi sunt mie
tue antiq̄ dñe: sicut iurasti dauid in veritate tua
Memor esto dñe opprobrij seruorum tuorum
qd continui in sinu meo multaꝝ gentiū Quod
exprobrauerūt inimici tui dñe qd exprobrauerit
cōmutationē christi tui. Benedictꝰ dñs in eter
nū: fiat fiat. ¶ Oratio moysi hominis dei.

LXXXIX

Domine refugium factus es nobis: a generatione in gene
rationem. Priusqȝ montes fierent aut
formaret terra ⁊ orbis a seculo ⁊ in seculum tu
es deus. Ne auertas hominē in humilitateȝ: ⁊
dixisti conuertimini filij hominū. Quoniā mil
le anni ante oculos tuos: tanqȝ dies hesterna q̄
preterijt. Et custodia in nocte: que ꝓ nihilo ha
bent eoꝝ anni erūt. Mane sicut herba tran/
seat: mane floreat ⁊ transeat. vespere decidat in
duret et arescat. Quia defecimus in ira tua:
⁊ in furore tuo turbati sumus. Posuisti ini/
quitates nostras in conspectu tuo: seculū nostꝝ
in illuminatione vultus tui Quoniam omnes
dies nostri defecerunt: ⁊ in ira tua defecimus.
Anni nostri sicut arena meditabunt: dies an/
noꝝ nostroꝝ in ipsis septuaginta anni. Si aūt
in potentatibꝰ octoginta anni: ⁊ amplius eorū
labor ⁊ dolor. Qm̄ superuenit mansuetudo: ⁊
corripiemur. Quis nouit potestatē ire tue: ⁊ p̄
timore tuo iram tuā dinumerare: Dexterā tuā
sic notā fac. ⁊ eruditos corde in sapiētia. Con/
uertere dñe vsqȝ quo ⁊ deꝓcabilis esto sup seruos
tuos. Repleti sumꝰ mane misericordia tua ex/
ultauimus ⁊ delectati sumꝰ in omnibꝰ diebꝰ no
stris. Letati sumꝰ pro diebus quibꝰ nos humi
liasti: annis quibus vidimꝰ mala. Respice in
seruos tuos ⁊ in opa tua: ⁊ dirige filios eorum
Et sit splendor domini dei nostri super nos: ⁊
opa manuū nostraꝝ dirige sup nos: ⁊ opꝰ ma/
nuū nostraꝝ dirige. ps.

LXXXX

90

Qui habitat in adiutorio altissimi: in ꝓ
tectione dei celi cōmorabit. Dicet dño
susceptor meꝰ es tu ⁊ refugiū meū deus
meus sperabo in eū. Quoniā ipse liberauit me
de laqueo venantiū: ⁊ a verbo aspero. Scapu
pulis suis obumbrabit tibi. ⁊ sub pennis eius
sperabis. Scuto circūdabit te veritas eius nō
timebis a timore nocturno. A sagitta volante
in die a negocio perambulante in tenebris: ab
incursu ⁊ demonio meridiano. Cadent a late/
re tuo mille. ⁊ decem milia a dextris tuis: ad te
autē non appropinquabit. Verūtamen oculis
tuis considerabis. ⁊ retributionem peccatoruȝ
videbis. Quoniā tu es domine spes mea: al/
tissimū posuisti refugiū tuū. Non accedet ad te
malum. ⁊ flagellū nō appropinquabit taberna/

culo tuo. Quoniam angelis suis mandauit de te. vt custodiant te in omnibus vijs tuis. In manib⁹ portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Super aspidem et basiliscum ambulabis: et conculcabis leonem et draconem. Quoniam in me sperauit liberabo eum: protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Clamauit ad me et ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum et glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: et ostendam illi salutare meum.

¶ Ps cantici in die sabbati. LXXXXI

Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Ad annunciandum mane misericordiam tuam. et veritatem tuam per noctem. In decachordo psalterio: cum cantico in cithara. Quia delectasti me domine in factura tua. et in operibus manuum tuarum exultabo. Quam magnificata sunt opera tua domine: nimis profunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiens non cognoscet. et stultus non intelliget hec. Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum. et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Vt intereant in seculum seculi: tu autem altissimus in eternum domine. Quoniam ecce inimici tui domine quoniam ecce inimici tui peribunt. et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum. et senectus mea in misericordia vberi. Et despexit oculus me⁹ inimicos meos: et insurgentibus in me malignantib⁹ audiet auris mea. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur. Plantati in domo domini: in atrijs domus dei nostri florebunt. Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi. et bene patientes erunt vt annuncient. Quoniam rectus dominus de⁹ noster: et non est iniquitas in eo.

¶ Laus cantici in die ante sabbatum quando fundata est terra. LXXXXII

Dominus regnauit decorem indutus est indutus est dominus fortitudinem et precinxit se. Etenim firmauit orbem terre qui non commouebitur. Parata sedes tua ex tunc: a seculo tu es. Eleuauerunt flumina domine: eleuauerunt flumina vocem suam. Eleuauerunt flumina fluctus suos: a vocibus aquarum multarum. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis domin⁹ Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo domine in longitudinem dierum.

¶ Ps. LXXXXIII

Deus vltionum dominus: deus vltionum libere egit. Exaltare qui iudicas terram redde retributionem superbis. Vsquequo peccatores domine: vsquequo peccatores gloriabuntur. Effabuntur et loquentur iniquitatem: loquentur omnes qui operantur iniusticiam. Populum tuum domine humiliauerunt. et hereditatem tuam vexauerunt. Viduam et aduenam interfecerunt et pupillos occiderunt. Et dixerunt non videbit dominus: nec intelliget deus iacob. Intelligite insipientes in populo: et stulti aliquando sapite. Qui plantauit aurem non audiet aut qui finxit oculum non considerat. Qui corripit gentes non arguit: qui docet hominem scientiam. Dominus scit cogitationes hominum: quoniam vane sunt. Beatus homo quem tu erudieris domine: et de lege tua docueris eum. Vt mitiges ei a diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea. Quia non repellet dominus plebem suam: et hereditatem suam non derelinquet. Quoadusque iusticia conuertatur iudicium: et qui iuxta illam: omnes qui recto sunt corde. Quis consurget mihi aduersus malignantes: aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem. Nisi quia dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam motus est pes meus: misericordia tua domine adiuuabat me Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tue letificauerunt animam meam. Nunquid adheret tibi sedes iniquitatis: qui fingis laborem in precepto. Captabunt in animam iusti: et sanguinem innocentem condemnabunt. Et factus est mihi dominus in refugium: et deus meus in adiutorium spei mee. Et reddet illis iniquitatem ipsorum: et in malitia eorum disperdet eos: disperdet illos dominus deus noster.

¶ Ps. LXXXXIIII

Venite exultemus domino: iubilemus deo salutari nostro. Preoccupemus faciem eius in confessione: et in psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus: et rex magnus super omnes deos. Quia in manu ei⁹ sunt omnes fines terre: et altitudines montium ipsius sunt. Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud: et siccam manus eius formauerunt. Venite adoremus et procidamus et ploremus ante dominum qui fecit nos: quia ipse est deus noster. Et nos populus pascue ei⁹: et oues manus ei⁹. Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra. Sicut in irritatione: secundum diem temptationis in deserto. Vbi temptauerunt me patres vestri: probauerunt et viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi illi: et dixi semper hi errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea si introibunt in requiem meam.

¶ ps̄. LXXXXV

C Antate dño canticū nouum: cantate do
mino oīs terra. Cantate dño ⁊ benedi
cite nomini eius: annūciate de die ī diez
salutare eius. Annunciate inter gentes gloriaz
eius: in oībus populis mirabilia eius. Quoni
am magnus dñs ⁊ laudabilis nimis: terribilis
super omnes deos. Qm̄ omnes dij gentiuz de
monia sūt: dñs aut celos fecit. Confessio ⁊ pul/
chritudo in conspectu eius: sanctimonia ⁊ ma/
gnificentia in sanctificatione eius. Afferte dño
patrie gentium: afferte domino gloriam ⁊ hono
rem: afferte domino gloriam nomini eiꝰ. Tolli
te hostias ⁊ introite in atria eius: adorate domi
num in atrio sancto eius. Cōmoueat̄ a facie eiꝰ
vniuersa terra: dicite in gentibus quia dominus
regnauit. Eteni correxi orbem terre qui non cō
mouebit̄: iudicabit populos in equitate. Letent̄
celi ⁊ exultet terra: cōmoueat̄ mare ⁊ plenitudo
eius: gaudebunt campi ⁊ omnia que in eis sunt
Tunc exultabunt omnia ligna siluarum a facie
dñi quia venit: quoniā venit iudicare terrā. In
dicabit orbem terre in equitate: ⁊ populos in ve
ritate sua. ps̄. LXXXXVI

D Ominus regnauit exultet terra: letent̄
insule multe. Nubes ⁊ caligo in circui
tu eius: iusticia ⁊ iudicium correctio se/
dis eius. Ignis ante ipsum p̄cedet: ⁊ inflāma/
bit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgu
ra eius orbi terre: vidit ⁊ cōmota est terra. Mō
tes sicut cera fluxerunt a facie domini: a facie do
mini omnis terra. Annunciauerunt celi iustici
am eius: ⁊ viderunt omnes populi gloriam eiꝰ
Confundantur omnes qui adorant sculptilia: ⁊
qui gloriantur in simulacris suis. Adorate euz
omnes angeli eius: audiuit ⁊ letata est syon. Et
exultauerunt filie iude. propter iudicia tua do/
mine. Quoniam tu dominus altissimus super
omnem terram: nimis exaltatus es sup omnes
deos. Qui diligitis dominum odite malum: cu
stodit dominus animas sanctoruz suoꝝ: de ma/
nu peccatoruz liberauit eos. Lux orta est iusto ⁊
rectis corde leticia. Letamini iusti in domino: ⁊
confitemini memorie sanctificationis eius.

ps̄. LXXXXVII

C Antate dño canticuz nouum: quia mi/
rabilia fecit. Saluauit sibi dextera eius:
⁊ brachium sanctum eius. Notuz fecit
dñs salutare suū: in cōspectu gentiū reuelauit iu
sticiā suā. Recordatus est mi̇̄icordie sue: ⁊ ve
ritatis sue domui isrl̄. Viderunt oēs termini ter/
re salutare dei nostri: iubilate domino omnis
terra: cantate ⁊ exultate ⁊ psallite. Psallite do
mino in cichtara in cithara ⁊ voce psālmi: in tu
bis ductilibus ⁊ voce tube cornee. Jubilate in
conspectu regis domini: moueatur mare ⁊ ple
nitudo eius: orbis terrarum ⁊ qui habitant in
eo. Flumina plaudent manu: simul montes ex
ultabunt a cōspectu domini: quoniam venit iu
dicare terram. Judicabit orbē terrarum in iu
sticia. ⁊ populos in equitate.

¶ ps̄ dd̄. LXXXXVIII

D Ominus regnauit irascantur populi:
qui sedes super cherubin moueat̄ ter/
ra. Dominus in syon magnus: ⁊ ex/
celsus super omnes populos. Confiteant̄ no/
mini tuo magno: quoniam terribile ⁊ sanctum
est: ⁊ honor regis iudicium diligit. Tu parasti
directiones: iudicium ⁊ iusticiam in iacob tu fe
cisti. Exaltate dominum deum nostrum: ⁊ ado
rate scabellū pedū eiꝰ: quoniā sanctū est. Moy
ses ⁊ aaron in sacerdotibus eius: ⁊ samuel int
eos qui inuocant nomen eiꝰ. Inuocabant do/
minū ⁊ ip̄e exaudiebat eos: in colūna nubis lo
quebat̄ ad eos. Custodiebant testimonia eius
⁊ p̄ceptū quod dedit illis. Dñe deus noster tu
exaudiebas eos: deus tu ꝓpitius fuisti eis et
vlciscens ī omnes adinuentiones eoꝝ. Exalta
te dñm deū nostrū. ⁊ adorate in mōte sancto eiꝰ
qm̄ sanctus dñs deus noster.

¶ ps̄ in confessione. LXXXXIX

I Vbilate deo omnis terra. seruite dño
in leticia. Introite in conspectu eius. ī
exultatione. Scitote quoniā dominus
ip̄e est deus. ip̄e fecit nos ⁊ non ipsi nos. Po
pulus eius ⁊ oues pascue eius introite portas
eius in confessione. atria eius in hymnis con/
fitemini illi. Laudate nomen eius quoniā sua/
uis est dominus. in eternū misericordia eius.
⁊ vsq̄ ī generationē ⁊ generationē veritas eiꝰ.

¶ ps̄ ipsi dd̄. C 100

M Isericordiā ⁊ iudiciū cantabo tibi dñe.
psallā ⁊ intelligā in via imaculata quā
do venies ad me. Perambulabam in
innocentia cordis mei. in medio domus mee.
Non proponebam ante oculos meos rē iniu
stam. facientes preuaricatiōes odiui. Non ad
hesit mihi cor prauū. declinantē a me malignū
non cognoscebaz. Detrahentē secreto ꝓximo
suo. hūc persequebar. Superbo oculo ⁊ insati
abili corde. cū hoc non edebā. Oculi mei ad fi
deles terre vt sedeant mecū. ambulans in via
imaculata hic mihi ministrabat. Nō habitabit

in medio domus mee qui facit superbiā. qui lo
quit iniqua non direxit in conspectu oculorum
meoꝝ. In matutino interficiebā; omnes pec
catores terre. vt disperderē de ciuitate domini
omnes operantes iniquitatem.

¶ Oratio pauperis cū anxiaret. ⁊ coram dño
effundit precē suā. CI

D Omine exaudi orationē meam. ⁊ cla
mor meꝰ ad te veniat. Non auertas fa
ciē tuā a me. in quacūq; die tribulor in
clina ad me aurē tuā. In quacūq; die inuoca
uero te. velociter exaudi me. Quia defecerunt
sicut fumus dies mei. ⁊ ossa mea sicut cremiū
aruerunt. Percussus sum vt fenū ⁊ aruit cor
meū. quia oblitus sum comedere panem meū.
A voce gemitus mei. adhesit os meum carni
mee. Similis factus sum pellicano solitudinis
factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigi
laui ⁊ factus sum sicut passer solitarius in tecto
Tota die exprobrabant mihi inimici mei. ⁊ q
laudabant me aduersū me iurabāt. Quia cine
rem tanq̄ panem manducabam: ⁊ poculū me
um cū fletu miscebam. A facie ire indignatio
nis tue: quia eleuans allisisti me. Dies mei si
cut vmbra declinauerūt: ⁊ ego sicut fenū arui.
Tu autem domine in eternū permanes: ⁊ me
moriale tuū in generationē ⁊ generationē. Tu
exurgens misereberis syon: quia tempus mise
rendi eius quia venit tempus. Quoniā placu
erūt seruis tuis lapides eius: ⁊ terre eius mise
rebunt. Et timebūt gentes nomen tuū domi
ne: ⁊ omnes reges terre gloriā tuā. Quia edi
ficauit dominus syon: ⁊ videbit in gloria sua.
Respexit in orationem humiliū: ⁊ non spreuit
preces eoꝝ. Scribant hec in generatione alte
ra: ⁊ populus qui creabitur laudabit dominū.
Quia prospexit de excelso sancto suo: dominus
de celo in terram aspexit. Vt audiret gemitus
compeditoꝝ: vt solueret filios interemptorum
Vt annuncient in syon nomen domini: ⁊ lau
dem eius in hierusalem. In conueniendo po
pulos in vnū: ⁊ reges vt seruiant illi domino.
Respondit ei in via virtutis sue: paucitatē die
rū meoꝝ nuncia mihi. Ne reuoces me in dimi
dio dieꝝ meoꝝ: in generationē ⁊ generationē
anni tui. Initio tu domine terrā fūdasti. ⁊ ope
ra manuū tuarū sunt celi. Ipsi peribūt tu autē
permanes. ⁊ omnes sicut vestimētū veterascēt
Et sicut opertorium mutabis eos ⁊ mutabunt
tu autem idem ipse es. ⁊ anni tui non deficient.
Filij seruoꝝ tuoꝝ habitabunt: ⁊ semen eorum
in seculū dirigetur.

¶ Ps ipsi dd. CII

B Enedic aīa mea dño: ⁊ omnia q̄ intra
me sūt noī sancto eius. Benedic ani
ma mea dño. ⁊ noli obliuisci omnes re
tributiōes eius. Qui ꝓpitiatur omnibus iniq
tatibus tuis: qui sanat oēs infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitā tuā: qui coronat te
in misericordia ⁊ miseratiōibus. Quare replet
in bonis desideriū tuū: renouabit vt aquile iu
uentus tua. Faciens misericordias dñs: ⁊ iudi
ciū omnibus iniuriā patientibus. Notas fecit
vias suas moysi: filijs israel voluntates suas.
Miserator ⁊ misericors dominꝰ: longanimis
⁊ multū misericors. Non in perpetuū irascet:
neq; in eternū cōminabitur. Non ſm peccata
nostra fecit nobis: neq; ſm iniquitates nostras
retribuit nobis. Quoniam ſm altitudinem ce
li a terra: corroborauit misericordiam suā super
timentens se. Quantū distat ortus ab occiden
te: longe fecit a nobis iniqtates nostras. Quo
modo miseret pater filioꝝ: misertus est domi
nus timentibus se: quoniā ipse cognouit figmē
tū nostrū. Recordatus ē quoniā puluis sumꝰ
homo sicut fenum: dies eius tanq̄ flos agri sic
efflorebit. Quoniā spiritus pertransibit in illo
⁊ non subsistet: ⁊ non cognoscet amplius locū
suū. Misericordia autem domini ab eterno vs
q; in eternū: super timentes eū. Et iusticia illi
us in filios filioꝝ: his qui seruant testamentū
eius. Et memores sunt mandatoꝝ ipsius: ad
faciendū ea. Dominus in celo parauit sedē su
am: ⁊ regnū ipsius omnibus dominabit. Be
nedicite dño omnes angeli eius potentes vir
tute: facientes verbū illius ad audiendam vo
cem sermonū eiꝰ. Benedicite dño omnes vir
tutes eius: ministri eius qui facitis voluntatē
eius. Benedicite dño oīa opera eius: in omni
loco dñationes eius: benedic aīa mea dño.

¶ Ps ipsi dd. CIII

B Enedic anima mea dño: dñe deus me
us magnificatus es vehementer. Cō
fessionem ⁊ decorem induisti: amictus
lumine sicut vestimento. Extendens celum si
cut pellē: qui tegis aquis superiora eius. Qui
ponis nubē ascensum tuū: qui ambulas super
pennas ventoꝝ. Qui facis angelos tuos spiri
tus. ⁊ ministros tuos ignē vrentem. Qui fun
dasti terrā super stabilitatē suā: non inclinabit
in seculum seculi. Abyssus sicut vestimentum
amictus eius: super montes stabunt aque. Ab
increpatione tua fugient: a voce tonitrui tui
formidabunt. Ascendunt montes ⁊ descendūt

campi: in locum quē fundasti eis. Terminum posuisti quem non transgredient᷑: neqꝫ conuertent᷑ operire terram. Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibūt aque. Potabunt omnes bestie agri expectabūt onagri in siti sua. Super ea volucres celi habitabunt: de medio petrarum dabunt voces. Rigans montes de supioribus suis: de fructu operum tuorum satiabit᷑ terra. Producens fenū iumentis ⁊ herbam seruituti hominum. Ut educas panem de terra: ⁊ vinum letificet cor hominis: Ut exhilaret faciem in oleo. ⁊ panis cor hominis ꝯfirmet. Saturabuntur ligna campi ⁊ cedri libani quas plantauit: illic passeres nidificabunt. Herodij domus dux est eorum: montes excelsi ceruis petra refugium herinacijs. Fecit lunam in tempore: sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras ⁊ facta est nox. in ipsa ptransibunt omnes bestie silue. Catuli leonū rugiētes vt rapiant. ⁊ querant a deo escam sibi. Ortus est sol ⁊ congregati sunt: ⁊ in cubilibus suis collocabuntur. Exibit homo ⁊ ad opus suū. ⁊ ad operationem suam vsqꝫ ad vesperū. Quam magnificata sunt opera tua domine: omnia i sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Hoc mare magnum ⁊ spatiosū manibus: illic reptilia quorum nō est numerus. Animalia pusilla cum magnis: illic naues ptransibunt. Draco iste quem formasti ad illudendum ei: omnia a te expectant vt des illis escam in tempore. Dāte te illis colligent: aperiente te manum tuā omnia implebunt᷑ bonitate. Auertente autem te faciem turbabuntur: auferes spiritum eorum ⁊ deficient: ⁊ in puluerem suum reuertent᷑. Emitte spiritū tuum ⁊ creabunt᷑: ⁊ renouabis facieꝫ terre. Sit gloria domini in seculum: letabitur ⁊ dominus in operibus suis. Qui respicit terram ⁊ facit eam tremere: qui tangit montes ⁊ fumigāt Cantabo domino in vita mea: psallā deo meo quādiu sum. Iocundum sit ei eloquium meum ego vero delectabor in domino. Deficiant peccatores a terra ⁊ iniqui ita vt nō sint: benedic anima mea domino. ¶ Alleluia. CIIII.

Confitemini domino ⁊ inuocate nomē eius: annunciate inter gentes opera ei⁹ Cātate ei ⁊ psallite ei. narrate omnia mirabilia eius. laudamini in nomine sancto eius: letetur cor querentium dominum. Querite dominum ⁊ confirmamini: querite faciem eius sp Mementote mirabilium eius que fecit: prodigia eius ⁊ iudicia oris eius. Semen abraham serui eius: filij iacob electi eius. Ipse dominus deus noster: in vniuersa terra iudicia ei⁹. Memor fuit in seculū testamenti sui: verbi qd mandauit in mille generationes. Qd disposuit ad abrahā: ⁊ iuramenti sui ad ysaac. Et statuit illud iacob in preceptū: ⁊ israel in testamētū eternū. Dicēs tibi dabo terra chanaā: funiculū hereditatis vestre. Cū essent numero breui. paucissimi ⁊ incole eius. Et pertransierūt de gente in gentē: ⁊ de regno ad populū alterū. Nō reliquit hominē nocere eis: ⁊ corripuit ꝓ eis reges Nolite tangere xpos meos: ⁊ in ꝓphetis meis nolite malignari. Et vocauit famē sup terrā ⁊ oē firmamētū panis ꝯtriuit. Misit ante eos virū: in s̄uū venūdat⁹ ē ioseph. Humiliauerūt in cōpedib⁹ pedes ei⁹: ferrū pertransijt aiaꝫ ei⁹ donec veniret verbū ei⁹. Eloquiū dn̄i inflāmauit eū: misit rex ⁊ soluit eū: p̄nceps ppl'orū ⁊ dimisit eū. Constituit eū dn̄m domus sue: ⁊ p̄ncipē oīs possessiōis sue. Ut erudiret p̄ncipes ei⁹ sicut semetipm: ⁊ senes eius prudentiā doceret Et intrauit israel in egyptū: ⁊ iacob accola fuit in terra cham. Et auxit populū suū vehemēter ⁊ firmauit eū super inimicos eius. Conuertit cor eorū vt odirent ppl'm ei⁹: ⁊ dolū facerent in seruos ei⁹. Misit moysen seruū suū: aarō quē elegit ipm. Posuit in eis verba signorū suorū ⁊ ꝓdigiorū i terra cham. Misit tenebras ⁊ obscurauit. ⁊ nō exacerbauit s̄mones suos. Conuertit aquas eorū in sanguineꝫ: ⁊ occidit pisces eorum. Et dedit terra eorum ranas: in penetralibus regum ipsorum. Dixit ⁊ venit cynomia ⁊ cynifes: in omnibus finibus eorum. Posuit pluuias eorū grandinē: ignē cōburentē in terra ipsoruꝫ. Et percussit vineas eorum ⁊ ficulneas eorū. ⁊ contriuit lignū finiū eorū. Dixit ⁊ venit locusta ⁊ brucus: cui⁹ nō erat numerus. Et comedit omne fenū in terra eorū: ⁊ comedit oēm fructū terre eorū. Et percussit omne primogenitū in terra eorū: primitias oīs laboris eorū. Et eduxit eos cum argento ⁊ auro: ⁊ non erat i tribubus eorum infirmus. Letata est egyptus in ꝓfectione eorū: qꝛ icubuit timor eorū super eos. Expandit nubē in ꝓtectionē eorū: ⁊ ignē vt luceret eis per noctē. Petierūt ⁊ venit coturnix ⁊ pane celi saturauit eos. Dirupit petrā ⁊ fluxerūt aque: abierūt in sicco flumina. Quoniaꝫ memor fuit verbi sancti sui: qd habuit ad abraham puerum suum. Et eduxit populum suum in exultatione. ⁊ electos suos in leticia. Et dedit illis regiones gentiū: ⁊ labores ppl'orū possederūt. Ut custodiant iustificationes eius: ⁊ legē ei⁹ requirāt. ¶ Alla al'a. CV

C c Onfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in se
culū mia eius. Quis loquet̄ potentias
dn̄i: auditas faciet omnes laudes eius
Beati q custodiūt iudiciū. ⁊ faciūt iusticiā in oi
tp̄e. Memento nostri dn̄e in beneplacito popu
li tui: visita nos in salutari tuo. Ad videndū in
bonitate electoꝝ tuoꝝ: ad letandū in leticia gen
tis tue. vt lauderis cū hereditate tua. Peccaui
mus cū patribus nostris: iniuste egimꝰ iniqta/
tē fecimus. Patres nostri in egypto nō intelle
xerūt mirabilia tua: non fuerūt memores mul/
titudinis mie tue. Et irritauerūt ascendentes i
mari mari rubro. ⁊ saluauit eos ꝓp nomē suū:
vt notā faceret potentiā suā. Et increpuit ma/
re rubrū ⁊ exsiccatū ē: ⁊ deduxit eos in abyssis
sicut in deserto. Et saluauit eos de manu odien
tiū: ⁊ redemit eos de manu inimici. Et operu
it aqua tribulantes eos: vnus ex eis nō reman
sit. Et crediderūt verbis eiꝰ: ⁊ laudauerūt lau
dē eiꝰ. Cito fecerūt obliti sūt opeꝝ eiꝰ: ⁊ nō su/
stinuerūt ꝯsiliū eiꝰ: Et cōcupierūt cōcupiscētiā
in deserto: ⁊ tēptauerūt deū i inaquoso. Et de
dit eis petitionē ipoꝝ: ⁊ misit saturitatē in aias
coꝝ. Et irritauerūt moysen in castris: aarō san
ctū dn̄i. Aperta est terra ⁊ deglutiuit dathan. ⁊
opuit sup cōgregationē abirō. Et exarsit ignis
in synagoga coꝝ: flāma ꝯbussit peccatores. Et
fecerūt vitulū in oreb: ⁊ adorauerunt sculptile.
Et mutauerūt gloriā suā in similitudinē vituli
comedentis fenū. Obliti sunt deū qui saluauit
eos: qui fecit magnalia in egypto mirabilia in
terra cham: terribilia i mari rubro. Et dixit vt
disperderet eos: si non moyses electus eius ste
tisset in ꝯfractiōe in cōspectu eiꝰ. Vt auerteret
irā eius ne disꝑderet eos. ⁊ ꝓ nihilo habuerūt
terrā desiderabilē. Nō crediderūt verbo eius
⁊ murmurauerūt i tabernaculis suis: nō exau
dierūt vocē dn̄i. Et eleuauit manū suā sup eos
vt ꝓsterneret eos in deserto. Et vt deijceret se
men coꝝ in natiōibus ⁊ disꝑgeret eos in regio
nibꝰ. Et initiati sūt beelphegor: ⁊ comederunt
sacrificia mortuoꝝ. Et irritauerūt eū i adinuen
tiōibꝰ suis. ⁊ multiplicata ē in eis ruina. Et ste
tit finees ⁊ placuit: ⁊ cessauit quassatio. Et repu
tatū est ei in iusticiā: in generationē ⁊ generati
onē vsqꝫ in sempiternū. Et irritauerūt eum ad
aquas cōtradictionis: ⁊ vexatus est moyses ꝓ
pter eos: qr exacerbauerūt spm̄ eiꝰ. Et distinxit
in labijs suis: nō disꝑdiderūt gētes quas dixit
dn̄s deꝰ illis. Et cōmixti sūt inter gētes: ⁊ didi
cerūt opa coꝝ ⁊ seruierunt sculptilibꝰ coꝝ: ⁊ fa
ctū ē illis in scandalū. Et imolauerunt filios su
os ⁊ filias suas: demonijs. Et effuderūt sāgui
nē innocentē sanguinē filioꝝ suoꝝ ⁊ filiarū su
arū: quas sacrificauerūt sculptilibus chanaan.
Et interfecta est terra in sanguinibus: ⁊ cōtami
nata ē in opibꝰ coꝝ: ⁊ fornicati sūt in adinuenti
onibus suis. Et iratus ē furore dn̄s in populū
suū: ⁊ abhominatꝰ ē hereditatē suā. Et tradidit
eos in manꝰ gentiū: ⁊ dn̄ati sunt coꝝ q oderunt
eos. Et tribulauerunt eos inimici eorum ⁊ hu/
miliati sunt sub manibꝰ coꝝ: sepe liberabit eos.
Ipsi aūt exacerbauerūt eū in consilio suo: ⁊ hu
miliati sūt in iniqtatibꝰ suis. Et vidit cū tribula
rent̄: ⁊ audiuit orationē coꝝ. Et memor fuit te/
stamenti sui: ⁊ penituit eū ꝺm multitudinē mie
sue. Et dedit eos i mias: in cōspectu oium q ce
perāt eos. Saluos fac nos dn̄e deꝰ nr̄. ⁊ cōgre
ga nos de natiōibꝰ. Et cōfiteamur noī scō tuo
⁊ gloriemur in laude tua. Benedictꝰ dn̄s deus
israel a seculo ⁊ vsqꝫ in seculū: ⁊ dicet ois ppl̄s
fiat fiat. ¶ Alla. CVI

C c Onfitemini dn̄o qm̄ bonus: qm̄ in se/
culū mia eius. Dicāt qui redempti sunt
a dn̄o: quos redemit de manu inimici
de regionibꝰ cōgregauit eos. A solis ortu ⁊ oc
casu: ab aquilone ⁊ mari. Errauerunt in solitu
dine in inaquoso: viā ciuitatis habitaculi nō in
uenerūt. Esurientes ⁊ sitientes: aia coꝝ i ipsis
defecit. Et clamauerūt ad dn̄m cū tribularent̄:
⁊ de necessitatibus coꝝ eripuit eos. Et deduxit
eos in viā rectam: vt irent in ciuitatē habitatio
nis. Confiteant̄ domino mie eius: ⁊ mirabilia
eius filijs hominū. Quia satiauit animā inanē
⁊ animā esurientē satiauit bonis. Sedētes i te
nebris ⁊ in vmbra mortis: vinctos in mendici
tate ⁊ ferro. Quia exacerbauerunt eloquia dei
⁊ consiliū altissimi irritauerūt. Et humiliatū est
in laboribꝰ cor eoꝝ: ⁊ infirmati sūt nec fuit qui
adiuuaret. Et clamauerūt ad dominū cū tribu
larent̄: ⁊ de necessitatibꝰ eoꝝ liberauit eos. Et
eduxit eos de tenebris ⁊ vmbra mortis: ⁊ vin/
cula eoꝝ dirupuit. Confiteant̄ dn̄o mie eius: et
mirabilia eiꝰ filijs hominū. Quia cōtriuit por/
tas ereas: ⁊ vectes ferreos cōfregit. Suscepit
eos de via iniquitatis eoꝝ: ꝓpt iniusticias eni
suas humiliati sūt. Oēm escaꝫ abhominata est
aia eoꝝ. ⁊ appropinquauerunt vsqꝫ ad portas
mortis. Et clamauerūt ad dn̄m cū tribularent̄
⁊ de necessitatibꝰ eoꝝ liberauit eos. Misit ver
bū suū ⁊ sanauit eos: ⁊ eripuit eos de interitiōi
bꝰ eoꝝ. Cōfiteant̄ dn̄o mie eiꝰ: ⁊ mirabilia eiꝰ
filijs hominuꝫ. Et sacrificent sacrificiū laudis.
⁊ annūcient opera eiꝰ in exultatiōe. Qui descē

dunt mare in nauibus: faciētes opationē̄z i aq̄s
multis. Ipsi viderūt opa dn̄i: ⁊ mirabilia ei⁹ in
ꝓfundo. Dixit ⁊ stetit spiritus ꝓcelle: ⁊ exaltati
sunt fluctus eius. Ascēdunt vsq̄ʒ ad celos ⁊ de/
scēdunt vsq̄ʒ ad abyssos: aia eoꝝ in malis tabe/
scebat. Turbati sunt ⁊ moti sunt: sicut ebrius: ⁊
ōis sapiā eorū deuorata est. Et clamauerunt ad
dn̄m cum tribularent̄: ⁊ de necessitatibus eorūʒ
eduxit eos. Et statuit ꝓcellam eius in aurā: ⁊ si
luerunt fluctus eius. Et letati sunt q̄ꝛ siluerūt: ⁊
deduxit eos in portum volūtatis eoꝝ. Cōfitean
tur dn̄o mīsicordia ei⁹: ⁊ mirabilia ei⁹ filijs hōi
nuʒ. Et exaltēt eū in ecclesia plebis ⁊ i cathedra
senioꝝ laudēt eū. Posuit flumia i desertuʒ: ⁊ exi
tus aquaꝝ i sitim. Terrā fructiferā i salsuginem
a malitia inhitantiū in ea. Posuit desertū in sta
gna aquaꝝ: ⁊ t̄ram sine aq̄ in exitus aq̄ꝝ. Et col
locauit illic esuriētes: ⁊ ꝯstituerunt ciuitateʒ ha/
bitatiōis. Et seminauerūt agros ⁊ plātauerunt
vineas: ⁊ fecerunt fructū natiuitatis. Et benedi
xit eis ⁊ multiplicati sunt nimis: ⁊ iumenta eoꝝ
non minorauit. Et pauci facti sunt: ⁊ vexati sūt
a tribulatione malorum ⁊ dolore. Effusa est cō/
tentio super p̄ncipes: ⁊ errare fecit eos in inuio
⁊ non in via. Et adiuuit pauperē ď inopia: ⁊ po
suit sicut oues familias. Videbunt recti ⁊ leta/
bunt̄: ⁊ ōis iniq̄tas oppilabit os suuʒ. Quis sa
piens ⁊ custodiet hec: ⁊ intelliget mias domini.

¶ Canticum psalmi. dd̄. CVII

P Aratū cor meū deus paratum cor meuʒ
cantabo ⁊ psallam in gloria mea. Exur
ge psalterium ⁊ cithara: exurgam dilu/
culo. Confitebor tibi in populis dn̄e: ⁊ psallam
tibi in nationibus. Qui magna est super celos
mia tua: ⁊ vsq̄ʒ ad nubes veritas tua. Exaltare
sup̄ celos deus: ⁊ super oēm terrā gloria tua: vt
liberent̄ dilecti tui. Saluum fac dextera tua ⁊ ex
audi me: deus locutus est in scō suo. Exultabo
⁊ diuidam sichimā: ⁊ cōuallē tabernaculoruʒ di
metiar. Meus est galaad ⁊ meus est manasses
⁊ ephraim susceptio capitis mei. Iuda rex me/
us: moab lebes spei mee. In idumeam exten/
dam calciamentum meum: mihi alienigene ami
ci facti sunt. Quis deducet me in ciuitatem mu/
nitam: quis deducet me vsq̄ʒ in idumeam. Nō
ne tu deus qui repulisti nos: ⁊ non exibis deus
in virtutibus nr̄is. Da nobis auxiliū de tribula
tione, q̄ꝛ vana salus hōis. In deo faciemus vir
tutē: ⁊ ipse ad nihilū deducet inimicos nostros.

¶ In finem ps. dd̄. CVIII.

D Eus laudē meam ne tacueris: quia os
pctōris ⁊ os dolosi super me apertū est.
Locuti sunt aduersum me lingua dolosa ⁊ ser/
monib⁹ odij circundederunt me ⁊ expugnaue
runt me gratis. Pro eo vt me diligerēt detra
hebant mihi: ego autem orabam. Et posuerūt
aduersum me mala ꝓ bonis: ⁊ odiū ꝓ dilectio
ne mea. Constitue super eū peccatorē: ⁊ diabo
lus stet a dextris ei⁹. Cū iudicat̄ exeat condem
nat⁹: ⁊ oratio ei⁹ fiat in peccatuʒ. Fiant dies ei⁹
pauci: ⁊ episcopatū ei⁹ accipiat alter. Fiant filij
ei⁹ orphani ⁊ vxor ei⁹ vidua. Nutantes trāsfe/
rant̄ filij ei⁹ ⁊ mendicent: eijciant̄ de habitatio/
nib⁹ suis. Scrutet̄ fenerator omnē substantiaʒ
ei⁹: ⁊ diripiant alieni labores eius. Non sit illi
adiutor: nec sit qui misereat̄ pupillis ei⁹. Fiant
nati eius in interitū: in generatione vna deleat̄
nomen eius. In memoriā redeat iniquitas pa
trū ei⁹ in conspectu dn̄i: ⁊ peccatū matris ei⁹ nō
deleatur. Fiant contra dn̄m semper. ⁊ disperē
at de terra memoria eoꝝ. ꝓ eo homo non est re
cordat⁹ facere miaʒ. Et persecut⁹ est hoīeʒ ino
pē ⁊ mendicū ⁊ ꝯpunctū corde mortificare. Et
dilexit maledictionē ⁊ veniet ei. ⁊ noluit bene/
dictionē ⁊ elongabit̄ ab eo. Et induit maledi/
ctionē sicut vestimentū. ⁊ intrauit sicut aqua in
interiora eius. ⁊ sicut oleū in ossib⁹ ei⁹. Fiat ei
sicut vestimentū quo operit̄. ⁊ sicut ȝona q̄ sem
per precingit̄. Hoc opus eorum qui detrahūt
mihi apud dominū. ⁊ qui loquunt̄ mala aduer
sus animā meā. Et tu dn̄e dn̄e fac mecū ꝓpter
nomen tuum. quia suauis est misericordia tua.
Libera me quia egenus ⁊ pauper ego sū. ⁊ cor
meū conturbatū est intra me. Sicut vmbra cuʒ
declinat ablatus sū. ⁊ excussus sū sicut locuste.
Genua mea infirmata sunt a ieiunio. et caro
mea imutata est propter oleū. Et ego factus sū
opprobriū illis. viderunt me ⁊ mouerunt capi
ta sua. Adiuua me dn̄e deus meus. saluuʒ me
fac propter misericordiā tuā. Et scient quia ma
nus tua hec. ⁊ tu domine fecisti eā. Maledicēt
illi. ⁊ tu benedices. qui insurgunt i me confun/
dant̄. seruus autē tuus letabit̄. Induant̄ qui
detrahunt mihi pudore. ⁊ operiant̄ sicut diploi
de confusione sua. Confitebor domino nimis
in ore meo. ⁊ in medio multoꝝ laudabo eum.
Quia astitit a a dextris pauperis. vt saluā face
ret a persequentibus animā meā.

¶ ps dd̄. CIX

D Ixit dominus dn̄o meo: sede a de/
xtris meis. Donec ponā inimicos
tuos: scabellū pedū tuoꝝ. Virgam
virtutis tue emittet dominus ex sy
on: dominare in medio inimicoꝝ tuoꝝ. Tecū

principiũ in die virtutis tue in splendoribꝰ sanctorũ: ex vtero ante luciferũ genui te. Iurauit dominꝰ ⁊ non penitebit eũ: tu es sacerdos in eternũ ſm ordinẽ melchisedech. Dominus a dextris tuis: cõfregit in die ire sue reges. Iudicabit in nationibus iplebit ruinas: cõquassabit capita in terra multoꝝ. De torrẽte in via bibet: ꝑpterea exaltauit caput.

¶ Alleluia. LX

110 Confitebor tibi dñe in toto corde meo: in consilio iustoꝝ ⁊ congregatiõe. Magna opera domini: exquisita in omnes volũtates eius. Confessio ⁊ magnificentia opꝰ eius: ⁊ iusticia eius manet in seculũ seculi. Memoriã fecit mirabiliũ suoꝝ misericors ⁊ miserator dñs: escã dedit timentibus se. Memor erit in seculũ testamenti sui: virtutẽ operũ suoꝝ annunciabit populo suo. Vt det illis hereditatem gentiũ: opera manuũ eius veritas ⁊ iudicium. Fidelia omnia mandata eius: confirmata in seculũ seculi: facta in veritate ⁊ equitate. Redemptionem misit dñs populo suo: mandauit i eternũ testamentũ suũ. Sanctũ ⁊ terribile nomen eius: initiũ sapientie timor dñi: Intellectus bonus omnibus facientibꝰ eũ: laudatio eiꝰ manet in seculũ seculi. ¶ Alla. LXI

Beatus vir qui timet dominũ: in mandatis eius volet nimis. Potẽs in terra erit semen eius: generatio rectoꝝ benedicet. Gloria ⁊ diuitie in domo eius: ⁊ iusticia eius manet in seculũ seculi. Exortũ est in tenebris lumen rectis: misericors ⁊ miserator et iustus. Iocũdus homo qui miseret ⁊ ꝯmodat disponit sermones suos in iudicio: quia in eternũ non cõmouebit. In memoria eterna erit iustus ab auditione mala non timebit. Paratũ cor eius sperare in domino: confirmatũ est cor eius nõ cõmouebit donec despiciat inimicos suos. Dispersit dedit pauperibus iusticia eiꝰ manet in seculũ seculi: cornu eiꝰ exaltabit in gloria. Peccator videbit ⁊ irascet: dentibꝰ suis fremet ⁊ tabescet: desideriũ peccatoꝝ peribit.

¶ Alleluia. LXII

Laudate pueri dñm: laudate nomẽ domini. Sit nomẽ dñi benedictũ: ex hoc nunc ⁊ vsq3 in seculũ. A solis ortu vsq3 ad occasũ: laudabile nomẽ dñi. Excelsus super omnes gentes dñs ⁊: super celos gloria eiꝰ. Quis sicut dñs deus noster: qui in altis habitat. ⁊ humilia respicit i celo ⁊ in terra. Suscitãs a terra inopẽ: ⁊ de stercore erigens pauperem. Vt collocet eũ cũ principibus: cũ principibꝰ populi sui. Qui habitare facit sterilẽ in domo matrẽ filioꝝ letantẽ. ¶ Alla. LXIII

In exitu israel d egypto: domus iacob d populo barbaro. Facta est iudea sanctificatio eius: israel potestas eiꝰ. Mare vidit ⁊ fugit: iordanis conuersus est retrorsũ. Montes exultauerunt vt arietes. ⁊ colles sicut agni ouiũ. Quid est tibi mare q fugisti: ⁊ tu iordanis quia conuersus est retrorsũ. Montes exultastis vt arietes. ⁊ colles sicut agni ouium. A facie dñi mota est terra: a facie dei iacob Qui conuertit petrã in stagna aquaꝝ: ⁊ rupes in fontes aquaꝝ. Non nobis dñe non nobis: sed nomini tuo da gloriã. Super misericordia tua ⁊ veritate tua: ne qñ dicant gentes vbi ẽ deus eoꝝ. Deus aũt noster in celo: omnia quecũq3 voluit fecit. Simulacra gentiũ argentũ ⁊ aurũ: opera manuũ hominũ. Os habent ⁊ nõ loquent: oculos habent ⁊ non videbunt. Aures habent ⁊ non audient: nares habent ⁊ nõ odorabũt. Manus habent ⁊ non palpabũt: pedes habent ⁊ non ambulabũt: non clamabũt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciũt ea. ⁊ omnes qui confidunt in eis. Domus israel sperauit in domino: adiutor eoꝝ ⁊ protector eoꝝ est. Domus aaron sperauit in dño: adiutor eoꝝ ⁊ ꝓtector eoꝝ est. Qui timent dñm sperauerunt in domino: adiutor eoꝝ ⁊ ꝓtector eoꝝ ẽ. Dominus memor fuit nostri. ⁊ benedixit nobis. Benedixit domui israel: bñdixit domui aarõ. Benedixit omnibus qui timent dñm. pusillis cũ maioribus. Adiiciat dñs super vos: super vos ⁊ sup filios vestros. Benedicti vos a domino: qui fecit celũ ⁊ terrm. Celũ celi dño: terrã autem dedit filiis hominũ. Non mortui laudabũt te dñe. neq3 oẽs qui descẽdũt in infernũ Sed nos qui viuimus benedicimus dño: ex hoc nũc ⁊ vsq3 in seculũ. ¶ Alla. LXIIII

Dilexi: qm exaudiet dñs vocem orationis mee. Quia inclinauit aurem suã mihi. ⁊ in diebus meis inuocabo. Circũdederũt me dolores mortis: ⁊ pericula inferni inuenerũt me. Tribulationẽ ⁊ dolorẽ inueni. ⁊ nomen domini inuocaui. O domine libera animã meã: misericors dñs ⁊ iustus. ⁊ deus noster miseret. Custodiens paruulos dominus: humiliatus sum ⁊ liberauit me. Conuertere anima mea in requiẽ tuã: quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animã meã de morte: oculos meos a lachrymis pedes meos a lapsu. Placebo domino in regione viuoꝝ. ¶ Ps. LXV

CRedidi ꝓpter qđ locutus sū: ego autē humiliatus sum nimis. Ego dixi in ex/cessu meo: oīs homo mendax. Quid re tribuā dño: pro omnibꝰ que retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam ꝛ nomē dñi inuocabo Uota mea dño reddam corā omni populo eiꝰ. preciosa in conspectu dñi mors sanctoꝝ eius. O dñe quia ego seruus tuus: ego seruus tuus ꝛ filiꝰ ancille tue. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiā laudis. ꝛ nomē dñi inuoca/bo. Uota mea dño reddā in conspectu oīs po/puli eius in atrijs domus domini in medio tui hierusalem. ¶ Alleluia. LXVI

LAudate dominū omnes gentes: lauda te eū oēs populi. Qm̄ cōfirmata ē sup nos misericordia eiꝰ. ꝛ veritas domini manet in eternū. ¶ Alleluia. LXVII

COnfitemini dño qm̄ bonꝰ: qm̄ in secu/lū mia eiꝰ. Dicat nūc isrl' qm̄ bonꝰ: qm̄ in seculū mia eius. Dicat nunc domus aaron qm̄ bonꝰ: qm̄ in seculū mia eiꝰ. Dicant nūc qui timent dñm: qm̄ in seculū misericordia eiꝰ. De tribulatione inuocaui dñm ꝛ exaudiuit me in latitudine dñs. Dñs mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo. Dñs mihi ad/iutor. ꝛ ego despiciā inimicos meos. Bonum est confidere in domino: q̄ȝ confidere in homi/ne. Bonū ē sperare in dño. q̄ȝ sperare in pnci/pibus. O ēs gētes circuierūt me. ꝛ in noīe dñi qꝛ vltus sū in eos. Circūdantes circūdederunt me. ꝛ in noīe dñi quia vltus sū in eos. Circun/dederūt me sicut apes ꝛ exarserūt sicut ignis in spinis. ꝛ in nomine dñi quia vltus sum in eos Impulsus euersus sum vt caderem. ꝛ dominꝰ suscepit me. Fortitudo mea ꝛ laus mea dominꝰ ꝛ factus est mihi in salutē. Uox exultationis ꝛ salutis: in tabernaculis iustoꝝ. Dextera domi/ni fecit virtutē: dextera dñi exaltauit me: dexte/ra dñi fecit virtutē. Non moriar sed viuam et narrabo opera dñi. Castigās castigauit me do/minus: ꝛ morti non tradidit me. Aperite mihi portas iusticie ingressus in eas confitebor dño hec porta domini: iusti intrabūt in eā. Confite/bor tibi quoniaȝ exaudisti me: ꝛ factus es mihi in salutē. Lapidē quē reprobauerūt edifican/tes: hic factus est in caput anguli. A domino fa/ctum est istud: ꝛ est mirabile in oculis nostris. Hec est dies quam fecit dominꝰ: exultemus ꝛ letemur in ea. O domine saluū me fac: o domi/ne bene prosperare: benedictus qui venit in no/mine dñi. Benediximus vobis de domo do/mini: deus dominꝰ ꝛ illuxit nobis. Constituite diē solennē in condensis: vsq̄ ad cornu alta/ris. Deus meus es tu ꝛ confitebor tibi: deus meus es tu ꝛ exaltabo te. Confitebor tibi quo/niā exaudisti me: ꝛ factus es mihi in salutem. Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in seculū mi/sericordia eius. ¶ Alleluia. LXVIII

BEati immaculati in via: qui ambulant in lege domini. Beati qui scrutant̄ testi/monia eius: in toto corde exquirūt eū. Nō eni qui operantur iniqtatē: in vijs eiꝰ am/bulauerunt. Tu mandasti mādata tua custodi/ri nimis. Utinā dirigantur vie mee: ad custo/diendas iustificationes tuas. Tunc non cōfun/dar: cū perspexero in omnibꝰ mandatis tuis. Confitebor tibi in directione cordis: in eo q̄ didici iudicia iusticie tue iustificationes tuas cu/stodiam: non me derelinquas vsq̄quaq̄.

IN quo corrigit ado/ LXVIIII lescentior viam suam: in custodiendo sermones tuos. In toto corde meo ex/quisiui te: ne repellas me a mandatis tuis. In corde meo abscondi eloquia tua vt non peccem tibi. Benedictus es domine: doce me iustifica/tiones tuas. In labijs meis: pronunciaui om/nia iudicia oris tui. In via testimonioꝝ tuo/rum delectatus sum: sicut in omnibus diuitijs In mandatis tuis exercebor: et considerabo vias tuas. In iustificationibus tuis medita/bor: non obliuiscar sermones tuos.

REtribue seruo tuo: LXX viuifica me ꝛ custodiam sermones tu/os. Reuela oculos meos: et considera/rabo mirabilia de lege tua. Incola ego sum in terra: non abscondas a me mandata tua Concupiuit anima mea desiderare iustificatio/nes tuas: in omni tempore. Increpasti super/bos maledicti qui declinant a mandatis tuis. Aufer a me opprobrium et contemptum: quia testimonia tua exquisiui. Etenim sederunt prin/cipes ꝛ aduersum me loquebantur seruus autē tuus exercebatur in iustistificationibꝰ tuis. Nā ꝛ testimonia tua meditatio mea est: ꝛ consilium meū iustificationes tue. LXXI

ADhesit pauimento anima mea: viuifi/ca me scđm verbum tuuȝ. Uias meas enunciaui ꝛ exaudisti me: doce me iu/stificationes tuas. Uiam iustificationum tua/rum instrue me: et exercebor in mirabilibꝰ tuis Dormitauit anima mea pre tedio confirma me in verbis tuis. Uiā iniquitatis amoue a me: et de lege tua miserere mei Uiā veritatis elegi iu/dicia tua non sū oblitus. Adhesi testimonijs

tuis domine: noli me confundere. Viam man datorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meū

LXXII

Legem pone mihi domine viam iustificationū tuarum: ⁊ exquiram eā semper. Da mihi intellectū ⁊ scrutabor legem tuam ⁊ custodiam illaꝫ in toto corde meo. Deduc me in semita mandatorum tuorū: quia ipsum volui. Inclina cor meū in testimonia tua: ⁊ non in auaritiam. Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. Statue seruo tuo eloquium tuum: in timore tuo. Amputa opprobrium meū quod suspicatus sum: quia iudicia tua iocunda. Ecce concupiui mandata tua: in equitate tua viuifica me.

CXXIII

Et veniat super me misericordia tua domine: salutare tuum scd̄m eloquiū tuūꝫ Et respondebo exprobrantibus mihi verbum: quia speraui in sermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo verbū veritatis vsqꝫquaqꝫ: quia in iudicijs tuis supersperaui. Et custodiaꝫ legē tuā semper: in seculū ⁊ in seculū seculi Et ambulabaꝫ in latitudine: quia mandata exquisiui. Et loquebar in testimonijs tuis in conspectu regum. ⁊ non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis: que dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua que dilexi. ⁊ exercebor in iustificationibus tuis.

LXXIIII

Memor esto verbi tui seruo tuo. in quo mihi spem dedisti. Hec me consolata est in humilitate mea. quia eloquium tuum viuificauit me. Superbi inique agebant vsquequaqꝫ. a lege autem tua non declinaui. Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine. ⁊ consolatus sum. Defectio tenuit me. pro peccatoribus derelinquentibus legē tuā. Cantabiles mihi erant iustificationes tue. in loco peregrinationes mee. Memor fui nocte nominis tui domine. et custodiui legem tuam. Hec facta est mihi. quia iustificationes tuas exquisiui.

LXXV

Portio mea domine. dixi custodire legem tuam. Deprecatus sum faciēꝫ tuam in toto corde meo. miserere mei s̄m eloquiū tuum. Cogitaui vias meas. et conuerti pedes meos in testimonia tua. Paratus sūꝫ ⁊ non sum turbatus. vt custodiaꝫ mandata tua Funes peccatorum circunplexi sunt me. et legem tuam non sum oblitus. Media nocte surgebam ad confitendū tibi super iudicia iustificationis tue. Particeps ego sum omniū timentium te. ⁊ custodientiū mandata tua. Misericordia tua dn̄e plena ē terra. iustificatiōes tuas doce me.

LXXVI

Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine scd̄m verbū tuum. Bonitatē ⁊ disciplinam ⁊ scientiā doce me. quia in mandatis tuis credidi. Priusqꝫ humiliarer ego deliqui: propterea eloquiū tuum custodiui. Bonus es tu. ⁊ in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Multiplicata est super me iniquitas superborū. ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Coagulatū est sicut lac cor eorū: ego vero legem tuam meditatus sū. Bonum mihi quia humiliasti me: vt discam iustificationes tuas. Bonū mihi lex oris tui. sup milia auri ⁊ argenti.

CXXVII

Manus tue fecerunt me ⁊ plasmauerunt me. da mihi intellectū vt discam mandata tua. Qui timent te videbunt me ⁊ letabunt. quia in verba tua supersperaui. Cognoui domine quia equitas iudicia tua. ⁊ in veritate tua humiliasti me Fiat misericordia tua vt consoletur me. scd̄m eloquiū tuūꝫ seruo tuo Veniant mihi miserationes tue ⁊ viuam. quia lex tua meditatio mea est. Confundant superbi quia iniuste iniquitatem fecerunt in me. ego aūt exercebor in mandatis tuis. Conuertātur mihi timentes te. ⁊ qui nouerūt testimonia tua Fiat cor meum imaculatū in iustificationibus tuis. vt non cōfūdar.

LXXVIII

Defecit in salutare tuū anima mea. et in verbū tuū supsperaui Defecerūt oculi mei in eloquiū tuū. dicētes qn̄ ꝯsolaberis me. Quia factus sū sicut vter in pruina iustificationes tuas non sum oblitus. Quot sūt dies serui tui. quando facies de persequentibus me iudiciū. Narrauerūt mihi iniqui fabulationes. sed non vt lex tua. Omnia mandata tua veritas. iniq̄ psecuti sūt me adiuua me. Paulominus cōsūmauerūt me in terra. ego aūt nō dereliq̄ mandata tua. Scd̄m miaꝫ tuā viuifica me. ⁊ custodiā testimonia oris tui.

LXXIX

In eternū dn̄e. verbū tuū permanet in celo. In generatione et generationem veritas tua. fundasti terrā ⁊ permanet Ordinatione tua perseuerat dies. qm̄ omnia seruiunt tibi. Nisi q̄ lex tua meditatio mea est. tunc forte perissem in humilitate mea. In eternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego saluum me fac. quoniam iustificationes tuas exquisiui Me expectauerunt pctōres vt pderent me. testimonia tua intellexi. Omnis ꝯsūmatiōis vi

130

difinē: latū mandatū tuū nimis. CXXX

Quomodo dilexi legē tuam dñe tota die
meditatio mea ē. Super inimicos meos
prudentē me fecisti mandato tuo: qꝛ in
eternuȝ mihi ē. Sup oēs docētes me intellexi.
qꝛ testimonia tua meditatio mea ē. Sup senes
intellexi: qꝛ mandata tua q̄siui. Ab oi via mala
ꝓhibui pedes meos: vt custodiaȝ ꝟba tua. A
iudicijs tuis non declinaui: qꝛ tu legē posuisti
mihi. Quā dulcia faucib⁹ meis eloq̄a tua super
mel ori meo. A mādatis tuis intellexi ꝓpterea
odiui oēm viā iniq̄tatis. CXXXI

Lucerna pedib⁹ meis verbū tuū. ⁊ lu/
men semitis meis. Juraui. ⁊ statui cu/
stodire iudicia iusticie tue. Humiliat⁹
sū vsq̄quaq̄ dñe: viuifica me scd̄m verbū tuū
Volūtaria oris mei beneplacita fac domine. ⁊
iudicia tua doce me. Aīa mea in manib⁹ meis
semper. ⁊ legē tuā non sū oblitus. Posuerunt
peccatores laqueū mihi. ⁊ de mandatis tuis nō
erraui. Hereditate acq̄siui testimōia tua i eter
nū: quia exultatio cordis mei sūt. Inclinaui cor
meū ad faciendas iustificatiōes tuas in eternū
ꝓpter retributionē. CXXXII

Iniquos odio habui. ⁊ legē tuā dilexi
Adiutor ⁊ susceptor me⁹ es tu. ⁊ i ꝟbū
tuū supsperaui. Decliate a me maligni
⁊ scrutabor mandata dei mei. Suscipe me sm̄
eloquiū tuū ⁊ viuā. et non confundas me ab/
expectatione mea. Adiuua me ⁊ saluus ero. et
meditabor in iustificationibus tuis sp̄. Spreui
sti omnes discedentes a iudicijs tuis: qꝛ iniu/
sta cogitatio eorū Preuaricantes reputaui om
nes peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua
Cōfige timore tuo carnes meas: a iudicijs eni
tuis timui. CXXXIII

Feci iudiciū ⁊ iusticiam: non tradas me
calūniantib⁹ me. Suscipe seruū tuū in
bonū: non calūnient̄ me superbi. Ocu
li mei defecerunt in salutare tuū. ⁊ in eloquium
iusticie tue. Fac cuȝ seruo tuo scd̄m misericor/
diam tuā. ⁊ iustificationes tuas doce me. Ser/
uus tuus sum ego: da mihi intellectuȝ vt sci/
am testimonia tua. Tempus faciendi domine
dissipauerunt legem tuā. Ideo dilexi mandata
tua: super aurū ⁊ topaçion. Propterea ad oia
mandata tua dirigebar: omnem viam iniquaȝ
odio habui. CXXXIIII

Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata
est ea anima mea. Declaratio sermonū
tuorum illuminat: ⁊ intellectuȝ dat par
uulis. Os meū aperui ⁊ attraxi spiritū: qꝛ man
data tua desiderabam. Aspice in me ⁊ miserere
mei: scd̄m iudiciū diligentiū nomen tuū. Gres
sus meos dirige scd̄m eloquiū tuum. ⁊ non do
minet̄ mei omnis iniusticia. Redime me a calū
nijs hoiuȝ: vt costodiā mādata tua. Faciē tuaȝ
illumina super seruū tuū. ⁊ doce me iustificatio
nes tuas. Exit⁹ aquaꝝ deduxerūt oculi mei: qꝛ
nō custodierūt legē tuā. CXXXV

Iustus es dñe. ⁊ rectum iudiciū tuum.
Mandasti iusticiam testimonia tua: et
veritatē tuam nimis. Tabescere me fe
cit çelus: quia obliti sunt verba tua inimici mei
Ignitum eloquiū tuum vehementer: ⁊ seruus
tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego et
contemptus: iustificationes tuas non sū obli/
tus. Justicia tua iusticia in eternū. ⁊ lex tua ve/
ritas. Tribulatio ⁊ angustia inuenerunt me:
mandata tua meditatio mea est. Equitas te/
stimonia tua in eternum: intellectum da mihi ⁊
viuam. CXXXVI

Clamaui in toto corde exaudi me domi
ne iustificationes tuas requirā. Clama
ui ad te ⁊ saluū me fac: vt custodiā man
data tua. Preueni in maturitate ⁊ clamaui: qꝛ
in verba tua supersperaui. Preuenerunt ocu
li mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua
Vocem meā audi scd̄m misericordiā tuam do
mine: ⁊ scd̄m iudiciū tuū viuifica me. Appro/
pinquauerūt persequētes me iniquitati: a lege
autē tua longe facti sunt. Prope es tu domine
⁊ oēs vie tue veritas. Initio cognoui de testi/
monijs tuis: qꝛ i etnū fūdasti ea CXXXVII

Vide hūilitatē meā ⁊ eripe me: qꝛ legem
tuā nō sum oblit⁹. Judica iudiciū meū
⁊ redime me. ꝓpt eloquiū tuū viuifica
me. Longe a peccatorib⁹ salus. qꝛ iustificatio/
nes tuas nō exquisierūt. Misericordie tue mul
te domine. scd̄m iudiciū tuū viuifica me. Mul
ti qui persequunt̄ me ⁊ tribulant me. a testimo/
nijs tuis non declinaui. Vidi preuaricantes ⁊
tabescebā: qꝛ eloquia tua nō custodierūt. Vidi
qm̄ mandata tua dilexi dñe. in mia tua viuifica
me. Principiū verboꝝ tuoꝝ veritas in eter/
nū oia iudicia iusticie tue. CXXXVIII

Principes ꝑsecuti sunt me gratis. et a
verbis tuis formidauit cor meum. Le/
tabor ego sup eloq̄a tua. sicut qui inue/
nit spolia multa. Iniquitatē odio habui ⁊ abho
minat⁹ sū. legē aūt tuā dilexi. Septies in die lau
dem dixi tibi. sup iudicia iusticie tue. Pax mul
ta diligētibus legē tuā. ⁊ non est illis scandalū.
Expectabaȝ salutare tuum dñe. ⁊ mandata tua

dileri. Custodiuit anima mea testimonia tua. et dilerit ea vehementer. Seruaui mandata tua et testimonia tua. quia omnes vie mee in conspectu tuo. CXXXIX

Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo dñe. iuxta eloquium tuū da mihi intellectū. Intret postulatio mea in conspectu tuo. scdm eloquiū tuum eripe me. Eructabunt labia mea hymnū. cū docueris me iustificationes tuas. Pronūciabit lingua mea eloquiū tuum. qr omnia mandata tua equitas. Fiat manus tua vt saluet me. qm̄ mādata tua elegi. Concupiui salutare tuū dñe. et lex tua meditatio mea ē. Viuet aīa mea et laudabit te. et iudicia tua adiuuabūt me. Erraui sicut ouis q̄ periit. qre seruū tuū qr mandata tua non sum oblitus. Canticū graduū. ps. CXXXX

Ad dominū cum tribularer clamaui: et exaudiuit me. Dñe libera animā meā a labijs iniqs. et a lingua dolosa. Quid detur tibi aut quid apponat tibi. ad linguam dolosam. Sagitte potentis acute. cum carbonibus desolatorijs. Heu mihi quia incolatus meus plongatus est. habitaui cū habitantibus cedar multū incola fuit aīa mea. Cū his q oderūt pacē erā pacificus. cū loqbar illis impugnabāt me gratis. Canticū grad. ps. CXXXXI

Leuaui oculos meos in montes. vnde veniet auxiliū mihi. Auxiliū meū a domino. q fecit celū et terrā. Nō det in cōmotionē pedē tuū. neqz dormitet q custodit te. Ecce non dormitabit neqz dormiet. q custodit israel. Dñs custodit te. dñs ptectio tua sup manū dexterā tuā. Per diē sol non vret te. neqz luna per noctē. Dñs custodit te ab oī malo. custodiat aīam tuā dñs. Dñs custodiat introitū tuū et exitū tuū. ex hoc nūc et vsqz in seculū. Canticū graduū ps. CXXXXII

Letatus sum in his que dicta sunt mihi in domū domini ibimus. Stantes erāt pedes nostri. in atrijs tuis hierusalem. Irlm que edificat vt ciuitas. cuius participatio eius in idipsum Illuc enim ascenderūt tribus trib⁹ dñi testimoniū isrl. ad confitendū nomini dñi. Quia illic sederūt sedes in iudicio. sedes super domū dauid. Rogate que ad pacem sūt hierusalem. et abūdātia diligentib⁹ te. Fiat pax in virtute tua. et abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos et proximos meos loquebar pacem de te. Propter domū dñi dei nostri. quesiui bona tibi. Canticū grad. CXXXXIII

Ad te leuaui oculos meos: qui habitas in celis. Ecce sicut oculi seruoꝝ. in manibus dominoꝝ suoꝝ. Sicut oculi ancille in manibus dñe sue. ita oculi nostri ad dominū deū nr̄m donec misereat nostri. Miserere nr̄i dñe miserere nr̄i. qr multū repleti sumus despectione. Quia multū repleta ē aīa nostra. opprobriū abūdantibus et despectio superbis. Canticū graduū dd. CXXXXIIII

Nisi quia dñs erat in nobis dicat nunc israel. nisi quia dñs erat in nobis. Cū exurgerent hoīes in nos. forte viuos deglutissent nos. Cū irasceret furor eoꝝ in nos forsitan aqua absorbuisset nos. Torrentem pertransiuit anima nostra. forsitan ptransisset anima nostra aquā intollerabilē. Benedictus dominus. qui nō dedit nos in captionē dentibus eoꝝ. Anima nostra sicut passer erepta ē. de laqueo venantiū. Laque⁹ cōtrit⁹ est. et nos liberati sumus. Adiutoriū nostrū in noīe dñi. q fecit celū et terrā. Cāticū grad. CXXXXV

Qui cōfidūt in dño sicut mons syon nō cōmouebit in eternū q habitat in irlm Montes in circuitu eius. et dñs in circuitu populi sui ex hoc nunc et vsqz in seculum. Quia nō derelinquet dñs virgā peccatoꝝ sup sortem iustoꝝ. vt nō extendāt iusti ad iniqtatē man⁹ suas. Benedic dñe bonis et rectis corde Declinātes aūt in obligatiōes adducet dñs cū operantibus iniqtatē. pax sup israel. Canticū graduū. CXXXXVI

In conuertendo dñs captiuitatē syon. facti sumus sicut consolati. Tunc repletum est gaudio os nostrū. et ligua nr̄a in exultatione. Tunc dicent inter gentes. magnificauit domin⁹ facere cū eis. Magnificauit dñs facere nobiscū. facti sumus letātes. Cōuerte dñe captiuitatem nostram. sicut torrens in austro. Qui seminat in lachrymis: in exultatione metent. Eūtes ibant et flebant. mittentes semina sua. Venientes aūt venient cū exultatiōe. portantes manipulos suos. Canticū graduū salomonis. CXXXXVII

Nisi dñs edificauerit domū: in vanum laborauerūt qui edificāt eā. Nisi dñs custodierit ciuitatem. frustra vigilat q custodit eam. Vanū ē vobis ante lucem surgē surgite postqz sederitis q māducatis panē doloris. Cum dederit dilectis suis somnū ecce hereditas dñi. filij merces fruct⁹ ventris. Sicut sagitte in manu potētis. ita filij excussoꝝ. Beatus vir qui impleuit desiderium suū ex ipsis nō

confundetur cũ loquetur inimicis suis in porta.

¶ Canticum graduũ. CXXXXVIII

BEati oẽs qui timẽt dñm: q ambulant in
vijs eius. Labores manuu₃ tuarũ quia
manducabis: btũs es ⁊ bene tibi erit.
Vxor tua sicut vitis abundãs: in lateribus do/
mus tue. Filij tui sicut nouelle oliuarum: in cir
cuitu mense tue. Ecce sic bñdicetur hõ: qui timet
dñm. Bñdicat tibi dñs ex syon. ⁊ videas bona
irlm oib⁹ dieb⁹ vite tue. Et videas filios filioꝝ
tuoꝝ: pacem super isrl. ¶ Canticum grad.

SEpe expugnauerũt me CXLIX.
a iuuentute mea: dicat nũc isrl. Sepe ex
pugnauerũt me a iuuentute mea: eteni₃
non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fa/
bricauerũt pctõres. ꝓlongauerũt iniqtatẽ suam
Dñs iustus ꝯcidet ceruices pctoꝝ: cõfundant
⁊ cõuertant retrorsum oẽs q oderũt syon. Fiãt
sicut fenu₃ tectoꝝ: quod priusq₃ euellat exaruit.
De quo nõ implebit manũ sua₃ q metet: ⁊ sinũ
suum q manipulos colliget. Et nõ dixerũt qui
preteribãt bñdictio dñi sup vos: bñdiximus vo
bis in noie dñi. ¶ Canticũ grad. CL.

150 DE ꝓfundis clamaui ad te dñe: domine
exaudi vocem meam. Fiãt aures tue i/
tendentes. in vocem depcationis mee.
Si iniqtates obseruaueris dñe: dñe quis susti/
nebit. Quia apud te ꝓpitiatio est: ⁊ ꝓpter legẽ
tuam sustinui te dñe. Sustinuit aïa mea in ꝟbo
eius: spauit aïa mea in dño. A custodia matutiã
vsq₃ ad noctem: speret israel in dño. Quia apd
dñm mĩa: ⁊ copiosa apud eum redemptio. Et
ipse redimet israel ex oibus iniquitatibus eius.

¶ Canticum graduum. CLI

DOmine nõ est exaltatũ cor meum: neq₃
elati sunt oculi mei. Neq₃ ambulaui in
magnis. neq₃ in mirabilibus super me
Si nõ hũilit sentiebam: sed exaltaui aïam mea₃
Sicut ablactatus est sup matrẽ suã: ita retribu/
tio in aïam meã. Speret isrl in dño: ex hoc nũc.
⁊ vsq₃ in seclm. Canticũ grad. CLII

MEmento dñe dauid: ⁊ omnis mansue/
tudinis eius. Sicut iurauit dño: votu₃
vouit deo iacob. Si introiero in taber/
naculum domus mee: si ascẽdero in lectũ strati
mei. Si dedero somnum oculis meis: ⁊ palpe/
bris meis dormitationẽ. Et requiem tẽporibus
meis: donec inueniam locũ dño: tabernaculum
deo iacob Ecce audiuimus eam in effrata: in/
uenimus eã in campis silue. Introibimus i ta/
bernaculum eius: adorabimus in loco vbi ste/
terunt pedes eius. Surge dñe in requiem tua₃:
tu ⁊ archa sanctificationis tue. Sacerdotes tui
induant iusticiã: ⁊ sancti tui exultent. Propter
dauid seruũ tuũ: nõ auertas faciem xpi tui. Iu
rauit dñs dauid veritatẽ ⁊ nõ frustrabit eũ: de
fructu ventris tui ponã super sedẽ tuã. Si cu/
stodierint filij tui testamentũ meũ: ⁊ testimonia
mea hec que docebo eos. Et filij eoꝝ vsq₃ in se
culũ: sedebunt super sedẽ tua₃. Quoniã elegit
dñs syon: elegit eã in habitationẽ sibi. Hec re
quies mea in seculũ seculi: hic habitabo quoniã
elegi eã. Viduã eius benedicens benedicam:
pauperes ei⁹ saturabo panib⁹. Sacerdotes ei⁹
induã salutari: ⁊ sancti eius exultatione exulta/
bũt. Illuc ꝓducã cornu dauid: paraui lucernã
xpo meo. Inimicos ei⁹ induã confusione: sup
ipm aũt efflorebit sanctificatio mea.

¶ Canticũ graduũ. CLIII

ECce q₃ bonũ ⁊ q₃ iocũdũ: habitare fra/
tres in vnũ. Sicut vnguentũ in capite
qd descẽdit in barbã barbã aarõ. Qd
descẽdit in orã vestimenti ei⁹: sicut ros hermõ
q descendit in montẽ syon. Qm̃ illic mãdauit
dñs benedictionẽ: ⁊ vitã vsq₃ in seculũ.

¶ Canticũ grad. CLIIII

ECce nũc benedicite dño: oẽs serui dñi.
Qui statis i domo dñi: i atrijs domus
dei nri. In noctib⁹ extollite man⁹ vras
in scã: ⁊ benedicite dñm. Benedicat te dñs ex
syon q fecit celũ ⁊ terrã. ¶ Alla. CLV

LAudate nomen domini: laudate serui
dñm. Qui statis in domo dñi: i atrijs
domus dei nostri. Laudate dñm q₃ bo
nus dñs: psallite nomini ei⁹ qm̃ suaue. Quoni
am iacob elegit sibi dñs israel in possessionẽ si/
bi. Quia ego cognoui ꝙ magn⁹ ẽ dñs: ⁊ deus
nr̃ p̃ oibus dijs. Oia quecũq₃ voluit dñs fecit
in celo ⁊ in terra: in mari ⁊ in omnib⁹ abyssis
Educens nubes ab extremo terre: fulgura in
pluuia₃ fecit. Qui ꝓducit ventos de thesauris
suis: qui percussit primogenita egypti ab homi
ne vsq₃ ad pecus. Et misit signa ⁊ ꝓdigia i me
dio tui egypte: in pharaonẽ ⁊ in omnes seruos
ei⁹. Qui percussit gentes multas. ⁊ occidit re/
ges fortes. Seon regẽ ãmorreoꝝ ⁊ og regem
basan: ⁊ oia regna chanaan. Et dedit terrã eo/
rũ hereditatẽ: hereditatẽ israel pplo suo. Dñe
nomen tuũ in eternũ: dñe memoriale tuum in
generatione ⁊ generationem. Quia iudicabit
dñs populũ suũ: ⁊ in seruis suis depcabit. Si/
mulacra gentiũ argentũ ⁊ aurũ: opera manuũ
hoium. Os habẽt ⁊ nõ loquent: oculos habẽt
⁊ nõ videbũt. Aures habent ⁊ nõ audiẽt: neq₃

enim est spūs in ore ipsorum. Similis illis fiant qui faciūt ea et oēs q cōfidunt in eis. Domus israhel bñdicite dño: domus aaron benedicite dño. Domus leui bñdicite dño: q timetis dñm bñdicite domino Benedictus dñs ex syon: q habitat in hierusalem. Alleluia. CLVI

Confitemini dño qm̄ bonus: qm̄ in sclm̄ mia eius. Cōfitemini deo deorum. qm̄. Confitemini dño dñorum. qm̄. Qui facit mirabilia magna solus. qm̄. Qui fecit celos in intellectu qm̄. Qui firmauit terrā super aquas qm̄. Qui fecit luminaria magna. qm̄. Solē in ptātē diei. qm̄. Lunā et stellas in potestatē noctis. qm̄. Qui percussit egyptū cū primogenitis eorum. qm̄. Qui eduxit israel de medio eorū. qm̄ In manu potenti et brachio excelso. qm̄. Qui diuisit mare rubrū in diuisiones. qm̄. Et eduxit israhel per mediū eius. qm̄. Et excussit pharaonē et virtutē eius in mari rubro. qm̄. Qui transduxit populū suū per desertum. qm̄. Qui percussit reges magnos. qm̄. Et occidit reges fortes. qm̄. Seon regem ammorreorum. qm̄. Et og regem basan. qm̄. Et dedit terrā eorum hereditatē. qm̄. Hereditatē israhel seruo suo. qm̄. Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: qm̄. Et redemit nos ab inimicis nostris. qm̄. Qui dat escam oī carni. qm̄. Confitemini deo celi. qm̄. Cōfitemini dño dñorum. qm̄ in eternum misericordia eius. ps. CLVII

Super flumina babylonis illic sedimus et fleuimus: dum recordaremur tui syō In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra. Quia illic interrogauerūt nos qui captiuos duxerunt nos: verba cantionum. Et qui adduxerunt nos: hymnū cantate nobis de canticis syon. Quomō cantabimus canticum dñi: in terra aliena? Si oblitus fuero tui hierusalē. obliuioni detur dextera mea. Adhereat lingua mea faucibus meis: si ñ meminero tui. Si non proposuero tui hierusalē. in principio leticie mee. Memor esto domine filiorum edom. in die hierusalē. Qui dicūt exinanite exinanite. vsq ad fundamentū in ea. Filia babylonis misera. beatus qui retribuit tibi retributionē tuā quā retribuisti nobis. Btūs qui tenebit. et allidet paruulos suos ad petram.

Psalmus ipsi dauid. CLVIII

Confitebor tibi dñe in toto corde meo. quoniā audisti omnia verba oris mei. In conspectu angelorum psallam tibi. adorabo ad teplū sanctū tuū et cōfitebor nomini tuo. Sup mia tua et veritate tua. qm̄ magnificasti super omne nomē sanctū tuū. In quacūq die inuocauero te exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutē. Cōfiteant tibi dñe omnes reges terre qr audierūt oia verba oris tui. Et cantent in vijs dñi: quoniam magna est gloria dñi. Qm̄ excelsus dñs et humilia respicit: et alta a longe cognoscit. Si ambulauero in medio tribulationis viuificabis me: et super iram inimicorum tuorum extendisti manū tuam: et saluū me fecit dextera tua. Dñs retribuet pro me: domine misericordia tua ī seculū: opera manuū tuarum ne despicias. Ad victoriam ps dauid.

CLIX

Domine pbasti me et cognouisti me: tu cognouisti sessionē meā et resurrectionē meam. Intellexisti cogitationes meas de longe: semitā meā et funiculū meū inuestigasti: Et omnes vias meas preuidisti: quia nō est sermo in lingua mea. Ecce dñe tu cognouisti omnia nouissima et antiqua: tu formasti me et posuisti super me manū tuam. Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est et non potero ad eam. Quo ibo a spiritu tuo: et quo a facie tua fugiam? Si ascendero in celum tu illic es: si descendero in infernū ades: Si sumpsero pennas meas diluculo. et habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me. et tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre conculcabunt me: et nox illuminatio mea ī delitijs meis. Quia tenebre nō obscurabuntur a te: et nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebre eius ita et lumen eius. Quia tu possedisti renes meos suscepisti me de vtero matris mee. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua: et anima mea cognoscet nimis. Non est occultatum os meū a te quod fecisti in occulto: et substātia mea in inferioribus terre. Imperfectū meum viderunt oculi tui. et in libro tuo omnes scribentur dies formabuntur et nemo in eis. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui deus: nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur: exurrexi et adhuc sū tecū. Si occideris deus peccatores: viri sanguinum declinate a me. Quia dicitis in cogitatione accipiant in vanitate ciuitates suas. Nonne qui oderunt te domine oderam: et super inimicos tuos tabescebā. Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi. Proba me deus et scito cor meum: interroga me et cognosce semitas meas. Et vidi si via iniquitatis in me est: et deduc me in via eterna.

¶ Ad victoriã ps dd. CLX

Eripe me dñe ab hoie malo: a viro iniquo eripe me. Qui cogitauerũt iniquitates in corde: tota die constituebãt prelia. Acuerũt linguas suas sicut serpentes: venenũ aspidũ sub labijs eoꝝ. Custodi me domine de manu peccatoris: ꝛ ab hoib⁹ iniqs eripe me. Qui cogitauerũt supplãtare gressus meos absconderũt superbi laqueũ mihi. Et funes extenderũt in laqueũ iuxta iter scandalũ posuerũt mihi. Dixi dño deus me⁹ es tu: exaudi domine vocẽ deprecationis mee. Dñe dñe virt⁹ salutis mee: obumbrasti super caput meuꝫ in die belli. Non tradas me dñe a desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me: ne derelinquas me ne forte exaltenť. Caput circuitus eoꝝ: labor labioꝝ ipsoꝝ operiet eos. Cadent sup eos carbones: in ignem deijcies eos: in miserijs non subsistent. Vir linguosus nõ dirigetur in terra: virũ iniustũ mala capient in interitu. Cognoui quia faciet dñs iudiciũ inopis. ꝛ vindictã pauperũ. Verũtamen iusti confitebunť nomini tuo: ꝛ habitabũt recti cum vultu tuo.

Psalmus dauid. CLXI

dixisti. In sempiternuz ero dn̄a. Non posuisti
hec sup̄ coꝛ tuū: neqꝫ recoꝛdata es nouissimi tui
Et nūc audi. hec delicata ⁊ habitans ꝯfidenter:
q̄ dicis in coꝛde tuo ego sū. ⁊ nō est p̄ter me am
plius. Non sedebo vidua. ⁊ ignoꝛabo sterilita
tem. Veniēt tibi duo hec subito in die vna. ste/
rilitas ⁊ viduitas. Vniuersa venerunt super te
ꝓpter multitudinem maleficioꝝ tuoꝝ: ⁊ ꝓpter
duritiā incantatoꝝ tuoꝝ vehementē. Et fiduci
am habuisti in malitia tua. ⁊ dixisti. Non est q
videat me. Sapientia tua ⁊ scia tua hec decepit
te. Et dixisti in coꝛde tuo. Ego suz. ⁊ preter me
non est altera. Veniet sup̄ te maluz ⁊ nescies oꝛ
tuz eius. ⁊ irruet super te calamitas quā nō po/
teris expiare. Veniet sup̄ te repēte miseria quā
nescies. Sta cū incantatoꝛibus tuis ⁊ cuz mul/
titudine maleficioꝝ tuoꝝ in q̄bus laboꝛasti ab
adolescentia tua. si foꝛte q̄d pꝛosit tibi: aut si pos
sis fieri foꝛtioꝛ. Defecisti in multitudine consi/
lioꝝ tuoꝝ. Stent ⁊ saluent te augures celi q cō
templabant̄ sidera ⁊ supputabat menses: vt ex
eis annunciarēt vētura tibi. Ecce facti sunt q̄si
stipula: ignis cōbussit eos. Non liberabūt ani
mā suā de manu flāme: nō sunt pꝛune q̄bus ca
lefiāt: nec focus vt sedeāt ad eū. Sic facta sūt ti/
bi: in q̄buscūqꝫ laboꝛaueras. Negociatoꝛes tui
ab adolescentia tua. vnusq̄sqꝫ in via sua erraue
rūt. Nō est q saluet te.

XLVIII

AVdite hec domus iacob, q vocami no/
mie isrl̄. ⁊ de aq̄s iuda existis: q iuratis
in noie dn̄i. ⁊ dei isrl̄ recoꝛdami non in
veritate neqꝫ in iusticia. De ciuitate eni scā vo
cati. ⁊ sup̄ deū isrl̄ ꝯstabiliti sunt. Dominꝰ exer
cituū nomē eius. Prioꝛa extūc annūciaui ⁊ ex
oꝛe meo exierunt. ⁊ audita feci ea: repente opa
tus sum ⁊ venerūt. Sciui. n. qꝛ durus es tu: ⁊
neruus. ferreus ceruix tua. ⁊ frons tua erea.
Predixi tibi extunc: āteqꝫ venirēt indicaui ti/
bi ne foꝛte diceres. Idola mea fecerūt hec. ⁊ scul
ptilia mea ⁊ ꝯflatilia mandauerūt ista. Que au
disti: vide oia. Vos autē nō annunciastis. Au
dita tibi feci noua extunc ⁊ ꝯseruata sunt que ne
scis. Nunc creata sunt ⁊ nō ex tunc ⁊ ante diem
⁊ non audisti ea: ne foꝛte dicas: ecce ego cogno
ui ea. neqꝫ audisti neqꝫ cognouisti: neqꝫ extunc
apta est auris tua. Scio. n. q̄a p̄uaricans p̄ua/
ricaberis. ⁊ transgressoꝛem ex vtero vocaui te.
Propter nomē meū lōge faciā furoꝛē meuz. ⁊
laude mea infrenabo te ne inteas. Ecce excoxi
te sed nō q̄si argentū: elegi te in camino pauper
tatis. Propter me ꝓpter me faciā. vt nō blasfe
mer. ⁊ gloꝛiā meā alteri nō dabo. Audi me ia/
cob. ⁊ israel quē ego voco. Ego ipse. ego p̄mus
⁊ ego nouissimus. Manꝰ q̄z mea fundauit ter
rā: ⁊ dextera mea mēsa est celos. Ego vocabo
eos. ⁊ stabūt sil̄. Cōgregamini oēs vos ⁊ au/
dite. Quis de eis annūciauit h. Dn̄s dilexit eū
faciet voluntatē suā in babylone. ⁊ bꝛachiū suū
in chaldeis. Ego ego locutus sum ⁊ vocaui eū
adduxi eū: ⁊ directa est via eiꝰ. Accedite ad me
⁊ audite hoc. Nō a pꝛincipio in abscōdito locu
tus sum. Ex t̄pe anteq̄ꝫ fieret ibi erā. ⁊ nūc dn̄s
deus misit me ⁊ spiritꝰ eiꝰ. Hec dicit dn̄s deus
redēptoꝛ tuus scūs isrl̄. Ego dn̄s deus tuꝰ: do
cens te vtilia: gubernās te in via qua ambulas
Vtinā attendisses mandata mea. Facta fuisset
sicut flumē pax tua. ⁊ iusticia tua sicut gurgites
maris. Et fuisset q̄si harena semen tuū: ⁊ stirps
vteri tui vt lapilli eius. Non interrisset ⁊ non
fuisset attritum nomen eius a facie mea. Egre/
dimini de babylone: fugite a caldeis. In voce
exultationis annunciate: auditum facite hoc: ⁊
efferte illud vsqꝫ ad extrema terre. Dicite. Re
demit dn̄s seruū suū iacob. Nō sitierunt in de/
serto cū educeret eos. Aquā de petra pꝛoduxit
eis. ⁊ scidit petrā ⁊ fluxerūt aque. Non est pax
impijs dicit dominus.

XLIX.

AVdite insule ⁊ attēdite ppl̄i de longe.
Dn̄s ab vtero vocauit me: de ventre
matris mee recoꝛdatus ē nois mei. Et
posuit os meū q̄si gladium acutū: in vmbꝛa ma
nus sue ꝓtexit me ⁊ posuit me sicut sagittam ele
ctam. In pharetra sua abscondit me. ⁊ dixit mi
hi. Seruꝰ meus es tu isrl̄: qꝛ in te gloꝛificaboꝛ.
Et ego dixi. In vacuum laboꝛaui: sine causa ⁊
vane foꝛtitudinem meaz ꝯsumpsi. Ergo iudi/
ciū meū cū dn̄o. ⁊ opus meū cū deo meo. Hec
dicit dn̄s foꝛmans me ex vtero seruū sibi: vt re
ducam iacob ad eū: ⁊ isrl̄ nō ꝯgregabit̄. Et glo
rificatus suz in oculis dn̄i: ⁊ deus meꝰ factꝰ est
foꝛtitudo mea Et dixit. Parū est vt sis mihi
seruus adsuscitans tribus iacob. ⁊ feces isrl̄ cō
uertendas. Dedit te in lucē gentiū: vt sis salus
mea vsqꝫ ad extremū terre. Hec dicit dn̄s. re/

de̅ptor israel: sc̄us ei⁹: ad ɔte̅ptabile̅ aīam: ad abhominatā gente̅: ad s̄uū dominoꝝ. Reges videbūt ⁊ ɔsurge̅t p̄ncipes: ⁊ adorabunt p̄p̄ dominū: q꞉ fidelis e̅: ⁊ sc̄m israel qui elegit te. Hec dicit dominus. In tp̄e placito exaudiui te: ⁊ in die salutis auxiliatus sū tui. Et s̄uaui te ⁊ dedi te i fedus popl̄i vt suscitares terrā ⁊ possideres hereditates dissipatas: vt diceres his q vincti sunt: exite. ⁊ his q in tenebris. reuelamini. Sup vias pascent̄: ⁊ in oib⁹ planis pascua eoꝝ. Nō esurie̅t neqꝫ sitie̅t: ⁊ non p̄cutiet eos estus ⁊ sol: q꞉ miserator eoꝝ reget eos. ⁊ ad fōtes aquaꝝ potabit eos. Et ponam oe̅s mōtes meos in viā. ⁊ semite mee exultabūt̄. Ecce isti de longe venient. ⁊ ecce illi ab aquilone ⁊ mari ⁊ isti de terra australi. Laudate celi ⁊ exulta terra: iubilate montes laude̅: q꞉ ɔsolatus est dominus populū suū: ⁊ pauperū suoꝝ miserebit̄. Et dixit syon: dereliquit me dominus: ⁊ dn̄s oblitus est mei. Nunqd obliuisci pōt mulier infante̅ suū: vt nō misereat̄ filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit: ego tame̅ nō obliuiscar tui. Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui corā oculis meis semp. Venerunt structores tui. d̄struentes te: ⁊ dissipātes a te exibunt. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide: oe̅s isti congregati sunt: venerunt tibi. Viuo ego dicit domin⁹: q꞉ oi̅bus his velut ornamento vestieris. ⁊ circūdabis tibi eos quasi sp̄osa. Quia deserta tua ⁊ solitudines tue ⁊ terra ruine tue: nunc angusta erunt p̄ habitatoribus: ⁊ longe fugabuntur qui absorbebant te. Adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tue. Angustus e̅ mihi loc⁹ fac spaciū mihi vt habite̅. Et dices in corde tuo Quis genuit mihi istos. Ego sterilis ⁊ nō pariens transmigrata ⁊ captiua: ⁊ istos quis enutriuit. Ego destituta ⁊ sola: ⁊ isti vbi hic erāt. Hec dicit dominus deus. Ecce leuabo ad ge̅tes manū meā: ⁊ ad populos exaltabo signum meū. Et afferent filios suos in vlnis: ⁊ filias suas super humeros portabunt. Et erunt reges nutritij tui. ⁊ regie nutrices tue. Vultu in terra demisso adorabunt te. ⁊ puluerem pedū tuorū lingent. Et scies: q꞉ ego domin⁹: super quo nō ɔfundent̄ q expectant eū. Nunqd tolletur a forti preda: aut qd̄ captū fuerit a robusto saluū esse poterit. Quia hec dicit dominus. Equidem ⁊ captiuitas a forti tolletur: ⁊ quod ablatū fuerit a robusto saluabit̄. Eos vero qui iudicauerunt te: ego iudicabo: ⁊ filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis. ⁊ quasi musto sanguine suo inebriabunt̄. Et sciet omnis caro: quia ego dominus saluans te. ⁊ redemptor tuus fortis iacob. L

Hec dicit dominus. Quis e̅ hic liber repudij matris vr̄e: quo dimisi eā. Aut quis e̅ creditor meus. cui vendidi vos Ecce eni̅ in iniquitatibus vestris vēditi estis: ⁊ in sceleribus vestris dimisi matre̅ vestraꝫ: q꞉ veni ⁊ nō erat vir. vocaui ⁊ nō erat qui audiret Nunquid abbreuiata ⁊ paruula facta est man⁹ mea vt nō possim redimere: aut non est in me virtus ad liberandum. Ecce in increpatione mea desertū faciā mare: ponā flumina i siccuꝫ. Cōputrescēt pisces sine aqua: ⁊ morient̄ in siti Induā celos tenebris: ⁊ saccū ponā operime̅tū eoꝝ. Dominus dedit mihi linguā eruditā: vt sciā sustentare̅ eū q lassus est verbo. Erigit mane: mane erigit mihi aure̅: vt audiā qsi magistrū. Domin⁹ deus ap̄uit mihi aure̅: ego aūt nō ɔdico: retrorsū nō abij. Corpus meū dedi p̄cutientibus: ⁊ genas meas vellentib⁹. Facie̅ meā nō auerti ab increpantibus ⁊ ɔspuentibus in me. Dominus deus auxiliator meus: et ideo nō sum ɔfusus. Ideo posui facie̅ meam vt petrā durissimā: ⁊ scio qm̄ non ɔfundar. Juxta est qui iustificat me. Quis ɔdicet mihi. Stem⁹ simul. Quis est aduersarius meus. Accedat ad me. Ecce dominus deus auxiliator meus. Quis est qui ɔdēnet me. Ecce oe̅s quasi vestimentū conterent̄: tinea comedet eos. Quis ex vobis timens dominū audiens voce̅ serui sui. Quis ambulauit in tenebris et nō est lume̅ ei. Speret in noi̅e domini: et innitat̄ sup deū suū Ecce vos oe̅s accendentes igne̅: accincti flāmis Ambulate in lumine ignis vestri: ⁊ in flāmis quas succendistis. De manu mea factū est hoc vobis. In doloribus dormietis. LI

Audite me qui sequimini qd̄ iustū est et q̄ritis dominū. Attendite ad petrā vn̄ excisi estis: et ad cauernā laci de qua p̄cisi estis. Attendite ad abrahā patre̅ vestrum: et ad sarā que peperit vos. Quia vnuꝫ vocaui eū: et benedixi ei: et multiplicaui eū. Cōsolabit̄ ḡ dominus syon: et ɔsolabit̄ oe̅s ruinas eius. Et ponet desertū eius quasi delitias: et solitudinem eius qsi hortū domini. Gaudiū et leticia inuenief̄ in ea. gratiaꝝ actio et vox laudis. Attendite ad me popule me⁹: et trib⁹ mea me audite. Quia lex a me exiet: et iudiciū meū i luceꝫ populoꝝ requiescet. Prope ē iustus me⁹: egressus e̅ saluator me⁹: et brachia mea populos iudicabunt. Me isule expectabunt: et brachium meū sustinebunt. Leuate in celū oculos vr̄os

⁊ videte sub terra deorsum: qꝛ celi sicut fumus liquescẽt: et terra sicut vestimentum atteretꝛ: et habitatores eiꝰ sicut hec interibunt. Salus aũt mea in sempiternũ erit: ⁊ iustitia mea nõ defici et. Audite me q̄ scitis iustũ: ppl's meus lex mea in corde eoꝝ. Nolite timere opprobriũ hoium ⁊ blasphemias eoꝝ ne metuatis. Sicut eni ve stimẽtum sic comedet eos vermis: ⁊ sicut lanã sic deuorabit eos tinea. Salus aũt mea i sempi ternum erit. ⁊ iustitia mea in generationes ge nerationũ. Cõsurge ꝯsurge: inducere fortitu/ dinem brachiũ dñi. Cõsurge sicut in diebꝰ an/ tiqs: in gnãtionibus seculoꝝ. Nũquid nõ tu ꝑ cussisti supbũ: vulnerasti draconẽ? Nũqd non tu siccasti mare: aquã abyssi vehemẽtis? Qui posuisti ꝓfundũ maris viã: vt transirent libe/ rati. Et nũc qui redẽpti sũt a dño: reuertentur ⁊ veniẽt in syon laudãtes: ⁊ leticia sempiterna sup capita eoꝝ. Gaudiũ ⁊ leticiã tenebunt: fu giet dolor ⁊ gemitus. Ego egoipse consolabor vos. Quis tu vt timeas ab homine mortali et a filio hois: q̄ quasi fenũ ita arescet: ⁊ oblitꝰ es dñi factoris tui qui tetendit celos ⁊ fũdauit ter ram: ⁊ formidasti iugitꝛ tota die a facie furoris eius q̄ te tribulabat. ⁊ parauerat ad ꝑdẽdum? Vbi nũc est furor tribulantis? Cito veniet gra diẽs ad aperiendũ: ⁊ non interficiet vsqꝫ ad in ternitionẽ: nec deficiet panis eiꝰ. Ego aũt sum dñs deus tuus qui conturbo mare ⁊ intume/ scunt fluctus eius: dñs exercituũ nomen meũ. Posui verba mea in ore tuo: ⁊ in vmbra ma/ nus mee ꝓtexi te: vt plantes celos ⁊ fũdes ter ram: ⁊ dicas ad syon: ppl's meus es tu. Eleua re eleuare: cõsurge irl'm: q̄ bibisti de manu dñi calicem ire eius. Vsqꝫ ad fundum calicis sopo ris bibisti: ⁊ potasti vsqꝫ ad feces. Non est qui sustentet eã ex oibus filijs quos genuit: ⁊ non est qui apprehendat manuꝫ eius ex oibus filijs quos enutriuit. Duo sunt que occurrerũt tibi. Quis contristabitꝛ sup te? Vastitas ⁊ ꝯtritio ⁊ fames ⁊ gladius. Quis ꝯsolabitꝛ te? Filij tui ꝓ iecti sũt: dormierunt in capite oium viaꝝ sicut orix illaqueatus: pleni indignatione dñi: incre patione dei sui: Idcirco audi hec paupercula: ⁊ ebria non a vino. Hec dicit dñator tuus dñs ⁊ deus tuus qui pugnauit pro populo suo. Ec ce tuli de manu tua calicẽ soporis: fũdum cali/ cis indignationis mee. Nõ adijcies vt bibas illum vltra. Et ponã illũ in mãu eoꝝ qui te hu miliauerunt ⁊ dixerunt aie tue icuruare vt trã seamus: ⁊ posuisti vt terrã corpus tuũ: ⁊ quasi viam transeuntibus. LII

Consurge ꝯsurge: induere fortitudine tua syon. Induere vestimentis glorie tue hierusalẽ ciuitas sancti: qꝛ nõ adij/ ciet vltra vt ꝑtrãseat ꝑ te i circũcisus ⁊ imũdus Excutere de puluere: cõsurge: sede irl'm. Sol/ ue vincula colli tui captiua filia syon: qꝛ hec di/ cit dñs. Gratis venũdati estis. ⁊ sine argento redimemi. Quia hec dicit dñs deus. In egy/ ptum descendit ppl's meus in ꝑncipio: vt colo nus esset ibi. ⁊ assur absqꝫ vl'a cã calumniatꝰ est eũ. Et nũc qd mihi est ħ dicit dñs. Qm̃ ab/ latus ẽ ppl's meus gratis. Dñatores eius ini/ que agũt dicit dñs: ⁊ iugiter tota die nomẽ me uꝫ blasfematꝛ Propt ħ sciet ppl's meꝰ nom̃ me um i die illa: quia egoipse qui loquebar ecce ad sum. Q̃ pulchri super montes pedes ãnunciã tis ⁊ p̄dicantis pacẽ: annũciantis bonũ: p̄dicã tis salutẽ: dicẽtis. Syon regnabit deus tuus. Vox speculatoꝝ tuoꝝ. Leuauerunt vocem: si mul laudabunt: qꝛ oculo ad oculũ videbũt: cuꝫ ꝯuerterit dñs syon. Gaudete ⁊ laudate simul deserta irl'm: qꝛ ꝯsolatꝰ ẽ dñs ppl'm suũ: rede/ mit irl'm. Parauit dñs brachium scm̃ suum in oculis oium gentiũ: ⁊ videbunt oẽs fines ter/ re salutare dei nr̃i. Recedite recedite: exite inde pollutum nolite tangere. Exite de medio eius mũdamini q̄ fertis vasa dñi. Qm̃ non i tumul tu exibitis: nec in fuga ꝓperabitis. Precedet enim vos dominus: ⁊ ꝯgregabit vos deꝰ isrl'. Ecce itelliget seruꝰ meus: exaltabitꝛ ⁊ eleuabitꝛ ⁊ sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt sup te multi: sic ingloriꝰ erit inter viros aspectꝰ eiꝰ. ⁊ forma eius inter filios hoium. Iste asperget gẽtes multas: sup ipsũ ꝯtinebunt reges os suũ Quia quibus nõ est narratũ de eo viderunt. ⁊ qui nõ audierũt ꝯtemplati sunt. LIII

Quis credidit auditui nr̃o ⁊ brachium domini cui reuelatũ est. Et ascendet si cut virgultũ corã eo: ⁊ sicut radix de ter ra sitienti. Non ẽ spẽs ei neqꝫ decor. Et vidi/ mus eũ et nõ erat aspectꝰ: ⁊ desiderauimus eũ despectũ ⁊ nouissimũ viroꝝ: virũ doloꝝ ⁊ sciẽ tem infirmitatẽ. Et quasi abscõditus vultꝰ eiꝰ ⁊ despectus: vnde nec reputauimus eũ. Vere languores nr̃os ipse tulit. ⁊ dolores nr̃os ipse portauit. Et nos reputauimus eũ quasi lepro/ sum. ⁊ ꝑcussũ a deo ⁊ humiliatum. Ipse auteꝫ vulneratus ẽ ꝓpter iniquitates nr̃as attritus ẽ ꝓpter scelera nr̃a. Disciplina pacis nr̃e sup eũ. ⁊ liuore eius sanati sumus. Oẽs nos quasi oues errauimꝰ: vnusqsqꝫ i viã suã declinauit: ⁊ posuit dñs in eo iniquitatem oium nostrum.

Oblatus est: qꝛ ipse voluit: ⁊ nõ apuit os suũ. Sicut ouis ad occisionẽ ducetᷣ: ⁊ quasi agnus corã tondente se obmutescet: ⁊ nõ aperiet os suum. De angustia ⁊ de iudicio sublatus ẽ. Generationẽ eius qs enarrabit? Quia abscisus ẽ de terra viuentiũ. Propter scelus populi mei pcussi eũ. Et dabit impios ꝓ sepultura. ⁊ diuites pro morte sua: eo ꝙ iniquitatem nõ fecerit: neqꝫ dolus fuerit in ore eius: ⁊ domin⁹ voluit ɔterere eũ in infirmitate. Si posuerit ꝓ pctõ animã suã videbit semen longeuũ: ⁊ volũtas domini in manu eius dirigetᷣ. Pro eo ꝙ laborauit aĩa eius. videbit ⁊ saturabitᷣ. In scia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos ⁊ iniqtates eoꝝ ipse portabit. Ideo dispartiã ei plurimos ⁊ fortiũ diuidet spolia: pro eo ꝙ tradidit in mortem animam suam: ⁊ cum sceleratis reputatus est. Et ipse peccata multoꝝ tulit: ⁊ pro transgressoribus rogauit. LIIII

Lauda sterilis que nõ paris: decãta laudem ⁊ hinni que nõ pariebas: qm̃ multi filij deserte magis q̃ꝫ eius que hẽbat virũ dicit dominus. Dilata locũ tẽtorij tui. ⁊ pelles tabernaculoꝝ tuoꝝ extende. Ne parcas. Longos fac funiculos tuos: ⁊ clauos tuos cõsolida. Ad dexterã enim ⁊ leuã penetrabis: ⁊ semẽ tuũ gentes hereditabit: ⁊ ciuitates desertas inhabitabit. Noli timere qꝛ nõ confũderis neqꝫ erubesces. Nõ enim te pudebit: qꝛ confusionis adolescẽtie tue obliuisceris: ⁊ opprobrij viduitatis tue non recordaberis ãplius. Quia dominabitᷣ tui q fecit te: dñs exercituũ nomen eius: ⁊ redemptor tu⁹ sanct⁹ israel: de⁹ omnis terre vocabitur. Quia vt mulierem derelictã ⁊ merentem spũ vocauit te dominus: ⁊ vxorem ab adolescentia abiectã. Dixit deus tuus. Ad punctũ in modico dereliqui te: ⁊ in miserationibus magis ɔgregabo te. In momẽto idignationis abscõdi faciẽ meã parũper a te: ⁊ in mia sẽpiterna misertus sũ tui: dixit redẽptor tuus domin⁹. Sicut in dieb⁹ noe istud mihi ẽ. cui iuraui ne iducerẽ aqs diluuij vltra sup̃ terã sic iuraui vt nõ irascar tibi ⁊ non increpem te. Mõtes eni cõmouebunt ⁊ colles ɔtremiscẽt: misericordia aũt mea non recedet a te: ⁊ fedus pacis mee nõ mouebitᷣ: dixit miserator tuus domin⁹. Paupercula tẽpestate cõuulsa absqꝫ vlla ɔsolatiõe: ecce ego sternã per ordinẽ lapides tuos ⁊ fundabo te in sapphyris. ⁊ ponã iaspidem ꝓpugnacula tua: ⁊ portas tuas in lapides sculptos. ⁊ oẽs terminos tuos in lapides desiderabiles: vniuersos filios tuos doctos a domino: ⁊ multitudinẽ pacis filijs tuis: ⁊ in iusticia fundaberis. Recede ꝓcula calũnia: qꝛ non timebis: ⁊ a pauore: qꝛ nõ appropinquabit tibi. Ecce accola veniet: q non erat mecum aduena quondã tu⁹ adiungetᷣ tibi. Ecce ego creaui fabrũ sufflantẽ in igne prunas: ⁊ ꝓferentẽ vas in opus suũ: ⁊ ego creaui interfectorem ad disperdendũ. Omne vas qđ fictũ est ɔ̃ te nõ dirigetᷣ: ⁊ oẽm linguã resistentem tibi in iudicio iudicabitis. Hec est hereditas seruoꝝ domini: ⁊ iusticia eoꝝ apud me. dicit dñs. LV

Omnes sitientes venite ad aquas: ⁊ qui nõ habetis argẽtũ ꝓperate. emite ⁊ comedite. Uenite emite absqꝫ argento ⁊ absqꝫ vlla cõmutatione: vinũ ⁊ lac. Quare appenditis argentũ nõ in panib⁹: ⁊ laborẽ vr̃m nõ in saturitate? Audite audiẽtes me ⁊ comedite bonũ: ⁊ delectabitᷣ in crassitudine aĩa vestra. Inclinate aurẽ vestrã ⁊ venite ad me: audite ⁊ viuet aĩa vestra: ⁊ feriã vobiscũ pactũ sempiternũ: misericordias dauid fideles. Ecce testẽ populis dedi eũ. ducem ac p̃ceptorẽ gentibus. Ecce gentẽ quã nesciebas vocabis: ⁊ gentes q̃ nõ cognouerũt te: ad te current ꝓpter dominũ deũ tuũ ⁊ scm̃ isrl̃: qꝛ glorificauit te. Querite dominũ dũ iueniri põt: iuocate eũ dũ ꝓpe ẽ. Derelinquat impius viã suã: et vir iniquus cogitatõe suas: et reuertatᷣ ad dñm ⁊ miserebitᷣ ei⁹. et ad deũ nostrũ: qm̃ multus est ad ignoscendũ. Nõ. n. cogitationes mee cogitatões vr̃e: neqꝫ vie vr̃e vie mee: dicit dñs. Quia sicut exaltantᷣ celi a terra: sic exaltate sunt vie mee a vijs vr̃is et cogitatiões mee a cogitatiõibus vestris. Et quõ descendit imber et nix de celo et illuc vltra nõ reuertitᷣ. sed inebriat terrã et infundit eã et germinet eã facit: et dat semẽ serenti: et panem comedenti: sic erit verbũ meũ qđ egredietᷣ de ore meo. Nõ reuertetᷣ ad me vacuũ: sꝫ faciet q̃cũqꝫ volui: et ꝓsperabitᷣ i his ad que misi illud. Quia in leticia egrediemini. et in pace deducemini. Mõtes et colles cantabant corã vobis laudem: et oĩa ligna regionis plaudent manu. Pro saliuncula ascendet abies: et ꝓ vrtica crescet myrtus. Et erit dñs nomiatus in signum eternum: quod nõ auferetᷣ. LVI

Hec dicit domin⁹. Custodite iudiciũ et facite iusticiã: qꝛ iuxta est salus mea: vt veniat: et iusticia mea vt reueletᷣ. Beatus vir qui facit hoc: et filius hominis qui apprehendet istud. Custodiens sabbatũ ne polluat illud: custodiens man⁹ suas: ne faciat omne malũ. Et nõ dicat filius aduene q adheret dño

dicēs. Sepatione diuidet me dn̄s a pplo suo.
Et nō dicat eunuchus. ecce ego lignum aridū.
Quia hec dicit dominus eunuchis. Qui custo
dierint sabbata mea: ⁊ elegerint q̄ ego volui ⁊
tenuerint fedus meum: dabo eis in domo mea
⁊ in muris meis locum: ⁊ nomē melius a filijs
⁊ filiabus. Nomen sempiternū dabo eis quod
nō peribit. Et filios aduene q adherēt domino
vt colāt eū: ⁊ diligant nomē eius vt sint ei i ser
uos: oēm custodientē sabbatū ne polluat illud
⁊ tenentem fedus meū: adducā eos in monteꝫ
sanctū meū: ⁊ letificabo eos in domo orationis
mee. Holocausta eoꝝ ⁊ victime eoꝝ placebūt
mihi super altari meo: qꝛ domus mea domus
oronis vocabit̄ cunctis populis: ait dominus
deus q ꝯgregat dispsos israel. Adhuc ꝯgrega
bo ad eū ꝯgregatos eius. Oēs bestie agri ve/
nite ad deuorandū: vniuerse bestie saltꝰ. Spe/
culatores eius ceci oēs: nescierunt vniuersi: ca
nes muti nō valētes latrare: vidētes vana: dor
mientes ⁊ amantes sonnia: ⁊ canes ipudentis
simi nescierunt saturitatē. Ipsi pastores igno/
rauerunt intelligentiā. Oēs in viā suam decli
nauerūt: vnusqsqꝫ ad auaritiā suā a sūmo vsqꝫ
ad nouissimū. Venite: sumamus vinū. ⁊ im/
pleamur ebrietate: ⁊ erit sicut hodie: sic ⁊ cras:
⁊ multo amplius.

LVII

Iustus perit ⁊ nō est qui recogitet i cor
de suo: ⁊ viri misericordie colliguntur
qꝛ non est qui intelligat. A facie enim
malitie collectus est iustus. Veniat par: reqe/
scet in cubili suo: qui ambulauit in directōe sua
Vos autem accedite huc filij auguratricis. se/
men adulteri ⁊ fornicarie. Super quē lusistis.
Super quem dilatastis os: ⁊ eiecistis linguam
Nunqd non vos filij scelesti: semen mendax.
Qui consolamini in dijs subter omne lignum
frondosū: imolantes paruulos i torrentibꝰ sub
ter eminētes petras. In partibus torrētis ꝑs
tua: hec est sors tua. Et ipsis effudisti libamen
obtulisti sacrificiū. Nunqd sup his nō idigna/
bor? Super montē excelsū ⁊ sublimeꝫ posuisti
cubile tuū: ⁊ illuc ascendisti vt imolares hostias
Et post ostium ⁊ retro postem posuisti memo
riale tuū: q: iuxta me discooperuisti ⁊ suscepisti
adulterum. Dilatasti cubile tuum: ⁊ pepegisti
cum eis fedus. Dilexisti stratū eorū manu ap/
ta: ⁊ ornasti te regio vnguento: ⁊ multiplicasti
pigmenta tua. Misisti legatos tuos ꝓcul: ⁊ hu
miliata es vsqꝫ ad inferos. In multitudie vie
tue laborasti. nec dixisti. quiescam. Vitam ma
nus tue inuenisti: ꝓpterea non rogasti. Pro
quo sollicita timuisti: qꝛ mentita es ⁊ mei nō es
recordata: neqꝫ cogitasti in corde tuo: qꝛ ego ta
cens ⁊ quasi nō videns: ⁊ mei oblita es. Ego
annunciabo iusticiā tuam: ⁊ opera tua non ꝓ/
derunt tibi. Cū clamaueris liberent te ꝯgrega
ti tui. Et oēs eos auferet ventus: tollet aura.
Qui aūt fiduciā habet mei: hereditabit terraꝫ ⁊
possidebit montē scm̄ meū. ⁊ dicaꝫ. Viā facite
prebete iter: declinate de semita: auferte offendi
cula de via populi mei. Quia hec dicit dominꝰ
excelsus ⁊ sublimis habitans eternitateꝫ ⁊ scm̄
nomē eius in excelso ⁊ in sācto habitans: et cuꝫ
ꝯtrito et humili spū: vt viuificet spm̄ humiliuꝫ
et viuificet cor ꝯtritoꝝ. Nō eni in sempiternū
litigabo neqꝫ vsqꝫ ad finem irascar: qꝛ spiritus
a facie mea egredieť: et flatus ego faciā. Pro/
pter iniqtatem auaritie eius iratus sū. et ꝑcussi
eū. Abscondi a te faciē meā: et indignatus suꝫ
Et abijt vagus in via cordis sui. Vias eiꝰ vi/
di et sanaui eū: et reduxi eū et reddidi ꝯsolatio/
nes ipsi et lugentibus eius. Creaui fructuꝫ la/
bioꝝ pacē: pacē ei qui longe est et q prope dixit
dn̄s: et sanaui eū. Impij aūt q̄si mare feruēs qd
qescere nō pōt: et redūdāt fluctus eiꝰ in ꝯculca
tionē et lutū. Nō ē pax ipijs dicit domius deꝰ.

LVIII

Clama: ne cesses: q̄si tuba
exalta vocē tuā: et annuncia pplo meo
scelera eoꝝ: et domui iacob pctā eorū.
Me etenim de die in diem querūt: et scire vias
meas volunt: q̄si gens q̄ iusticiā fecerit. et que
iudicium dei sui nō deliqrit. Rogant me iudi/
cia iusticie: et appropinquare deo volūt. Qua
re ieiunauimus et nō aspexisti: humiliauimus
aias nostras et nescisti? Ecce i die ieiunij vestri
iuenit̄ volūtas vestra: et oēs dbitores vros re
petitis. Ecce ad lites et ꝯtētiones ieiunatis: et ꝑ
cutitis pugno ipie. Nolite ieiunare sicut vsqꝫ
ad hāc diē: vt audiat̄ in excelso clamor vester.
Nunqd tale est ieiuniū qd elegi: ꝑ diē affligere
hoiem aiam suam? Nunqd cōtorquere q̄si cir
culum caput suū. et saccum et cinereꝫ sternere?
Nunqd istud vocabis ieiuniū: et diē accepta/
bilē dn̄o? Nōne hoc ē magis ieiuniū quod ele
gi? Dissolue cogitationes ipietatis: solue fasci/
culos deprimentes. Dimitte eos qui confracti
sunt liberos et oē onus dirūpe. Frange esuriē
ti panē tuū. et egenos vagosqꝫ induc in domuꝫ
tuam. Cū videris nudū operi eum: et carnem
tuam ne despexeris. Tūc erūpet quasi mane lu
men tuū: ⁊ sanitas tua citius orieť. Et anteibit
faciē tuam iusticia tua: et gloria dn̄i colliget te.
Tūc inuocabis et dn̄s exaudiet: clamabis: et di

cet ecce ad sũ: qꝛ misericoꝛs sũ dominus deꝰ tuꝰ. Si abstuleris de medio tui cathenã: ⁊ desieris extẽdere digitũ: ⁊ loq̄ qđ nõ ꝓdest. Cũ effuderis esurienti aiam tuã: ⁊ aiam afflictã repleueris orieť in tenebris lux tua: ⁊ tenebre tue erũt sicͣ meridies. Et requiẽ tibi dabit dominus deus tuꝰ semp̄: ⁊ iplebit splẽdoribus aiaꝫ tuã: ⁊ ossa tua liberabit. Et erit q̃si hortus irriguꝰ: ⁊ sicut fons aquaꝝ cuius nõ deficiẽt aq̃. Et edificabũtur i te deserta seculoꝝ: fũdamẽta gñationis ⁊ gñationis suscitabis. Et vocaberis edificator sepiũ: auertẽs semitas i q̄etẽ. Si auertis a sabbato pedẽ tuũ: facere volũtatẽ tuã i die scõ meo ⁊ vocaueris sabbatũ delicatũ ⁊ scm̃ dñi gloriosũ: ⁊ glorificaueris eũ duꝫ nõ facis vias tuas ⁊ nõ iueniť volũtas tua vt loq̄ris sermonẽ: tunc delectaberis sup̄ dño: ⁊ sustollã te sup̄ altitudines terre: ⁊ cibabo te hereditate iacob patris tui. Os eni domini locutũ est. LIX

Ecce nõ ẽ abbreuiata manus dñi vt saluare neq̄at: neqꝫ aggrauata ẽ auris eiꝰ vt nõ exaudiat: sed iniq̄tates vr̃e diuiserunt iter vos ⁊ deũ vestrũ. ⁊ pctã vestra abscõderũt faciẽ eius a vobis ne exaudiret. Manꝰ eni vestre pollute sũt sanguie ⁊ digiti vestri iniq̄tate. Labia vestra locuta sũt mẽdaciũ. ⁊ ligua vestra iniq̄tatẽ fať. Nõ ẽ q̄ iuocet iusticiã: neqꝫ ẽ que iudicet vere. sꝫ ꝯfidunt in nihili. ⁊ loquũtur vanitates. Cõceperunt laborẽ. ⁊ pepererunt iniq̄tatẽ. Oua aspidũ ruperunt ⁊ telas aranee texuerunt. Qui comederit de ouis coꝝ morieť ⁊ qđ ꝯfotũ est erũpet in regulũ. Tele coꝝ non erũt i vestimentũ: neqꝫ operienť opibus suis. Opa coꝝ opa iutilia. ⁊ opus iniq̄tatis i manibus coꝝ. Pedes coꝝ ad malũ currunt. ⁊ festinãt vt effundãt sanguinẽ inocentẽ. Cogitationes coꝝ cogitatiões iutiles. Vastitas ⁊ ꝯtritio in vijs coꝝ. Viã pacis nescierũt ⁊ nõ est iudiciũ in gressibus coꝝ. Semite coꝝ icuruate sũt eis. ois q̄ calcat i eis ignorat pacẽ. Propter hͦ elongatũ ẽ iudiciũ a nobis. ⁊ nõ app̄hẽdet nos iusticia. Expectauimus lucem ⁊ ecce tenebre. splendorẽ. ⁊ in tenebris ãbulauimus. Palpauimus sicut ceci parietẽ. ⁊ q̃si absqꝫ oculis attrectauimus. Impegimus meridie q̃si i tenebris in caligosis quasi mortui. Rugiemus q̃si vrsi oẽs. ⁊ q̃si colũbe meditãtes gememꝰ. Expectauimꝰ iudiciũ ⁊ nõ ẽ. salutẽ ⁊ elõgata est a nobis. Multiplicate sunt. n. iniquitates nostre corã te. ⁊ pctã nostra respõderũt nobis. Quia scelera nostra nobiscuꝫ. ⁊ iniq̄tates nostras cognouimus peccare ⁊ mẽtiri ꝯ dñm. ⁊ auersi sumus ne iremus post tergũ dei nostri. vt loqueremur calũniã ⁊ trãsgressionẽ. Cõcepimus ⁊ locuti sumus de cordꝫ verba mẽdacij. ⁊ ꝯuersũ ẽ retrorsũ iudiciũ. ⁊ iusticia longe stetit. Quia corruit i platea v̄itas: ⁊ eq̄tas nõ potuit igredi. Et fcã ẽ v̄itas i obliuiõe. ⁊ q̄ recessit a malo. p̄de patuit. Et vidit dñs. ⁊ malũ appuit in oculis eius: qꝛ nõ est iudiciũ. Et vidit deus qꝛ nõ est vir. ⁊ aporiatus ẽ. qꝛ nõ est q̄ occurrat. Et saluauit sibi brachiũ suũ. ⁊ iusticia eius ipsa ꝯfirmauit eũ. Indutus ẽ iusticia vt lorica. ⁊ galea salutis i capite eius. Indutus ẽ vestimẽtis vltiõis. ⁊ op̄tus ẽ q̃si pallio zeli sicut ad vindictã q̃si ad retributionẽ idignatiõis hostibus suis. ⁊ vicissitudinẽ inimicis suis. Insulis vicẽ reddet. Et timebũt q̄ ab occidẽte. nomẽ dñi. ⁊ qui ab ortu solis gloriã eius. Cũ venerit q̃si fluuiꝰ violẽtus quẽ spũs dñi cogit. ⁊ venerit syon redẽptor. ⁊ eis q̄ redeũt ab iniq̄tate i iacob dič dominus. Hoc fedus meũ cũ eis dič dñs. Spũs meus q̄ ẽ in te. ⁊ v̄ba mea q̃ posui i ore tuo nõ recedent de ore tuo. ⁊ de ore seminis tui dič dominus. ãmodo ⁊ vsqꝫ in sempiternũ. LX

Surge illumiare ir̄lm. qꝛ venit lumen tuũ. ⁊ gloria dñi sup̄ te orta est. Quia ecce tenebre op̄ient terrã. ⁊ caligo populos. sup̄ te aũt orieť dñs. ⁊ gloria eius in te videbiť. Et ãbulabũt gẽtes i lumine tuo. ⁊ reges i splẽdore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide. oẽs isti ꝯgregati sũt. venerũt tibi. Filij tui de longe venient. ⁊ filie tue de latere surgent. Tunc videbis ⁊ afflues. ⁊ mirabiť et dilatabiť cor tuũ. quãdo ꝯuersa fuerit ad te multitudo maris. fortitudo gentiũ venerit tibi. Inũdatio cameloꝝ operiet te. dromedarij madian et effa. Oẽs de saba venient auruꝫ et thus deferentes. et laudẽ dño annunciantes. Oẽ pecus cedar ꝯgregabiť tibi. arietes nabaioth ministrabunt tibi. Offerenť super placabili altari meo. et domũ maiestatis mee glorificabo. Qui sunt isti qui vt nubes volant et q̃si columbe ad fenestras suas: Me eniꝫ insule expectans et naues maris in principio. vt adducam filios tuos delonge. Argentũ coꝝ et aurũ cũ eis. nõi dñi dei tui et scõ israel. qꝛ glorificauit te. Et edificabunt filij peregrinoꝝ muros tuos. et reges coꝝ ministrabunt tibi. In idignatione. n. mea p̄cussi te. et in recõciliatione mea misertus sũ tui. Et apienť porte tue iugiter die ac nocte nõ claudenť. vt afferať ad te fortitudo gentiũ. et reges eaꝝ adducanť. Gens enim ⁊ regnum quod non seruierit tibi. peribit. et gẽ/

tes solitudine vastabūt. Glīa libani ad te veni
et: abies ꝛ bux⁹ ꝛ pinus simꝉ ad ornandū locū
scificationis mee: ꝛ locū pedū meoꝝ glorifica/
bo. Et veniēt ad te curui filij coꝝ q̄ hūiliauerūt
te: ꝛ adorabūt vestigia pedū tuoꝝ oēs q̄ detra/
hebāt tibi: ꝛ vocabūt te ciuitatē dñi syon scī isrl
Pro eo ꝙ fuisti derelicta ꝛ odio habita. ꝛ non
erat q̄ p te trāsiret: ponā te i superbiā seculoꝝ:
gaudiū i gnātionē ꝛ generationē. Et sugges
lac gentiū ꝛ mamilla regū lactaberis. Et scies
qꝛ ego dñs saluās te: ꝛ redēptor tu⁹ fortis iacob
Pro ere afferā aurū. ꝛ pferro afferā argētū.
ꝛ p lignis es: ꝛ p lapidibus ferrū. Et ponā vi
sitatōē tuā pacē. ꝛ ppositos tuos iusticiā. Nō
audiet vltra iniqtas i terra tua: vastitas. ꝛ ɔtri
tio i terminis tuis: ꝛ occupabit sal⁹ muros tuos
ꝛ portas tuas laudatio. Nō erit tibi āpli⁹ sol ad
lucendū p diē: nec splēdor lune illumiabit te: sꝫ
erit tibi dñs i lucē sempitnā. ꝛ de⁹ tu⁹ i gloriā
tuā. Nō occidet vltra sol tu⁹: ꝛ luna tua nō mi
nuetur: qꝛ dñs erit tibi i lucē sempitnā: ꝛ ɔple
bunt dies luctus tui. Popul⁹ aūt tuus oēs iu
sti i ppetuū hereditabūt trā: germē plātationis
mee: op⁹ man⁹ mee ad glorificandū. Minim⁹
erit i mille. ꝛ paruul⁹ i gentē fortissimā. Ego
domin⁹: in tpe ei⁹ subito faciā istud. LXI

Spirit⁹ domini sup me: eo ꝙ vnxerit
me. Ad annunciandū māsuetis misit
me: vt mederer ɔtritis corde: ꝛ pdica/
rē captiuis indulgentiā ꝛ clausis apitionē vt p
dicarē ānū placabilē domio ꝛ diē vltionis deo
nr̄o: vt ɔsolarer oēs lugētes: vt ponerē ɔsola
tionē lugētibus syon: ꝛ darē eis coronā p cine
re: oleū gaudij p luctu: palliū laudis p spiritu
meroris. Et vocabunt i ea fortes iustitie: plan
tatio domini ad glorificādū. Et edificabunt de
serta a seculo. ꝛ ruinas antiqs erigēt: ꝛ instaura
bunt ciuitates desertas ꝛ dissipatas i gnātionē
ꝛ generationē. Et stabūt alieni ꝛ pascēt pecora
vr̄a: ꝛ filij pegrinoꝝ agricole ꝛ vinitores vr̄i
erunt. Vos aūt sacerdotes domini vocabimi:
ministri dei nr̄i dicet vobis. Fortitudinē gētiū
comedetis. ꝛ i gloria coꝝ supbietis. Pro ɔfu
siōe vr̄a duplici ꝛ rubore: laudabūt ptem coꝝ.
Propter hoc in trā sua duplicia possidebunt: le
ticia sempitna erit eis. Quia ego dñs diligens
iudiciū: ꝛ odio hñs rapinā i holocaustū. Et da
bo op⁹ coꝝ i vitate. ꝛ fedus ppetuū feriā eis.
Et sciet in gētibus semē coꝝ: ꝛ germē coꝝ in
medio pploꝝ. Oēs q viderint eos cognoscēt
illos: qꝛ isti sūt semē cui bñdixit domin⁹. Gau
dens gaudebo i domino ꝛ exultabit aīa mea in
deo meo. Quia induit me vestimētis salutis: et
indumēto iustitie circundedit me: qsi sponsum
decoratum corona. ꝛ qsi spōsam ornatā monili
bus suis. Sicut. n. tra pfert germē suū. ꝛ sicut
hortus semē suū germiat: sic dñs deus germia
bit iustitiā ꝛ laudē coram vniuersis gentibus.

LXII

Propter syō nō tacebo. ꝛ ppter irlm nō
qescā. donec egrediat vt splēdor iust⁹
eius: et saluator ei⁹ vt lāpas accēdatur
Et videbūt gētes iustū tuum: ꝛ cuncti reges i
clytum tuum. Et vocabit tibi nomē nouū: qd
os domini noīauit. Et eris corona glīe i mānu
domini: et diadema regni i manu dei tui. Nō
vocaberis vltra derelicta: et tra tua nō vocabit
āpli⁹ desolata. Sꝫ vocaberis volūtas mea i ea
et tra tua inhitata. Quia cōplacuit domio i te:
et tra tua ihabitabit. Habitabit. n. iuuenis cū
vgie. et habitabunt in te filij tui. Et gaudebit
sponsus sup sponsam et gaudebit sup te de⁹ tu
us. Sup muros tuos hierusalē cōstitui custo/
des: tota die et tota nocte in ppetuū nō tacebūt.
Qui reminiscimini domini: ne taceatis. et ne detis
silētium ei: donec stabiliat et donec ponat irlm
laudē i tra. Jurauit domin⁹ i dextra sua. ꝛ i bra
chio fortitudinis sue. Si dedero triticum tuū
vltra cibum iimicis tuis. et si biberit filij alieni
vinum tuū i q laborasti. Quia q ɔgregabūt il/
lud comedēt et laudabūt dominū: et q ɔportāt
illud bibēt i atrijs sanctis meis. Trāsite: trāsi/
te p portas: ppate viā pplo. Planū facite iter
et eligite lapides: et eleuate signū ad populos.
Ecce domin⁹ auditū fecit i extremis tre. Dici
te filie syon. Ecce saluator tu⁹ veit: ecce merces
eius cū eo. et opus ei⁹ corā illo. Et vocabūt eos
populus scūs: redēpti a domino. Tu aūt voca
beris qsita ciuitas. et nō derelicta. LXIII

Quis est iste q venit de edon tinctis ve
stibus de bosra. Iste formosus in sto/
la sua: gradiēs in multitudine fortitu/
dinis sue. Ego qui loquor iustitiā. et ppugna/
tor sum ad saluandū. Quare ḡ rubrū est indu/
mentū tuū. et vestimēta tua sicut calcantiū i tor
culari. Torcular calcaui sol⁹: et de gētibus nō
est vir mecū. Calcaui eos i furore meo: et con
culcaui eos in ira mea. Et aspersus est sāguis
coꝝ sup vestimēta mea: et oia indumenta mea
inqnaui. Dies. n. vltionis in corde meo: ann⁹
retributiōis mee venit. Circūspexi et non erat
auxiliator: quesiui. et non fuit q adiuuaret. Et
saluauit mihi brachiū meū: et indignatio mea
ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos

2 M

in furore meo: et iebriaui eos indignatõe mea: et detraxi i frã vtutẽ eoꝝ. Miserationũ domini recordabor: laudẽ domini sup oib⁹ q̃ reddidit nobis dominus: et sup multitudinẽ bonoꝝ domui israel q̃ largit⁹ ẽ eis ꝓm indulgentiam suã et ꝓm multitudinẽ misericordiaꝝ suaꝝ. Et dixit. Veꝝtamẽ populus me⁹ ẽ: filij nõ negãtes. Et fact⁹ ẽ eis saluator in oĩ tribulatõe eoꝝ Nõ ẽ tribulat⁹: et angel⁹ faciei ei⁹ saluauit eos In dilectione sua et indulgentia sua ipse redemit eos: et portauit eos et eleuauit eos cunctis dieb⁹ seculi. Ipsi autẽ ad iracundiã ꝓuocauerunt: et afflixerunt spm̃ sci ei⁹. Et ꝯuersus est eis i inimicu3: et ipse debellauit eos. Et recordatus ẽ dieꝝ seculi: moysi et populi sui. Vbi ẽ q eduxit eos de mari cu3 pastorib⁹ gregis sui: Vbi ẽ q posuit in medio eius spm̃ sci sui. Qui eduxit ad dexterã moysen brachio maiestat' sue q scidit aq̃s ante eos vt facerent sibi nomẽ sempiternũ. Qui eduxit eos ꝑ abyssos q̃si equũ in deserto nõ ipinguentẽ: q̃si aial in cãpo descendens. Spũs dñi ductor ei⁹ fuit. Sic adduxisti ppl'm tuũ: vt faceres tibi nomen glorie. Attende de celo: ꝛ vide d̃ habitaculo scõ tuo. ꝛ glorie tue. Vbi ẽ ꝣelus tuus: ꝛ fortitudo tua: multitudo viscerũ tuoꝝ ꝛ miserationũ tuaꝝ. Sup me ꝯtinuerunt se. Tu eni pr̃ nr̃: ꝛ abrahã nesciuit nos. ꝛ israel ignorauit nos. Tu dñe pr̃ nr̃: redẽptor nr̃: a seculo nomẽ tuũ. Quare errare nos fecisti dñe de vijs tuis: idurasti cor nr̃m ne timeremus te. Conuertere ꝓpter ꝯuos tuos: trib⁹ hereditatis tue. Quasi nihilũ possederunt ppl'3 sanctum tuũ hostes nr̃i: ꝯculcauerũt scificatõe3 tuã. Facti sum⁹ q̃si i ꝓncipio cũ nõ dñarer' nr̃i neq3 iuocaret' nomẽ tuũ sup nos. LXIIII

Vtinã dirũpes celos ꝛ descẽderes. A facie tua mõtes defluerẽt: sicut exustio ignita tabescerent: aque arderẽt igni: vt notũ fieret nomen tuũ inimicis tuis: a facie tua gẽtes turbarent'. Cũ feceris mirabilia: nõ sustinebim⁹. Descendisti: ꝛ a facie tua mõtes defluxerũt. A seculo nõ audierũt neq3 aurib⁹ ꝑcepe rũt. Oculus non vidit de⁹ absq3 te: q̃ ꝑparasti expectantibus te. Occurristi letãti ꝛ faciẽti iustitiã: in vijs tuis recordabunt' tui. Ecce tu iratus es ꝛ peccauim⁹ in ipsis fuimus semp: ꝛ saluabimur. Et facti sum⁹ vt imundi oẽs nos. et quasi pann⁹ menstruate vniuerse iustitie nr̃e. Et cecidimus quasi foliũ vniuersi: ꝛ iniqtates nr̃e q̃si vẽtus abstulerũt nos. Nõ est q inuocet nomẽ tuũ: q ꝯsurgat ꝛ teneat te. Abscõdisti faciẽ tuam a nobis: ꝛ allisisti nos in manu iniquitatis nr̃e. Et nunc domine pr̃ nr̃ es tu: nos vero lutũ: ꝛ fictor nr̃ tu: ꝛ oꝑa manuũ tuaꝝ omẽs nos. Ne irascaris dñe satis: ꝛ ne vltra memineris iniqtatis nr̃e. Ecce respice: populus tu⁹ omnes nos. Ciuitas sci tui facta est deserta: syon deserta facta est: irl'm desolata: dom⁹ scificationis nr̃e ꝛ glorie nr̃e: vbi laudauerunt te patres nr̃i: facta ẽ in exustionẽ ignis: ꝛ oĩa desiderabilia nr̃a versa sunt in ruinas. Nunquid sup his continebis te domine: tacebis et affliges nos vehementer. LXV.

Quesierunt me q ante nõ iterrogabant iuenerũt q nõ q̃sierũt me. Dixi. Ecce ego: ecce ego ad gẽtẽ q̃ nesciebat me q̃ nõ iuocabat nomẽ meũ. Expãdi manus meas tota die ad ppl'm incredulũ q gradit' in via nõ bona p⁹ cogitationes suas. Populus q ad iracũdiam ꝓuocat me ante faciẽ meã semp: q imolant in hortis ꝛ sacrificãt sup lateres: q habitãt in sepulchris: ꝛ in delubris idoloꝝ dormiũt: q comedũt carnẽ suillã: ꝛ ius ꝓphanũ i vasis eorũ q dicũt: recede a me nõ appropinques mihi: q2 imundus es. Isti fum⁹ erũt in furore meo: ignis ardens tota die. Ecce scriptũ ẽ cora3 me. Nõ tacebo. s3 reddã ꝛ retribuã in sinu eoꝝ iniqtates vr̃as: ꝛ iniqtates patrũ vr̃oꝝ sil' dicit dominus q sacrificauerũt sup montes. ꝛ sup colles exꝓbrauerunt mihi: ꝛ remetiar opus eorũ ꝑmũ in sinu eoꝝ. Hec dicit dñs. Quõ si inueniatur granũ in botro ꝛ dicat' ne dissipes illud qm̃ bñdictio est: sic faciam ꝓpter seruos meos vt nõ disꝑdam totũ. Et educã de iacob semen: ꝛ de iuda possidentẽ mõtes meos. Et hereditabunt eã electi mei: ꝛ serui mei habitabunt ibi Et erunt campestria in caulas gregũ: ꝛ vallis achor in cubile armentorum populo meo: qui requisierunt me. Et vos qui dereliquistis dominum qui obliti estis montẽ scm̃ meũ: qui ponitis fortune mensã. ꝛ libatis sup eã: numerabo vos in gladio: ꝛ oẽs ĩ cede corruetis: ꝓ eo q2 vocaui ꝛ nõ rñdistis: locutus sũ ꝛ non audistis: ꝛ faciebatis malum in oculis meis: ꝛ q̃ noluí elegistis. Propter h̃ hec dicit dñs de⁹. Ecce ꝯui mei comedẽt: ꝛ vos esurietis. Ecce ꝯui mei bibent. ꝛ vos sitietis. Ecce serui mei letabunt': ꝛ vos confundemini. Ecce serui mei laudabunt ꝑ exultatõe cordis. ꝛ vos clamabit' ꝑ dolore cordis ꝛ ꝑ ꝯtritiõe spũs vlulabitis: et dimittetis nomẽ vr̃m ĩ iuramẽtũ electis meis. Et interficiet te dominus deus: ꝛ seruos suos vocabit noĩe alio. In quo qui benedictus ẽ super terram: benedicetur in deo. amen. Et qui

iurat in terra: iurabit in deo. amen. Quia obli
uioni tradite ſunt anguſtie priores. ⁊ quia abſcō
dite ſunt ab oculis noſtris. Ecce. n. ego creo ce
los nouos ⁊ terram nouam: ⁊ non erunt in me
moria priora. ⁊ non aſcendent ſuper cor. ſꝫ gau
debitis ⁊ exultabitis vſqꝫ in ſempiternum i his
q̄ ego creo. Quia ecce ego creo irl'm exultatio/
nem ⁊ populū eiꝰ gaudiū. ⁊ exultabo in irl'm ⁊
gaudebo in ppl'o meo. ⁊ non audiet̃ in ea vltra
vox fletus ⁊ vox clamoris. Non erit ibi ampli
us infans dierum. ⁊ ſenex q nō impleat dies ſu
os: quoniam puer centū annoꝝ morietur: ⁊ pec/
cator centū annorū maledictus erit. Et edifica/
bunt domos ⁊ habitabunt ⁊ plantabūt vineas
⁊ comedent fructus earū. Non edificabunt. ⁊
alius habitabit: ⁊ non plantabunt. ⁊ aliꝰ come
det. Scd'm. n. dies ligni erunt dies ppl'i mei. ⁊
opera manuū eoꝝ inueterabunt electi mei. Nō
laborabunt fruſtra: neqꝫ generabūt in contur/
batione. qꝛ ſemen benedictoꝝ domini eſt. ⁊ ne/
potes eoꝝ cū eis. Eritqꝫ anteqꝫ clament ego ex
audiam. ad hec illis loquentibus ego audiam.
Lupus ⁊ agnus paſcent̃ ſimul. ⁊ leo ⁊ bos co/
medent paleaſ. ⁊ ſerpēti puluis panis eiꝰ. Nō
nocebunt: neqꝫ occident in omni monte ſancto
meo. dicit dominus.

LXVI

Hec dicit dn̄s. Celū ſedes mea terra au
tem ſcabellū pedū meoꝝ. Que eſt iſta
domus quam edificabitis mihi. ⁊ quis
iſte locus qetis mee. Oia hec manꝰ mea fecit ⁊
facta ſūt vniuerſa iſta. dicit dn̄s. Ad quem autē
reſpiciam: niſi ad pauperculū ⁊ ɔtritū ſpiritu.
⁊ trementē ſermones meos. Qui imolat bouē
q̄ſi q interficiat viꝝ. Qui mactat pecus: quaſi q
excerebret canē. Qui offert oblationē: quaſi q
ſanguinem ſuillū offerat. Qui recordat̃ thuris
q̄ſi q benedicat idolo. Hec omnia elegerunt in
vijs ſuis. ⁊ in abhominatiōibus ſuis aīa eorū
delectata eſt. Vnde ⁊ ego eligā illuſiones eorū
⁊ q timebāt adducā eis: qꝛ vocaui ⁊ non erat q
rn̄deret: locutus ſū ⁊ non audierunt. Fecerunt
qꝫ malū in oculis meis. ⁊ q̄ nolui elegerūt. Au
dite verbū dn̄i. q tremitis ad verbū eiꝰ. Dixe/
rūt fr̄es vr̄i odiētes vos. ⁊ abijciētes ꝓpter no
men meū. Glorificet̃ dn̄s. ⁊ videbimus i leti/
cia vr̄a: ipſi aūt ɔfundent̃. Vox ppl'i de ciuita/
te: vox de tēplo. vox dn̄i reddentis retributio/
nem inimicis ſuis. Añqꝫ ꝑturiet peperit. añqꝫ
veniret partꝰ eiꝰ peperit maſculū. Quis audi/
uit vnqꝫ tale. ⁊ qs vidit huic ſile. Nūqd partu/
riet terra in die vna: aut pariet̃ gens ſimul. qꝛ
parturiuit ⁊ peperit ſyon filios ſuos. Nūquid
ego qui alios parere facio: ipſe nō pariā. dicit
dn̄s. Si ego q generationē ceteris tribuo ſteri
lis ero: ait dn̄s deꝰ tuus. Letami cū irl'm. ⁊ ex/
ultate i ea oēs q diligit̃ eā. Gaudete cū ea gau
dio vniuerſi q lugetis ſup eā: vt ſuggatis ⁊ re/
pleamini ab vberibꝰ ɔſolatiōis eiꝰ: vt mulgea
tis ⁊ delitijs affluat̃ ab oīmoda gl'ia eiꝰ. Quia
hec dicit dn̄s. Ecce ego declinabo ſup eā quaſi
fluuiū pacis. ⁊ q̄ſi torrentē iundantem gloriam
gētiū quā ſuggetiſ. Ad vbera portabimini. ⁊ ſu
per genua blandient̃ vobis. Quō ſi cui mater
blandiat̃. ita ego ɔſolabor vos. ⁊ in irl'm ɔſola
bimi. Videbit̃. ⁊ gaudebit cor vr̄ꝫ. ⁊ oſſa vr̄a
q̄ſi herba germinabūt. Et cognoſcet̃ manꝰ dn̄i
ſeruis eiꝰ. ⁊ indignabit̃ inimicis ſuis. Quia ec
ce dn̄s in igne veniet. ⁊ q̄ſi turbo quadriga eiꝰ
reddere i indignatiōe furorē ſuū. ⁊ increpatio/
nē ſuā i flāma ignis. Qꝛ in igne dn̄s diiudica/
bit. ⁊ in gladio ſuo ad oēm carnē. ⁊ multiplica
bunt̃ iterfecti a dn̄o. Qui ſanctificabant̃ ⁊ mū
dos ſe putabāt i hortis poſt ianuā intrinſecꝰ: q
comedebāt carnē ſuillā. ⁊ abhominationem ⁊
murē: ſimul ɔſūment̃. dicit dn̄ſ. Ego autē ope
ra eoꝝ ⁊ cogitatiōes eoꝝ venio vt congregem
cū oibꝰ gentibus ⁊ liguis. ⁊ veniēt ⁊ videbūt
gloriā meā. Et ponā in eis ſignū. ⁊ mittam ex
eis q ſaluati fuerint ad gentes i mare: i africā
in lydiā: tenentes ſagittā i italiā. ⁊ greciam ad
inſulas longe: ad eos q nō audierunt de me. ⁊
nō viderūt gloriam meam. Et annūciabūt glo
riam meā gentibꝰ. ⁊ adducēt oēs fr̄es vr̄os de
cūctis gētibus donū dn̄o i eqs ⁊ in q̄drigis ⁊ in
lecticis ⁊ in mulis ⁊ i carrucis. ad montem ſcm̄
meū irl'm. dicit dn̄s. quō ſi inferant filii iſrael
munus in vaſe mūdo in domū dn̄i. Et aſſumā
ex eis in ſacerdotes ⁊ leuitas dicit dn̄s: qꝛ ſicut
celi noui ⁊ terra noua q̄ ego facio ſtare corā me
dicit dn̄s deus: ſic ſtabit ſemen vr̄m ⁊ nomē ve
ſtrum. Et erit menſis ex menſe. ⁊ ſabbatum ex
ſabbato. Veniet omnis caro: vt adoret coram
facie mea dicit dn̄s. Et egredient̃. ⁊ videbunt ca
dauera viroꝝ q preuaricati ſūt in me. Vermis
eoꝝ non morietur. ⁊ ignis eoꝝ non extinguetur
⁊ erunt vſqꝫ ad ſacietatē viſionis omni carni.

Explicit Iſaias. Incipit prafatio in
Hierenniam prophetam.

Hec interpretatio Hieronymi eſt.
Si qd in ea nouerit. ſm̄ hebreos co
dices exploret̃. Alia eſt ſeptuaginta
interpretum eccleſijs vſitata. Que
quanuis nonnulla aliter habeat quā
in hebreis codicibus inuenitur. Tn̄

vtraq3 idest fm septuaginta. τ fm hebreã: apostolica auctoritate firmata ē: nō errore neq3 reprehensione supiori: s3 certo ↄsilio septuaginta nōnulli aliter dixisse vel ↄtexuisse intelligunt. Qd ideo pmonemus ne qsq3 alteraz ex altera velit emendare. Qz singuloz in suo genere veritas obseruanda est.

Incipit prologus in eundem.

Hieremias ppheta cui hic plogus scribit: sermone quidē apud hebreos isaie τ osee τ qbusdā alijs pphetis videt ēe rusticior: s3 sensib⁹ par est: quippe q eodē spiritu pphetauerit. Porro simplicitas eloquij de loco ei in q natus ē accidit. Fuit. n. anathotites q ē vsq3 hodie viculus tribus ab hierosolymis distans milib⁹: sacerdos ex sacerdotibus: τ in mřis vtero scificat⁹: virginitate sua euāgelicū virū christi ecclesie dedicās. Hic vaticinare exorsus ē puer: τ captiuitatē vrbis atq3 iudee nō solū spū: sed τ oculis carnis intuitus est. Jā decē tribus israel assyrij in medos transtulerāt: iā terras caz coloni gentium possidebant. Vñ in iuda tm̄ τ in beniamin pphetauit: τ ciuitatis sue ruinas quadruplici planxit alphabeto: qd nos mensure metri versibusq3 reddidimus. Preterea ordinē visionū qui apud grecos τ latinos oio confusus est: ad pristinam fidem correximus. Librū aūt baruch notarij eius: qui apud hebreos nec legitur nec habetur ptermisimus: pro his omnib⁹ maledicta ab emulis pstolantes: quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior: qz vos cogitis. Ceterz ad cōpendiū mali rectius fuerat modum furori eoz silentio meo ponere: q3 quotidie noui aliqd scriptitantem inuidoz insaniā puocare.

Item alius prologus in eundem.

Joachim filius iosie: cuius tertiodecimo āno pphetare orsus est hieremias: sub quo τ Olda mulier pphetauit: ipse est qui alio nomie appellatur eliachin: τ regnauit sup tribum iuda τ irlm ānis vndecim. Cui successit i regnū fili⁹ ioachin cognomēto ieconias: qui tertio mense regni eius die decima captus a ducibus nabuchodonosor duct⁹ est in babylonē: τ in loco ei⁹ constitutus est sedechias filius iosie patru⁹ ei⁹: cuius anno vndecimo hierusalē capta atq3 subuersa est. Nemo igitur putet eundē in danielis principio ioachin: qui in ezechielis exordio ioachim scribitur. Iste extremam syllabam chim habet: ille chin. τ ob hanc causam in euāgelio fm mattheū vna videtur de esse generatio: qz secunda tesseredecas in ioachim desinit filium Josie. τ tertia incipit a ioachin filio ioachim. Quod ignorans porphirius calumniā istruit ecclesie: suam ostendens imperitiam: dū euangelistam mattheum arguere nititur falsitatis. Quodq3 traditum scribitur ioachim mōstrat non aduersarioz fortitudinis fuisse victoriam sed domini voluntatis.

Incipit argumentū in eundem.

Hieremias anathotites: q ē viculus tribus a hierosolymis distās milib⁹ apd taphnas in egypto a pplo lapidib⁹ obrutus occubuit. Jacet vero in eo loco sepultus q dudū pharao rex habitauerat. Et qm postulatione sua defugatis ab eodē loco serpentibus egyptios a tactu aspidū facit ēe securos magna eum ibi religione egyptij venerantur.

Explicit argumentum. Incipit Hieremias ppheta. Caplm I

Verba hieremie pphete filij helchie de sacerdotibus q fuerūt i anathot in terra beniamin. Quod factū ē vbū dñi ad eū in diebus iosie filij amō regis iuda in tertiodecimo āno regni eius. τ fcm ē i dieb⁹ ioachim filij iosie regis iuda: vsq3 ad ↄsūmationē vndecimi anni sedechie filij Josie regis iuda vsq3 ad trāsmigrationē irlm in mense quinto. Et factū est verbū dñi ad me dicens. Priusq3 te formarē in vtero: noui te τ anteq3 exires de vulua sanctificaui te: τ pphetā in gentib⁹ dedi te. Et dixi. A. a. a. dñe deus. Ecce nescio loq: qz puer ego sū. Et dixit dñs ad me. Noli dicere: quia puer sum: qm ad omnia que mittaz te: ibis: τ vniuersa quecūq3 mandauero tibi: loqueris. Ne timeas a facie eoz: quia tecū ego sū vt eruā te: dicit dominus. Et misit dñs manum suā: τ tetigit os meū. τ dixit ad me. Ecce dedi vba mea in ore tuo: τ ecce constitui te hodie sup gentes τ sup regna vt euellas τ destruas τ disperdas τ dissipes τ edifices τ plantes. Et factū est vbū dñi ad me dicēs. Quid tu vides hieremia? Et dixi. Virgam vigilantē ego video. Et dixit dñs ad me. Bene vidisti: quia vigilabo ego super verbo meo vt faciam illud Et factū est verbū domini secundo ad me dicēs Quid tu vides? Et dixi. Ollam succensam ego video. τ faciem eius a facie aquilonis. Et dixit dñs ad me. Ab aquilone pandetur malum: sup oēs habitatores terre. Quia ecce ego cōuocabo omnes cognationes regnoz aqui-

lonis ait domin⁹. ꝛ veniēt ꝛ ponēt vnusq̄sq̄ soliū suū in introitu portarū hierusalem. ꝛ sup oēs muros eius in circuitu. ꝛ super vniuersas vrbes iuda. Et loquar iudicia mea cū eis super omnē malitiā eoꝝ qui dereliquerūt me. ꝛ libauerūt dijs alienis. ꝛ adorauerunt opus manuū suarum. Tu ergo accinge lumbos tuos ꝛ surge ꝛ loquere ad eos omnia q̄ ego precipio tibi. Ne formides a facie eoꝝ: nec enim timere te faciam vultū eoꝝ. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatē munitam. ꝛ in colūnam ferreā. ꝛ in murum ereum super oēm terram. regib⁹ iuda. p̄ncipib⁹ eius ꝛ sacerdotibus ꝛ pplo terre. ꝛ bella būt aduersum te ꝛ nō p̄ualebunt. q: ego tecum sum ait domin⁹ vt liberem te: II

Et factū est verbū domini ad me dicēs. Vade ꝛ clama in auribus hierusalem dicens. Hec dicit domin⁹. Recordatus sū tui miserās adolescentiam tuā ꝛ caritatē de sponsatiōis tue q̄n̄do secuta es me in deserto in terra q̄ nō seminaꝰ. Scūs isrl̄ dn̄o: primitie frugū eius. Omnes q deuorant eū: delinquūt. mala veniēt sup eos dicit dn̄s. Audite verbū dn̄i dom⁹ iacob. ꝛ oēs cognationes dom⁹ isrl̄. Hec dicit dn̄s. Quid inuenerūt p̄res vr̄i in me iniq̄tatis: q: elongauerūt a me ꝛ ābulauerūt p⁹ vanitatem. ꝛ vani facti sunt. Et non dixerunt. vbi est dn̄s q ascēdere nos fecit de terra egypti q traduxit nos per desertū. per terrā inhabitabilē ꝛ in viā. per terrā sitis. ꝛ imaginē mortis. p t̄rā i q̄ nō ambulauit vir neq̄ h̄itauit hō. Et iduxi vos i t̄rā carmeli. vt comederetis fructū ei⁹ ꝛ bona illi⁹. Et igressi ꝯtamīastis terrā meā ꝛ hereditatē meā posuistis i abhominatōē. Sacerdotes nō dixerūt: vbi est dn̄s. ꝛ tenētes legē nescierūt me. ꝛ pastores preuaricati sunt in me Et pp̄he prophetauerūt in baal. ꝛ idola secuti sunt. Propterea adhuc iudicio ꝯtendā vobiscum. ait dn̄s. ꝛ cū filijs vr̄is disceptabo. Transite ad insulas cethim ꝛ videte. ꝛ incedar mitti te ꝛ considerate vehementer. ꝛ videte si factum est huiuscemodi. si mutauit gēs deos suos. Et certe ipsi non sūt dij. Populus v̄o meus mutauit gloriam suā in idolū. Obstupescite celi super h̄. ꝛ porte ei⁹ desolami vehemēter dicit dn̄s Duo eni mala fecit ppl's me⁹. Me dereliq̄rūt fontē aque viue. ꝛ foderūt sibi cisternas. cisternas diss̄patas q̄ ꝯtinere nō valent aquas. Nū q̄d seru⁹ est isral' aut v̄naculus. Quare ḡ fact⁹ est in predam. Sup eū rugerūt leones ꝛ dederūt vocē suā. posuerūt terrā ei⁹ i solitudinē. Ciuitates eius exuste sūt. ꝛ nō ē q habitet i eis. Filij quoq̄ mēpheos ꝛ taphnes ꝯstuprauerūt te vsq̄ ad verticē. Nūq̄d nō istud factū est tibi. q̄a dereliq̄sti dn̄m deū tuū eo t̄pe quo ducebat te p viā. Et nūc q̄d tibi vis i via egypti: vt bibas aquam turbidam. Et q̄d tibi cū via assyriorum vt bibas aquā fluminis. Arguet te malitia tua ꝛ auersio tua increpabit te. Scito ꝛ vide. quia malum ꝛ amarum est reliquisse te dominum deum tuum. ꝛ non esse timorē eius apud te dicit dn̄s deus exercituum. A seculo cōfregisti iugum meū: rupisti vincula mea ꝛ dixisti. Non seruiam. In omni. n. colle sublimi ꝛ sub omni ligno frōdoso tu ꝯsternabaris meretrix. Ego aūt plantaui te vineam electā. oē semen verū. Quō ergo ꝯuersa es mihi in prauū vinea aliena. Si laueris te nitro. ꝛ m̄ltiplicaueris tibi herbam borit. maculata es i iniq̄tate tua corā me dicit dn̄s deus. Quō dicis non sum polluta. post baalim nō ambulaui. Vide vias tuas i ꝯualle scito q̄d feceris. Cursor leuis explicans vias suas: onager assuetus in solitudine: in desiderio anime sue attraxit ventum amoris sui. Nullus auertet eā. Oēs qui querūt eā nō deficient: in menstruis eius inueniēt eā. Prohibe pedē tuum a nuditate: ꝛ guttur tuum a siti. Et dixisti. Desperaui neq̄ ꝑ faciā. Adamaui quippe alienos. ꝛ post eos ambulabo. Quō ꝯfundiꝰ fur q̄n̄ deprehendiꝰ. sic ꝯfusi sunt domus isrl̄. ipsi ꝛ reges eoꝝ. principes ꝛ sacerdotes ꝛ pp̄hete eoꝝ dicētes ligno. pater me⁹ es tu. ꝛ lapidi. tu me genuisti. Verterūt ad me tergū ꝛ non faciē ꝛ in t̄pe afflictionis sue dicēt. surge ꝛ libera nos Vbi sunt dij tui quos fecisti tibi. Surgant ꝛ liberēt te: in t̄pe afflictiōis tue. Scd̄m numerū q̄ppe ciuitatū tuarum: erant dij tui iuda. Quid vultis mecū iudicio ꝯtendere. Oēs dereliquistis me dicit dn̄s. Frustra ꝑcussi filios v̄ros: disciplinā nō receperūt. Deuorauit gladi⁹ vester ꝑphetas v̄ros: quasi leo vastator generatio vestra. Videte v̄bū dn̄i. Nūq̄d solitudo fact⁹ sū israheli: aut t̄ra serotina. Quare ergo dixit populus me⁹. recessimus. nō veniem⁹ vltra ad te Nūq̄d obliuisceꝰ v̄go ornamēti sui: aut sponsa fascie pectoralis sue. Ppl's vero me⁹ oblitus est mei diebus inumeris. Quid niteris bonam ostēdere viā tuā. ad q̄rendā dilectionē: q̄ insup ꝛ malitias tuas docuisti vias tuas. ꝛ in alis tuis iuentus est sanguis aīaꝝ paupeꝝ ꝛ inocentū. Nō in fossis iueni eos. sed in oibus q̄ supra memoraui. Et dixisti. Absq̄ pctō ꝛ innocēs ego sū. ꝛ ꝑpterea auertaꝰ furor tu⁹ a me. Ecce ego iudicio ꝯtendā tecū: eo q̄ dixeris. nō peccaui.

Quã vilis facta eo nimis: iterans vias tuas. Et ab egypto ꝯfunderis: sicut ꝯfusa ẽ ab assur. Nã ⁊ ab ista egredieris. ⁊ manus tue erũt sup caput tuũ: qm̃ obtriuit dñs ꝯfidentiã tuam ⁊ nihil habebis prosperum. III.

Ulgo dicit. Si dimiserit vir vxorem suam: ⁊ recedẽs ab eo duxerit virũ alterũ: nũqd reuertet ad eã vltra. Nũquid nõ polluta erit ⁊ ꝯtaminata mulier illa. Tu autẽ fornicata es cũ amatoribus multis: tamẽ reuertere ad me dicit dominus. ⁊ ego suscipiã te. Leua oculos tuos i directũ. ⁊ vide vbi nunc ꝓstrata sis. In vijs sedebas expectans eos quasi latro insidians i solitudine: ⁊ polluisti terrã in fornicationibus tuis ⁊ in malitijs tuis. Quã obrẽ ꝓhibite sunt stille pluuiarũ. ⁊ serotinus imber nõ fuit. Frons mulieris meretricis facta ẽ tibi noluisti erubescere. Ergo saltẽ amodo voca me pater meus. dux virginitatis mee tu es. Nũqd irasceris in ppetuũ: aut ꝑseuerabis in finẽ. Ecce locuta es ⁊ fecisti mala: ⁊ potuisti. Et dixit dominus ad me in diebus iosie regis. Nũqd vidisti q̃ fecerit auersatrix israel. Abijt sibimet sup oẽm montẽ excelsũ. ⁊ sub omni ligno frondoso. ⁊ fornicata est ibi. Et dixi. cũ fecisset hec oia ad me reuertere. ⁊ nõ est reuersa. Et vidit preuaricatrix soror eius iuda. quia ꝓ eo q̃ mechata esset auersatrix isrl'. dimisissem eã ⁊ dedissem ei libellũ repudij. ⁊ non timuit ꝑuaricatrix iuda soror eius: sed abijt ⁊ fornicata est etiam ipsa. ⁊ facilitate fornicationis sue ꝯtaminauit terrã ⁊ mechata est cũ lapide ⁊ ligno. Et in oĩbus his non est reuersa ad me preuaricatrix soror eius iuda in toto corde suo. sed in mendacio ait dominus. Et dixit dñs ad me. Iustificauit aĩam suã auersatrix israel ꝯparatione ꝑuaricatricis iuda. Uade ⁊ clama sermones istos ꝯtra aquilonẽ ⁊ dices. Reuertere auersatrix isrl' ait dominus. ⁊ non auertã faciẽ meã a vobis. q: sctũs ego sũ dicit dñs. ⁊ non irascar i ppetuũ. Uerũtamen scito iniqtatẽ tuã: q: in dñm deũ tuum preuaricata es. Et dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso ⁊ vocẽ meã non audisti ait dñs. Conuertimini filij reuertentes dicit dñs: quia ego vir vester. Et assumã vos. vnũ de ciuitate ⁊ duos de cognatiõe. ⁊ introducã vos in syon. Et dabo vobis pastores iuxta cor meum. ⁊ pascent vos sciã ⁊ doctrinã. Cũq; multiplicati fueritis ⁊ creueritis in t̃ra in diebus illis ait dominus nõ dicẽt vltra: archa testi dñi: neq; ascendet sup cor. neq; recordabunt illius. nec visitabit. nec fiet vltra. In tpe illo vocabunt irl'm solũ dñi: ⁊ ꝯgregrabunt ad eã oẽs gentes i noie dñi in irl'm. ⁊ nõ ambulabũt post prauitatẽ cordis sui pessimi. In diebus illis ibit domus iuda ad domũ isrl'. ⁊ venient simul de terra aquilonis ad terrã quã dedi patribus vr̃is. Ego aũt dixi. Quõ ponã te in filios. ⁊ tribuã tibi t̃rã desiderabilẽ hereditatem p̃clarã exercituũ gentium. Et dixi. Patrẽ vocabis me. ⁊ post me ingredi nõ cessabis. Sed quõ si ꝯtẽnat mulier amatorẽ suũ: sic cõtẽpsit me domus isrl'. dicit dominus. Uox in vijs audita est. ploratus ⁊ vlulatus filiorum isrl': qm̃ iniquã fecerũt viã suã: obliti sunt domini dei sui. Cõuertimini filij reuertẽtes. ⁊ sanabo auersiones vr̃as. Ecce nos venimus ad te. Tu. n. es dominus deus nr̃. Uere mẽdaces erant colles ⁊ multitudo montiũ. Uere in domino deo nr̃o salus isrl'. Cõfusio comedit laborẽ patrũ nr̃orum ab adolescẽtia nostra: greges eorum ⁊ armenta eorũ: filios eorũ ⁊ filias eorũ. Dormiemus in ꝯfusione nr̃a ⁊ opiet nos ignominia nr̃a: qm̃ domino deo nr̃o peccauimus nos ⁊ patres nostri ab adolescentia nr̃a vsq; ad diem hãc. ⁊ nõ audiuimus vocẽ dñi dei nr̃i. IIII.

Si reuerteris isrl' ait dñs: ad me cõuertere. Si abstuleris offendicula tua a facie mea non cõmoueberis. Et iurabis viuit dominus in veritate ⁊ i iudicio ⁊ i iusticia ⁊ benedicẽt eũ gentes ipmq; laudabunt. Hec eni dicit dñs viro iuda ⁊ habitatori irl'm. Nouate vobis nouale. ⁊ nolite serere super spinas. Circũcidimini domino. ⁊ auferte ꝑputia cordiũ vestrorum viri iuda. ⁊ habitatores irl'm: ne forte egrediatur vt ignis indignatio mea ⁊ succẽdatur. ⁊ non sit qui extinguat ꝓpter malitiã cogitationũ vr̃arum. Annũciate in iuda: ⁊ in irl'm: auditũ facite. loquimini. ⁊ canite tuba in terra clamate fortiter ⁊ dicite. Congregamini ⁊ ingrediamur ciuitates munitas. leuate signum in syon. Confortamini nolite stare. quia malũ ego adduco ab aquilone ⁊ cõtritionẽ magnã. Ascẽdit leo de cubili suo. ⁊ predo gentiũ se leuauit. Egressus est de loco suo: vt ponat terrã tuã in solitudinẽ. Ciuitates tue vastabuntur: remanẽtes absq; habitatore. Sup hoc accingite vos ciliciis: plangite ⁊ vlulate: q: non est auersa ira furoris dñi a vobis. Et erit in die illa dic dñs ꝑibit cor regis ⁊ cor ꝑncipum. ⁊ obstupescent sacerdotes ⁊ ꝓphe ꝯsternabunt. Et dixi. heu. heu. heu. dñe deus. Ergo ne decepisti ppl'm istũ ⁊ irl'm dicens: pax erit vobis. Et ecce peruenit gladius vsq; ad animam. In tempore illo dicetur populo huic ⁊ irl'm vẽtus vrens in vijs

q̄ ſūt i deſerto: vie filie popu[li] mei non ad ven
tilandū ⁊ ad purgandū. Spūs plen⁹ ex his ve
niet mihi. Et nūc ego: ſʒ loq̄r iudicia mea cum
eis. Ecce quaſi nubes aſcēdet. ⁊ quaſi tēpeſtas
currus eius. Velociores aquilis equi illius.
Ve nobis: qm̄ vaſtati ſumus. Laua a malitia
cor tuū irl'm: vt ſalua fias. Vſqꝫquo morabūt
in te cogitatiōes noxie? Vox. n. annūciantis a
dan. ⁊ notū facientis idolū de monte ephraim.
Dicite gentibus. Ecce auditū ē in irl'm: cuſto
des venire de t̄ra longinqua ⁊ dare ſup ciuita
tes iuda vocē ſuā. Quaſi cuſtodes agroꝝ facti
ſunt ſup eā in gyro: q2 me ad iracundiā ꝓuoca
uit dicit dn̄s. Vie tue ⁊ cogitationes tue fece/
runt hec tibi. Iſta malitia tua: q2 amara. quia
tetigit cor tuū. Vētrem meū: ventrē meum do
leo: ſenſus cordis mei turbati ſūt in me. Non
tacebo qm̄ vocē buccine audiuit aīa mea: cla/
morē plij. Contritio ſup ꝯtritionē vocata ē. et
vaſtata ē oīs terra. Repēte vaſtata ſunt taber
nacula mea ſubito pelles mee. Vſqꝫq̄ videbo
fugientē: audiā vocē buccine? Quia ſtult⁹ po/
pulus meus me nō cognouit. Filij inſipiētes
ſūt: ⁊ vecordes. Sapiētes ſūt vt faciant mala: bn̄
aūt facē neſcierūt. Aſpexi t̄ra ⁊ ecce vacua erat
⁊ nihil ⁊ celos ⁊ non erat lux in eis. Vidi mō/
tes ⁊ ecce mouebant̄: ⁊ oēs colles ꝯturbati ſūt
Intuitus ſum ⁊ ecce non erat hō ⁊ oē volatile
celi receſſit. Aſpexi ⁊ ecce carmelus deſertus.
⁊ oēs vrbes eius deſtructe ſunt a facie dn̄i ⁊ a
facie ire furoris eius. Hec. n. dicit dn̄s. De/
ſerta erit omnis terra: ſed tn̄ ꝯſūmationē non
faciā. Lugebit terra: ⁊ merebunt celi deſup eo
q locut⁹ ſum. Cogitaui ⁊ non penituit me: nec
uerſus ſum ab eo. A voce equitis. ⁊ mittentis
ſagittā fugit oīs ciuitas. Ingreſſi ſūt ardua. ⁊
aſcenderunt rupes. Vniuerſe vrbes derelicte
ſunt: ⁊ non habitat i eis hō. Tu aūt vaſtata qd
facies? Cū veſtieris te coccino: cum ornata fue
ris monili aureo: ⁊ pinxeris ſtibio oculos tu/
os: fruſtra cōponeris. Cōtēpſerunt te amato
res tui: aiam tuā querēt. Vocē. n. q̄ſi parturiē
tis audiui: anguſtias vt puerpere. Vox filie ſy
on inter morientes expādenteſqꝫ manus ſuas
Ve mihi: quia defecit anima mea propter inter
fectos. V

Circuite vias irl'm ⁊ aſpicite: ⁊ conſide
rate ⁊ querite in plateis eius: an inue
niatis virū facietē iudiciū. ⁊ querentē
fidem: ⁊ ꝓpitius ero ei. Q᷑ ſi etiā viuit dn̄s di
xerint: ⁊ hoc falſo iurabūt. Dn̄e oculi tui reſpi
ciūt fidē. Percuſſiſti eos ⁊ non doluerunt: at
triuiſti eos ⁊ renuerunt accipere diſciplinam.
Indurauerunt facies ſuas ſupra petrā ⁊ nolue
runt reuerti. Ego aūt dixi. Forſitan pauperes
ſunt ⁊ ſtulti: ignorantes viā dn̄i ⁊ iudicium dei
ſui. Ibo ḡ ad optimates ⁊ loquar eis. Ipſi. n.
cognouerūt viā domini ⁊ iudiciū dei ſui. Ec
ce magis hi ſimul cōfregerunt iugū: ruperunt
vincula. Idcirco percuſſit eos leo de ſilua: lu/
pus ad veſperā vaſtauit eos: pardus vigilās
ſup ciuitates eoꝝ. Omnis qui egreſſus fuerit ex
eis capiet̄: q2 multe ſūt preuaricationes eoꝝ: cō
fortate ſunt auerſiones eoꝝ. Super quo ꝓpiti
us tibi eſſe potero. Filij tui dereliquerunt me.
⁊ iurant in his qui non ſunt dij. Saturaui eos
⁊ mechati ſunt: ⁊ in domo meretricis luxuria/
bantur. Equi amatores in feminas: ⁊ emiſſarij
facti ſunt: vnuſquiſqꝫ ad vxorem ꝓximi ſui hin
niebat. Nunquid ſuper his non viſitabo dicit
dominus: ⁊ in gente tali non vlciſcetur anima
mea. Aſcendite muros eius ⁊ diſſipate: ꝯſum
mationē aūt nolite facere. Auferte ꝓpagines
eius: q2 non ſunt dn̄i. Preuaricatione. n. p̄ua
ricata ē in me domus iſrl' ⁊ dom⁹ iuda: ait do/
minus. Negauerunt dn̄m ⁊ dixerūt. Non eſt
ipſe: neqꝫ veniet ſup nos malū: gladiū ⁊ famē
non videbimus. Prophete fuerunt in vētum
locuti: ⁊ rn̄ſū non fuit in eis. Hec ergo eueni/
ent illis. Hec dicit dominus deus exercituū.
Quia locuti eſtis verbū iſtud. Ecce ego do ver
ba mea in ore tuo in ignē: ⁊ pplm̄ iſtū in ligna
⁊ vorabit eos. Ecce ego adducā ſup vos gen/
tē de lōginq̄: dom⁹ iſrl' ait dominus: gentē ro
buſtā: gentē antiquā: gētē cui⁹ ignorabis lin/
guā: nec itelliges qd loquat̄. Pharetra eius q̄
ſi ſepulchrum patēs vniuerſi fortes. Et come/
det ſegetes tuas ⁊ panē tuū deuorabit: filios tu
os ⁊ filias tuas comedet: gregē tuū ⁊ armenta
tua. et comedet vineā tuā ⁊ ficum tuā: et ꝯteret
vrbes munitas tuas in qbus tu habes fiduciā
gladio. Verūtamē i dieb⁹ illis ait domin⁹: nō
faciā vos i ꝯſūmationē. Q᷑ ſi dixeritis q̄re fe/
cit domin⁹ de⁹ nr̄ nobis hec oīa: dicēs ad eos.
Sicut dereliq̄ſtis me et ſeruiſtis deo alieno i ter
ra vr̄a: ſic ſeruietis dijs alienis i terra non vr̄a.
Annunciate hec domui iacob: et auditū facite i
iuda dicētes. Audi pple ſtulte q nō habes cor
q habētes oculos nō videtis: et aures et nō au
dit̄. Me ḡ nō timebitis ait dn̄s. et a facie mea
nō dolebit̄. Qui poſui arenā terminū mari:
p̄ceptū ſempiternū qd non p̄teribit. et cōmoue
bunt̄ et nō poterūt. et intumeſcēt fluct⁹ eius et
nō trāſibūt illud. Populo aūt huic factum eſt

cor icredulū ꝛ exasperās. Recesserūt ꝛ abierūt ꝛ nō dixerūt in corde suo. Metuamus dñm deum nostrū: q dat nobis pluuiā tēporaneā ꝛ serotinā i tpe suo: plenitudīe ꝫ ānue messis custodientē nobis. Iniquitates nostre declinauerunt hec: ꝛ pctā nostra ꝓhibuerūt bonū a nobis: qꝛ iuenti sūt in pplo meo ipij isidiantes q̄si aucupes: laqueos ponētes ꝛ pedicas ad capiendos viros. Sicut decipula plena auibus: sic dom⁹ eoꝝ plene dolo. Ideo magnificati sūt ꝛ ditati: i crassati sunt ꝛ ipinguati: ꝛ pterierunt ſmones meos pessime. Causā vidue nō iudicauerunt: cām pupilli nō direxerūt ꝛ iudiciū pauperū nō iudicauerunt. Nūquid superbis non visitabo dicit dominus: aut sup gentē huiuscemodi nō vlciscet̄ aīa mea? Stupor ꝛ mirabilia facta sunt in terra. Prophete ꝓphetabāt mēdaciū: ꝛ sacerdotes applaudebāt manib⁹ suis ꝛ ppl's me⁹ dilexit talia. Quid igit̄ i nouissimo eius. VI

Confortamini filij beniamin in medio irl'm: ꝛ in thecua clāgite buccina: ꝛ sup bethacaren leuate vexillū: qꝛ malum visum est ab aqlone ꝛ cōtritio magna. Speciose ꝛ delicate assimilaui filiā syon: ad eā veniēt pastores ꝛ greges eoꝝ. Fixerūt in ea tentoria in circuitu: pascet vnusq̄sq̄ eos qui sub manu sua sunt. Sāctificate sup eam belliū: ꝯsurgite ꝛ ascēdamus in meridie. Ve nobis, qꝛ declinauit dies: qꝛ longiores facte sunt vmbre vespi. Surgite ꝛ ascēdamus in nocte: ꝛ dissipem⁹ domos eius: qꝛ hec dicit dominus exercituum. Cedite lignū eius: ꝛ fundite circa hierusalē aggerem. Hec ē ciuitas visitationis: oīs calūnia in medio eius. Sicut frigidā facit cisterna aquā suā. sic frigidā fecit malitiā suāꝫ. Iniquitas ꝛ vastitas audiet̄ in ea corā me semp: infirmitas ꝛ plaga. Erudire hierusalē ne forte recedat aīa mea a te. ne forte ponā te desertā terrā ihabitabilem Hec dicit dñs exercituū. Vsq̄ ad racemū colligant q̄si in vinea reliqas israel. Conuerte manum tuā q̄si vindemiator ad cartallū. Cui loqr ꝛ quē contestabor vt audiat? Ecce incircuncise aures eoꝝ. ꝛ audire non possūt. Ecce verbum domini factū ē eis in opprobriū. ꝛ nō suscipiēt illud. Idcirco furore domini plenus sū: laborā ui sustinens. Effunde sup paruulū foris: ꝛ sup concilium iuuenū simul. Vir. n. cū muliere capietur: senex cum pleno dieꝝ. Et transibunt domus eorum ad alteros: agri ꝛ vxores pariē: qꝛ extendam manū meā super habitantes terram dicit dominus. A minore quippe vsq̄ ad maiorem oēs auaritie student ꝛ a ꝓpheta vsq̄ ad sacerdotē cuncti faciūt dolū. Et curabāt ꝯtritionem filie ppl'i mei cū ignominia dicentes: pax: pax ꝛ non erat pax. Cōfusi sunt: qꝛ abhoīationem fecerūt: qn potius ꝯfusione nō sūt confusi ꝛ erubescere nescierūt. Q̄obrē cadēt inter ruētos: in tpe visitationis sue corruent dicit dominus. Hec dicit domin⁹. State sup vias ꝛ videte: ꝛ iterrogate de semitis antiquis q̄ sit via bona: ꝛ āmbulate i ea: ꝛ iuenietis refrigeriū aīabus vestris. Et dixerūt. Non ambulabimus. Et ꝯstitui sup vos speculatores. Et dixi. Audite vocē tube. Et dixerūt. Nō audiem⁹. Ideo audite gētes ꝛ cognoscite ꝯgregatio: quāta ego faciam eis. Audi terra. Ecce ego adducā mala super ppl'm istum fructū cogitationuꝫ eius: qꝛ verba mea: nō audierūt: ꝛ legē meā ꝓiecerunt Vt qd mihi thus de saba affertis: ꝛ calamum suaue olēte de terra lōginq̄? Holocaustomata vestra nō sunt accepta: ꝛ victime vestre non placuerunt mihi. Propterea hec dicit domin⁹ Ecce ego dabo in populū istum ruinas: ꝛ ruēt in eis patres ꝛ filij simul: vicinus ꝛ ꝓxim⁹ peribunt. Hec dicit dñs. Ecce ppl's venit de terra aqlonis: ꝛ gens magna ꝯsurget a finib⁹ terre. Sagittā ꝛ scutū arripiet: crudelis est ꝛ non miserebit̄. Vox eius q̄si mare sonabit ꝛ super equos ascēdēt: ꝑparati q̄si vir ad preliū aduersum te filia syon. Audiuimus famā eius: dissolute sunt manus nostre. Tribulatio apphēdit nos dolores vt parturientem. Nolite exire ad agros ꝛ i vineā ne āmbuletis: qm̄ gladi⁹ inimici pauor i circuitu. Filia ppl'i mei accigere cilitio ꝛ ꝯspgere cinere. Luctū vnigeniti fac tibi plāctū amarū: qꝛ repente veniet vastator sup vos. Probatorē dedi te i pplo meo robustū: ꝛ scies ꝛ ꝓbatis vias eoꝝ. Oēs isti ꝑncipes declinātes. āmbulātes fraudulēter. Es ꝛ ferrū vniuersi corrupti sūt. Defecit sufflatoriū in igne ꝯsumptū ē plūbū. Frustra ꝯflauit conflator: malitie enim eoꝝ nō sunt ꝯsūpte. Argentū reprobum vocate eos: qꝛ dñs proiecit illos. VII

Verbū qđ factū est ad hieremiā a dño dicens. Sta in porta domus dñi: ꝛ ꝑdica ibi verbū istud ꝛ dic. Audite vbū dñi oīs iuda: q igredimini p portas has: vt adoretis dñm. Hec dicit dñs exercituū de⁹ isrl'. Bonas facite vias vestras ꝛ studia vestra: ꝛ habitabo vobiscū in loco isto. Nolite cōfidere i verbis mēdacij: dicētes templū dñi: templū dñi: tēplū dñi est. Q̄m si bene direxeritis vias vestras ꝛ studia vrā: si feceritis iudiciū iter virū ꝛ proximū eius: aduene ꝛ pupillo: ꝛ vidue non fece

ritis calumniā: nec sanguinē innocentē effude ritis in loco hoc: ⁊ post deos alienos non ambulaueritis in malū vobisinetipsis: habitabo vobiscū in loco isto in terra quā dedi patribus vestris a seculo ⁊ vsq3 in seculū. Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacij qui nō ꝓderunt vobis: furari. occidere: adulterari: iurare mendaciter: libare baalim: ⁊ ire post deos alienos quos ignoratis. Et venistis ⁊ stetistis coram me in domo hac in qua inuocatum ē nomen meū: ⁊ dixistis. liberati sumus eo ꝙ feceri mus oēs abbominationes istas. Nunqd ergo spelunca latronū facta est domus ista in qua inuocatū est nomen meū in oculis vestris? Ego ego sū: ego vidi dicit dominus. Ite ad locum meū in sylo vbi habitauit nomē meū a pricipio ⁊ videte que fecerim ei ꝓpter malitiam populi mei israel. Et nunc q2 fecistis omnia opa. hec dicit dominus: ⁊ locutus sū ad vos: mane consurgens ⁊ loquēs ⁊ nō audistis: ⁊ vocaui vos ⁊ non respondistis: faciā domui huic in qua inuocatū est nomen meū: ⁊ in qua vos habetis fiduciam: ⁊ loco quē dedi vobis ⁊ patribus vestris. sicut feci sylo: ⁊ ꝓijciam vos a facie mea: sicut ꝓieci oēs fratres vestros vniuersū semē ephraim. Tu ergo noli orare ꝓ populo h: nec assumas ꝓ eis laudē ⁊ orationē: ⁊ nō obsistas mihi. q2 non exaudiā te. Nōne vides quid isti faciunt in ciuitatibus iuda: ⁊ in plateis hierusalem? Filij colligunt ligna: ⁊ patres succendunt ignē: ⁊ mulieres ꝯspergūt adipē: vt faciāt placētas regine celi: ⁊ libent dijs alienis. ⁊ me ad iracundiā ꝓuocent. Nunqd me ad iracundiā ꝓuocant dicit dominus? Nōne semetipsos in confusione vultus sui? Ideo hoc dicit dominus Ecce furor meus ⁊ indignatio mea cōflatur super locū istum: super viros ⁊ super iumenta: ⁊ super lignū regiōis ⁊ super fruges terre: ⁊ succendetᷓ ⁊ non extinguetᷓ. Hec dicit domin⁹ exercituū deus israel. Holocaustomata vestra addite victimis vestris ⁊ comedite carnes. q2 nō sū locutus cū patribus vestris: ⁊ nō pcepi eis in die qua eduxi eos de terra egypti de verbo holocaustomatū ⁊ victimaꝝ. sed hoc verbū p̄cepi eis dicens. Audite vocem meam ⁊ ero vobis deus: ⁊ vos eritis mihi populus: ⁊ ambulate i n omni via quā mādaui vobis: ⁊ bene sit vobis. Et non audierunt nec iclinauerunt aurem suam. sed abierunt in voluptatibus ⁊ prauitate cordis sui mali: factiq3 sūt retro: sū: ⁊ nō in ante: a die qua egressi sunt patres eoꝝ d̄ terra egypti vsq3 ad diē hāc. Et misi ad vos oēs seruos meos ꝓphetas ꝑ diem: cōsurgens diluculo: ⁊ mittens: ⁊ nō audierūt me: nec iclinauerunt aurem suam sed indurauerūt ceruicē suā ⁊ peius operati sunt q̄3 patres eoꝝ. Et loqris ad eos omnia verba hec ⁊ nō audiēt te: ⁊ vocabis eos ⁊ nō respōdebunt tibi. Et dices ad eos Hec est gens que nō audiuit vocē domini dei sui: nec recepit disciplinā. Perijt fides: et ablata est de ore eoꝝ. Tonde capillū tuum et ꝓijce et sume in directum planctū: q2 ꝓiecit dominus et reliquit generationē furoris sui: q2 fecerunt filij iuda malum in oculis meis dicit dominus Posuerunt offendicula sua in domo in qua inuocatū est nomen meū vt pollurerent eā: et edificauerunt excelsa tophet q̄ est in valle filij ennon: vt icēderent filios suos et filias suas igni que non precepi nec cogitaui in corde meo: Ideo ecce dies venient dicit dominus: et nō dicetur amplius tophet et vallis filij ennon: sed vallis interfectionis: et sepelienᷓ in tophet eo ꝙ non sit locus. Et erit morticinū populi huius in cibos volucribus celi et bestijs terre: et non erit qui abigat. Et quiescere faciam de vrbibus iuda et de plateis hierusalem voce3 gaudij et vocem leticie vocem sponsi et vocem sponse. In desolatione enim erit terra.

VIII

In tēpore illo ait dominus: eijciēt ossa regum iuda: et ossa principum eius. et ossa sacerdotū: et ossa ꝓphetaꝝ: et ossa eoꝝ qui habitauerunt hierusalē de sepulchris suis: et expandent ea ad solem et lunam et oēm militiam celi que dilexerunt: et qbus fuierunt. e post que ambulauerūt et que q̄sierunt et adorauerunt. Non colligenᷓ et non sepelientur in sterquiliniū sup faciem terre erunt. Et eligent magis mortē q̄3 vitam omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima: in vniuersis locis que derelicta sunt: ad que eieci eos dicit dominus exercituū. Et dices ad eos. Hec dicit dominus. Nunquid qui cadit non resurget et qui auersus est non reuertetᷓ? Quare ḡ auersus est populus iste in hierusalē auersione contentiosa? Apprehenderunt mendaciū: et noluerunt reuerti. Attendi et auscultaui: nemo quod bonum est loquitur. Nullus ē qui agat penitētiam sup pctō suo dicens. Quid feci? Omnes cōuersi sunt ad cursū suū: q̄si equus impetu vadens in prelium. Miluus in celo cognouit tēpus suū: turtur et hirundo et ciconia custodierunt tempus aduentus sui. populus aūt meus non cognouit iudiciū dn̄i. Quomodo dicitis sapientes non sumus: et lex domini nobiscum

est. Vere mendaciū operat⁹ est stilus mendax scribax. Cōfusi sūt sapiētes: pterriti ⁊ capti sūt. Verbū eni domini ꝓiecerunt. ⁊ sapia nulla est in eis. Propterea dabo mulieres eoꝝ exteris: agros eoꝝ heredibus. Quia a minimo vsqꝫ ad maximū oēs auaritiā sequunt. a ꝓpheta vsqꝫ ad sacerdotem cūcti faciūt mendacium. Et sanabant ɔtritiōes filie populi mei ad ignominiā dicētes. pax. pax. cū nō esset pax. Cōfusi sunt. qa abbominatiōe; fecerunt. qnimo ɔfusione non sunt ɔfusi: ⁊ erubescere nescierunt. Jccirco cadent inter corruentes: in tpe visitatiōis sue corruent dicit dñs. Congregās ɔgregabo eos ait dñs. Nō est vua in vitibus. ⁊ nō sunt ficus i ficulnea. foliū defluxit. ⁊ dedi eis que ꝑtergressa sūt. Quare sedemus. Cōuenite ⁊ igrediamur ciuitatē munitā. ⁊ sileamus ibi: qꝛ dñs deus noster silere nos fecit. ⁊ potum dedit nobis aquā; fellis. Peccauimus. n. dño. Expectauim⁹ pace; ⁊ nō erat bonū: tps medele. ⁊ ecce formido A'dan auditus est fremitus equoꝝ eius: a voce hinnituū pugnatoꝝ ei⁹ cōmota est ois terra. Et venerunt ⁊ deuorauerunt trā ⁊ plenitudie; eius vrbē ⁊ habitatores eius. Qꝛ ecce ego mittā vobis serpētes pessimos qbus nō est incātatio. ⁊ mordebūt vos ait dñs. Dolor meus sup dolorē: in me cor meū merēs. Ecce vox clamoris filie ppl'i mei de tra lōginq. Nūqd dñs nō ē in syon. aut rex eius nō est i ea. Quare ḡ me ad iracundiā ɔcitauerunt in sculptilibus suis. ⁊ in vanitatibus alienis. Transit messis: finita est estas: ⁊ nos saluati nō sumus. Super ɔtritōe filie ppl'i mei ɔtritus su; ⁊ ɔtristatus. stupor obtinuit me. Nunqd resina nō est in galaad. aut medicus nō est ibi. Quare igit nō est obducta cicatrix filie populi mei.

IX

Quis dabit capiti meo aquam. ⁊ oculis meis fontem lachrymarum. Et plorabo die ac nocte iterfectos filie ppl'i mei. Quis dabit me in solitudine diuersoꝝ viatoꝝ. Et derelinquā ppl'm meum. ⁊ recedam ab eis: qꝛ oēs adulteri sunt. ⁊ cetus preuaricatorum. ⁊ extenderunt linguā suā q̄si arcum mendacij. ⁊ nō vitatis. Cōfortati sunt i tra: qꝛ de malo ad malum egressi sunt. ⁊ me non cognouerunt dicit dñs. Vnusqsqꝫ se a ꝓximo suo custodiat. ⁊ i oī fratre suo nō habeat fiduciā: qꝛ omnis frater supplātans supplantabit. ⁊ ois amicus fraudulenter incedet. ⁊ vir fratrē suum deridebit ⁊ veritatem nō loquet. Docuerunt. n. linguā sua; loq mēdaciu;: vt inique agerent laborauerunt. Habitatio tua. i medio doli; i dolo renuerunt scire me. dic dñs. Propterea h̄ dicit dñs exercituū. Ecce ego cōflabo ⁊ ꝓbabo eos. Quid. n. aliud faciā a facie filie ppl'i mei. Sagitta vulnerās lingua eoꝝ: dolū locuta est. Jn ore suo pacē cū amico suo loqt. ⁊ occulte ponit ei insidias. Nūqd sup his nō visitabo dicit dñs: aut in gēte huiuscemōi nō vlciscet aīa mea. Super montes assumā fletū ac lamentū. ⁊ super speciosa deserti planctū: qm̄ incēsa sunt eo q̄ nō sit vir pertransiēs. ⁊ nō audierūt vocē possidētis. A volucre celi vsqꝫ ad pecora trāsmigrauerunt ⁊ recesserūt. Et dabo irl'm in aceruos arene ⁊ cubilia draconum. ⁊ ciuitates iuda dabo in desolationem eo q̄ non sit habitator. Quis est vir sapiens q intelligat h. ⁊ ad quē verbū oris domini fiat vt annūciet istud q̄re pierit terra ⁊ exusta sit q̄si desertū. eo q̄ non sit q ptranseat. Et dixit dñs. Quia dereliquerūt legē mea; quam dedi eis. ⁊ non audierūt vocē meā ⁊ nō ambulauerūt i ea. ⁊ abierūt post prauitatē cordis sui. ⁊ p⁹ baalim qd̄ didicerūt a pribus suis. iccirco h dic dñs exercituū deus isrl'. Ecce ego cibabo ppl'm istū absinthio. ⁊ potu; dabo eis aquam fellis. ⁊ dispergā eos i gētibus quas nō nouerūt ipsi. ⁊ patres eoꝝ. ⁊ mittā post eos gladiū donec consumant. Hec dic dñs exercituū. Cōtemplamini ⁊ vocate lamētatrices vt veniāt. ⁊ ad eas q̄ sapiētes sūt mittite. ⁊ ꝓperent: festinēt ⁊ assumāt sup nos lamentū. Deducāt oculi nostri lachrymas. ⁊ palpebre nostre defluant aqs: qꝛ vox lamentatiōis audita est de syon. Quō vastati sumus ⁊ ɔfusi vehementer. Quia dereliquimus terrā. qm̄ deiecta sūt tabernacula nostra. Audite ḡ mulieres verbū dñi. ⁊ assumant aures vr̄e sermonē oris eius. ⁊ docete filias vr̄as lamētū ⁊ vnaqq; ꝓximā suā planctū. qꝛ ascendit mors per fenestras nr̄as: ingressa est domos nr̄as: dispdere paruulos deforis. iuuenes de plateis Loqre. Hec dicit dñs. Et cadet morticinu; hominis q̄si stercus sup faciē regionis. ⁊ q̄si fenu; post tergū metētis. ⁊ nō est q colligat. Hec dic dñs. Non gloriet sapiēs in sapia sua. ⁊ nō gloriet fortis in fortitudine sua. ⁊ nō gloriet diues in diuitijs suis: s; in hoc gloriet q gloriat. scire ⁊ nosse me: qꝛ ego sum dñs q facio miscordia; ⁊ iudiciū ⁊ iusticiā i terra. Hec. n. placēt mihi ait dñs. Ecce dies veniūt dicit dñs. ⁊ visitabo sup oēm q incircūcisu; habet ꝑputiu;. sup egyptum. ⁊ super iudā. ⁊ sup edom. ⁊ super filios amon. ⁊ super moab. ⁊ sup oēs qui attōsi sunt i comā habitantes i deserto: qꝛ oēs gētes hn̄t ꝑputiū. ois autē domus isrl' icircūcisi sunt corde

Audite ꝟbū qd̄ locutꝰ ē dn̄s sup X.
vos domꝰ israel. Hec dicit dn̄s. Jux
ta vias gentiū nolite discere. ꝛ a signis
celi nolite metuere q̄ timēt gētes: q꞉ leges po/
puloꝝ vane sūt. Quia lignū d̄ saltu p̄cidit opꝰ
manꝰ artificis i ascia. Argento ꝛ auro decora/
uit illud: clauis ꝛ malleis compegit vt nō dis/
soluat. Jn similitudinē palme fabricata sūt. et
nō loquēt: portata tollēt q꞉ incedere non valēt
Nolite ḡ timere ea: q꞉ nec male possunt facere
nec bene. Nō ē similis tui dn̄e: magnꝰ es tu: ꝛ
magnū nomē tuū in fortitudine. Quis non ti
mebit te o rex gētiū: Tuū est. n. decus. Inter
cūctos sapiētes gētiū. ꝛ in vniuersis regnis eo
rū: nullꝰ ē similis tui. Pariter isipiētes ꝛ fatui
p̱babunt. Doctrina vanitatis coꝝ lignum ē.
Argētū iuolutū de tharsis affert: ꝛ aurum de
ophaz opꝰ artificis ꝛ manꝰ erarij: hyacinthus
ꝛ purpura indumētū coꝝ. Opus artificū vni/
uersa hec: dn̄s aūt deꝰ verus est. Ipse deꝰ vi/
uēs: ꝛ rex sempiternꝰ. Ab indignatiōe eiꝰ cō/
mouebit tra: ꝛ nō sustinebūt gētes cōminatio/
nē eiꝰ. Sic ḡ dicetis eis. Dij q celos ꝛ traꝫ nō
fecerunt: p̱eant de tra. ꝛ de his q̄ sub celo sunt.
Qui facit terrā in fortitudine sua. p̄pat orbē in
sapia sua. ꝛ prudētia sua extēdit celos ad vocē
suā dat multitudinē aquaꝝ i celo. ꝛ eleuat nebu
las ab extremitatibꝰ tre. Fulgura in pluuiam
facit. ꝛ educit vētū de thesauris suis. Stultus
factꝰ ē ois hō a scia sua: cōfusus ē artifex ois i
sculptili: qm̄ falsū ē qd̄ ꝯflauit. ꝛ nō ē sp̄us i eis
Vana sūt. ꝛ opꝰ risu dignū. Jn tp̄e visitatiōis
sue p̱ibūt. Nō ē his similis ps iacob. Qui. n.
formauit oia ipse est: ꝛ israel virga hereditatis
eiꝰ: dn̄s exercituū nomē illi. Cōgrega de terra
ꝯfusionē tuā q̄ habitas in obsidione: q꞉ hec dic̄
dominus. Ecce ego lōge p̱iciam habitatores
tre in hac vice. ꝛ tribulabo eos: ita vt non inue
niant. Ve mihi sup ꝯtritione mea pessima: pla
ga mea. Ego autem dixi. Plane hec ifirmitas
mea ē. ꝛ portabo illā. Tabernaculū meū vasta
tū ē: oēs funiculi mei: dirupti sūt. Filij mei exi
erūt a me. ꝛ nō subsistūt. Nō est qui extēdat vl
tra tētoriū meū: ꝛ erigat pelles meas: q꞉ stulte
egerūt pastores ꝛ dn̄m nō q̄sierunt: p̱pterea n̄
itellexerūt: ꝛ ois grex coꝝ dispsus est. Vox au
ditōis ecce venit: ꝛ cōmotio magna de tra aq/
lonis: vt ponat ciuitates iuda solitudinē ꝛ habi
tacula draconū. Scio dn̄e: q꞉ non est hoīs via
eiꝰ: nec viri ē vt ambulet ꝛ dirigat gressus suos
Corripe me dn̄e: verūtn̄ in iudicio ꝛ nō in fu/
rore tuo: ne forte ad nihilū redigas me. Effun
de indignationē tuam sup gentes q̄ nō cogno
uerunt te. ꝛ super p̱uincias que nomē tuū nō
inuocauerunt: q꞉ comederunt iacob ꝛ deuora/
uerunt eum ꝛ consūpserunt illum: ꝛ decus eius
dissipauerunt.

XI

Verbū qd̄ factū ē a dn̄o ad hieremiā di/
cens. Audite ꝟba pacti huiꝰ: ꝛ loqui
mini ad viros iuda. ꝛ ad habitatores
irl̄m. ꝛ dices ad eos. Hec dicit dominꝰ deus
israel. Maledictus vir q nō audierit ꝟba pa/
cti huius: qd̄ precepi patribus vestris in die q̄
eduxi eos de tra egypti de fornace ferrea dicēs.
Audite vocē meā ꝛ facite oia q̄ p̄cepi vobis. ꝛ
eritis mihi i populū. ꝛ ego ero vobis in deum
vt suscitē iuramētū qd̄ iuraui p̄ribus vr̄is da/
turū me eis trā fluentē lacte ꝛ melle sicut ē dies
hec. Et rn̄di ꝛ dixi. Amē dn̄e. Et dixit dominꝰ
ad me. Vociferare oia ꝟba hec in ciuitatibus
iuda ꝛ foris hierusalē dicēs. Audite ꝟba pacti
hꝰ ꝛ facite illa: q꞉ ꝯtestās ꝯtestatus sū p̄res ve/
stros i die q̄ eduxi eos de tra egypti vsq3 ad diē
hanc. Mane ꝯsurgēs ꝯtestatꝰ sū ꝛ dixi: audite
vocē meā: ꝛ nō audierūt nec inclinauerūt aurē
suā: s3 abierūt vnusq̄sq3 i p̄uitate cordis sui ma
li. Et induxi sup eos oia ꝟba pacti huius: qd̄
p̄cepi vt facerēt ꝛ nō fecerūt. Et dixit dominus
ad me. Inuēta ē cōiuratio in viris iuda ꝛ i ha
bitatoribus hierusalē. Reuersi sunt ad iniqta/
tes patrū suoꝝ p̄oꝝ: q noluerūt audire verba
mea. Et hi ḡ abierūt pꝰ deos alienos vt suiēt
eis. Irritū fecerūt domus israel ꝛ domus iuda
pactū meū: qd̄ pepigi cū patribus coꝝ. Qobrē
hec dicit dominus. Ecce ego iducā sup eos ma
la de quibus exire nō poterūt: ꝛ clamabunt ad
me. ꝛ nō exaudiā eos. Et ibūt ciuitates iuda ꝛ
habitatores hierusalē ꝛ clamabūt ad eos quibꝰ
libāt: ꝛ nō saluabūt eos in tp̄e afflictionis coꝝ.
Scd̄m numeꝝ. n. ciuitatū tuaꝝ erāt dij tui iu/
da. ꝛ s̄m numeꝝ viaꝝ tuaꝝ hierusalē posuisti
aras ꝯfusionis: aras ad libādū baalim. Tu ḡ
noli orare p̱ populo h̄: ꝛ ne assumas p̱ eis lau
dem ꝛ orōnē: q꞉ nō exaudiā i tp̄e clamoris coꝝ
ad me: in tp̄e afflictionis coꝝ. Quid ē qd̄ dile/
ctus meꝰ in domo mea fecit scelera multa: Nū
quid carnes scē auferent a te malitias tuas: i q
bus gloriata es: Oliuā vberē pulchrā: fructi/
ferā: speciosā vocauit dn̄s nomē tuū. Ad vocē
loquele grādis exarsit ignis in ea: ꝛ combusta
sunt fruteta eius. Et dominus exercituū q plā
tauit te: locutus est super te malum: pro malis
domus israel ꝛ domus iuda q̄ fecerunt sibi ad
irritandū me: libantes baalim. Tu aūt dn̄e de

monstrasti mihi ⁊ cognoui: tu ondisti mihi stu
dia eoꝝ. ⁊ ego q̄si agnus mansuet⁹ q portat̄ ad
victimam. Et nō cognoui qꝛ cogitauerūt super
me ꝯsilia dicentes. mittam⁹ lignū in panez eius
⁊ eradamus cū de terra viuentiū. ⁊ nomen eius
nō memoret̄ amplius. Tu aūt dn̄e sabaoth qui
iudicas iuste ⁊ ꝓbas renes ⁊ corda: videam vl
tionem tuā ex eis. Tibi eni reuelaui cām meaz
Propterea h̄ dic̄ dn̄s ad viros anathot: qui q̄
runt aiam tuam. ⁊ dicūt. Non ꝓphabis i noie
dn̄i. ⁊ non morieris i manibus nr̄is. Propte
rea hec dicit dn̄s exercituuz. Ecce ego visitabo
sup̄ eos. Iuuenes morient̄ i gladio: filij eoꝝ ⁊
filie eoꝝ morient̄ i fame. ⁊ reliqe non erūt ex eis
Inducam enim malum sup̄ viros anathot: an
num visitationis eorum.

XII.

Iustus qdem tu es dn̄e si dispute tecuz
verūtn̄ iusta loquar ad te. Quare via i
pioꝝ ꝓsperat̄: bene ē oibus q p̄uaricā
tur ⁊ iniq̄ agūt̄. Plātasti eos ⁊ radicē miserūt
ꝓficiūt ⁊ faciūt fructū. Prope es tu ori eoꝝ: ⁊
longe a renibus eoꝝ. Et tu dn̄e nosti me: vidi
sti me. ⁊ ꝓbasti cor meū tecū. Cōgrega eos q̄si
gregem ad victimā. ⁊ sanctifica eos in die occi
sionis. Vsqꝫq̊ lugebit t̄ra ⁊ herba ois regiōis
siccabit̄ ꝓpter malitiā habitantiū i ea. Consum
ptum est aial ⁊ volucre: qm̄ dixerunt. non vide
bit nouissima nr̄a. Si cū peditib⁹ currēs labo
rasti. quō ꝯtendere poteris cum equis. Cū au
tez in terra pacis secura fueris. qd facies in sup̄
bia iordanis. Nam ⁊ fratres tui ⁊ domus pa
tris tui. etiam ipsi pugnauerunt aduersum te.
⁊ clamauerunt post te plena voce. Ne credas
eis cuz locuti fuerint tibi bona. Reliqui domū
meaz: dimisi hereditatē meā. Dedi dilectā ani
mam meam in manū inimicoꝝ eius facta ē mi
hi hereditas mea quasi leo in silua. Dedit ꝯtra
me vocem. ideo odiui eam. Nūqd auis disco
lor hereditas mea mihi. Nunqd auis tincta p̄
totum. Venite ꝯgregamini oēs bestie terre. ꝓ
perate ad deuorandū. Pastores multi demoli
ti sunt vineā meā. ꝯculcauerūt partē meā. De
derunt portiōem meā desiderabilē in desertum
solitudinis: posuerūt eam in dissipationē: luxit
qꝫ sup̄ me. Desolatiōe desolata est ois terra. qꝛ
nullus est qui recogitet corde. Super oēs vias
deserti venerūt oēs vastatores terre: qꝛ gladi⁹
dn̄i deuorauit ab extremo terre vsqꝫ ad extre
muz eius. Nō est pax vniuerse carni. Semina
uerūt triticū ⁊ spinas messuerūt. hereditatē ac
ceperunt. ⁊ nō eis proderit. Cōfūdemini a fruc
tibus vr̄is. ꝓpter iraz furoris dn̄i. Hec dici
dn̄s aduersum oēs vicinos meos pessimos: q
tangūt hereditatē quā distribui pp̄lo meo isra
Ecce ego euellam eos de terra sua. ⁊ domū iu
da euellā de medio eoꝝ. Et cū euulsero eos con
uertar ⁊ miserebor eoꝝ. ⁊ reducam eos virum
ad hereditatē suā. ⁊ virum in terrā suā. Et erit
si eruditi didicerint vias pp̄li mei vt iurent in
nomine meo. viuit dn̄s. sicut docuerunt pp̄l'm
meū iurare baal: edificabuntur in medio popu
li mei. Q̄d si nō audierint: euellā gentem illam
euulsione ⁊ perditione ait dn̄s.

XIII.

Hec dicit dn̄s ad me. Vade ⁊ posside ti
bi lumbare lineū. ⁊ ponēs illud super
lumbos tuos: ⁊ i aquā nō inferes illud
Et possedi lūbare iuxta verbuz dn̄i. ⁊ posui cir
ca lūbos meos. Et factus est s̄mo dn̄i ad me se
cūdo dicēs. Tolle lūbare q̄d possedisti q̄d ē cir
ca lumbos tuos. ⁊ surgens vade ad eufraten. ⁊
absconde ibi illud in foramine petre. Et abij ⁊
abscondi illud in eufraten: sicut p̄ceperat mihi
dn̄s. Et factū est post dies plurimos dixit dn̄s
ad me. Surge ⁊ vade ad eufraten. ⁊ tolle inde
lumbare q̄d p̄cepi tibi vt absconderes illud ibi
Et abij ad eufraten. ⁊ fodi. ⁊ tuli lumbare de lo
co vbi absconderam illud. Et ecce cōputruerat
lumbare ita vt nulli vsui aptuz esset. Et factum
est verbum domini ad me dicēs. Hec dicit do
min⁹. Sic putrescere faciam superbiam iuda ⁊
sup̄biam ir'l'm multā: pp̄l'm istū pessimum q no
lūt audire v̄ba mea. ⁊ ambulāt i prauitate cor
dis sui. abierūtqꝫ post deos alienos vt seruirēt
eis ⁊ adorarēt eos. Et erūt sicut lumbare istud
q̄d nulli vsui aptū est. Sicut. n. adheret lumba
re ad lumbos viri: sic agglutinaui mihi omnē
domū isr'l ⁊ oēm domū iuda dicit dn̄s vt essent
mihi in pp̄l'm ⁊ in nomen ⁊ in laudē ⁊ i gl'iam
⁊ nō audierūt. Dices ergo ad eos s̄monē istū
Hec dicit dn̄s deus isr'l. Ois lagūcula iplebit
vino. Et dicēt ad te. Nūqd ignoramus qꝛ ois
lagūcula iplebit̄ vino. Et dices ad eos. Hec di
cit dn̄s. Ecce ego implebo oēs habitatores t̄re
huius ⁊ reges q sedent de stirpe dauid sup̄ thro
num eius. ⁊ sacerdotes ⁊ ꝓphas ⁊ oēs habita
tores ir'l'm ebrietate. ⁊ dispergā eos viruz a frē
suo. ⁊ patres ⁊ filios parit̄ ait dn̄s. Non parcā
⁊ non ꝯcedam: neqꝫ miserabor vt non disper
gam eos. Audite ⁊ auribus p̄cipite: nolite ele
uari: qꝛ dn̄s locutus est. Date dn̄o deo vestro
gloriā anqꝫ ꝯtenebrescat. ⁊ anqꝫ offēdāt pedes
vr̄i ad mōtes caligosos. Expectabitis lucem. ⁊
ponet eā i vmbrā mortis ⁊ in caliginē. Q̄d si h̄
nō audieritis: in abscondito plorabit aia mea a

facie sup̄bie. Plorās plorabit ⁊ deducet oculus
meus lachrymā: q̄ꝛ captus ē grex dn̄i. Dic re/
gi ⁊ dn̄atrici. Humiliamini: sedete i t̄ra qm̄ de
scēdet de capite vr̄o corona glorie vr̄e. Ciuita/
tes austri clausi sunt. ⁊ non est q̄ aperiat. Trās
lata ē oīs iuda transmigratiōe perfecta. Leua/
te oculos vr̄os ⁊ videte: qui venitis ab aquilo
ne. Vbi ē grex q̄ datus ē tibi: pecus inclytum
tuum? Quid dices cum visitauerit te? Tu.n.
docuisti eos aduersū te. ⁊ erudisti i caput tuum
Nunqd non dolores apprehendent te q̄̄si mu
lierē parturientē? Q̄ si dixeris in corde tuo: q̄
re venerūt mihi hec. Propter multitudinē ini
quitatis tue: reuelata sūt verecūdiora tua: pollu
te sūt plāte tue. Si mutare potest ethiops pellē
suam: aut pardus varietates suas: ⁊ vos pote/
ritis bn̄facere cū didiceritis malū. Et dissemia
bo eos q̄̄si stipulā q̄ vēto raptat̄ in deserto. hec
sors tua parsq̄ʒ mensure tue a me dicit dn̄s: q̄a
oblita es mei ⁊ ꝯfisa es in mēdacio. Vn̄ ⁊ ego
nudaui femora tua ꝯ̄ faciē tuā. ⁊ apparuit igno
minia tua: adulteria tua. ⁊ hinnitus tu⁹: scelus
fornicatiōis tue. Sup̄ colles i agro vidi abho
minatiōes tuas. Ve tibi irl̄m. Nō mūdaberis
post me. Vsq̄ʒquo adhuc. XIIII

Quod fcm̄ ē v̄bū dn̄i ad hieremiam de
ꝟmōibus siccitatꝭ. Luxit iudea ⁊ porte
eius corruerunt ⁊ obscurate sūt i terra
⁊ clamor irl̄m ascēdit. Maiores miserunt mio
res suos ad aquā: venerunt ad hauriēdū. Nō
iuenerūt aquā: reportauerunt vasa sua vacua.
Cōfusi sūt ⁊ afflicti. ⁊ operuerūt capita sua p̄p̄
vastitatē t̄re: q̄ꝛ nō venit pluuia i t̄ram. Cōfusi
sūt agricole: operuerūt capita sua. Nā ⁊ cerua
i agro pep̄it ⁊ reliquit q̄ꝛ nō erat herba. Et ona
gri steterūt in rupib⁹: traxerunt ventū q̄̄si dra/
cones: defecerūt oculi eoꝝ q̄ꝛ non erat herba.
Si iniq̄tates nr̄e rn̄derit nobis: dn̄e fac ꝓpter
nomē tuum qm̄ multe sūt auersiōes nr̄e. Tibi
peccauimus expectatio isrl̄: saluator nr̄ i tēpore
tribulationis. Quare q̄̄si colonus futurus es i
terra: ⁊ quasi viator declinans ad manēdum?
Quare futurus es velut vir vagus ⁊ fortis: q̄
non potest saluare? Tu aūt i nobis es dn̄e. ⁊ no
men tuū iuocatū ē sup̄ nos: ne derelinq̄̄s nos.
Hec dicit dominus pp̄l̄o huic q̄ dilexit moue/
re pedes suos ⁊ nō quieuit: ⁊ dn̄o non placuit.
Nunc recordabitur iniquitatū eoꝝ: ⁊ visitabit
pctā eoꝝ. Et dixit dn̄s ad me. Noli orare pro
pp̄l̄o isto in bonum. Cū ieiunauerint nō exau
diam p̄ces eoꝝ ⁊ si obtulerint holocaustomata
⁊ victimas: non suscipiam ea. qm̄ gladio ⁊ fa/
me ⁊ peste ego ꝯsumā eos. Et dixi. A.a.a. do
mine deus. Prophete dicunt eis. Nō videbi
tis gladiū. ⁊ fames non erit in vobis: sʒ pacem
verā dabit vobis in loco isto. Et dixit dn̄s ad
me. Falso ꝓphete vaticinant̄ in nomine meo.
Nō misi eos: ⁊ nō p̄cepi eis: neq̄ʒ locutus suʒ
ad eos. Visionē mēdacē ⁊ diuinationeʒ frau/
dulentā ⁊ seductionē cordis sui ꝓphetāt vobis
Iccirco hec dicit dn̄s de ꝓphetis q̄ ꝓphetant i
noīe meo q̊s ego nō misi: dicētes gladius ⁊ fa
mes nō erit i t̄ra hac. In gladio ⁊ fame ꝯsumē
tur ꝓphe illi: ⁊ pp̄l̄i q̄bus ꝓphetāt erūt ꝓiecti
i viis irl̄m p̄ fame ⁊ gladio: ⁊ nō erit q̄ sepeliat
eos: ipsi ⁊ vxores eoꝝ: filii ⁊ filie eoꝝ. ⁊ effun/
dā sup̄ eos malū suuʒ. Et dices ad eos v̄bum
istud. Deducāt oculi mei lachrymā p̄ nocteʒ et
diē ⁊ nō taceāt: qm̄ ꝯtritione magna cōtrita est
v̄go filia pp̄l̄i mei: plaga pessima vehementer
Si egressus fuero ad agros ecce occisi gladio.
⁊ si itroiero i ciuitatē ecce attenuati fame. Pro
pheta q̊ʒ ⁊ sacerdos abierūt in terrā quā igno/
rabant. Nūqd ꝓiiciens abiecisti iudā: aut syō
abhoīata est aīa tua? Quare ergo p̄cussisti nos
ita vt nulla sit sanitas? Expectauim⁹ pacē ⁊ nō
est bonū: ⁊ tp̄s curationis ⁊ ecce turbatio. Co
gnouimus dn̄e impietates nr̄as iniq̄tates pa/
trū nr̄oꝝ: q̄ꝛ peccauimus tibi. Ne des nos in
opprobriū ꝓpter nomē tuū: neq̄ʒ facias nobis
ꝯtumeliā. Solii gl̄ie tue recordare: ne irritum
facias fedus tuū nobiscū. Nūqd sūt in sculptili
bus gentium qui pluant: aut celi possunt dare
imbres nisi tu volueris? Nōne tu es dominus
deus noster quem expectauimus? Tu enim fe
cisti omnia hec. XV

Et dixit dn̄s ad me. Si steterit moyses
⁊ samuel corā me: nō ē aīa mea ad po
pulum istum. Eiice illos a facie mea. ⁊
egrediantur. Q̄ si dixerit ad te: q̊ egrediemur
dices ad eos. Hec dicit dn̄s. Qui ad mortem
ad mortē: ⁊ q̄ ad gladiū ad gladiū: ⁊ q̄ ad famē
ad famē: ⁊ q̄ ad captiuitatē ad captiuitateʒ. Et
visitabo sup̄ eos q̄ttuor sp̄ēs dicit dn̄s. Gladi
um ad occisionē: ⁊ canes ad lacerādū: ⁊ volati
lia celi ⁊ bestias t̄re ad deuorādū ⁊ dissipādum
⁊ dabo eos i feruorē vniuersis regnis terre ꝓ
pter manassen filiū ezechie regis iuda sup̄ oīb⁹
que fecit in irl̄m. Quis.n. miserebitur tui irlʒ.
Aut q̄s ꝯtristabit̄ ꝓ te? Aut q̄s ibit ad rogādū
ꝓ pace tua? Tu r̄liquisti me dicit dn̄s: retrorsū
abisti. Et extendā manū meā sup̄ te. ⁊ itficiā te
Laboraui rogans. Et disp̄gā eos ventilabro i
portis terre. Interfeci ⁊ p̄didi populum meū.

et tamē a vijs suis nō sunt reuersi. Multiplicate sunt mihi viduae eius sup harenā maris. Induxi eis sup matrē adolescētis vastatorē meridie: misi sup ciuitates repēte terrorē. Infirmata est q̄ pepit septē: defecit aīa eius. Occidit ei sol cū adhuc esset dies: ɔfusa ē et erubuit. Et residuos eius in gladiū dabo in cōspectu inimicorū eorū: ait dn̄s. Ve mihi mater mea. Quare genuisti me virū rixe: virū discordie in vniuersa terra. Nō feneraui: nec fenerauit mihi quisq̄. Oēs maledicunt mihi dicit dominus. Si nō reliquie tue in bonū: si nō occurri tibi in tpe afflictionis: et i tēpore tribulationis aduersū inimicū. Nūqd federabit ferrū ferro ab aqlōe et es. Diuitias tuas et thesauros tuos i direptionē dabo gratis i oib⁹ pctis tuis et i oib⁹ t'mis tuis. Et adducā inimicos tuos de terra quam nescis: qz ignis succensus ē in furore meo et sup vos ardebit. Tu scis domine: recordare mei et visita me: et tuere me ab his qui psequunt me. Noli in patientia tua suscipe me. Scito qm̄ sustinui ꝓ te opprobriū. Inuenti sunt sermones tui et comedi eos. Et factū ē mihi verbū tuū in gaudiū et in leticiam cordis mei: qm̄ inuocatū est nomē tuū sup me: dominus deus exercituū. Nō sedi in ɔcilio ludentiū: et gloriatus sū a facie manus tue. Solus sedebā: qm̄ amaritudie replesti me. Quare factus ē dolor meus ppetuus: et plaga mea desperabilis renuit curari: facta ē mihi q̄si mendaciū aquarū infideliū. Propter hoc hec dicit dominus. Si ɔuerteris cōuertā te. et ante faciē meā stabis. et si sepaueris pciosū a vili: quasi os meū eris. Cōuertent ipsi ad te: et tu nō ɔuerteris ad eos. Et dabo te pplo huic in murū ereū fortē: et bellabunt aduersū te: et nō ɔualebunt: qz ego tecū sum: vt saluē te et eruā te dicit dominus. Et liberabo te de manu pessimorū: et redimā te de manu fortium.

XVI

Et factū est verbū domini ad me dicēs. Nō accipies vxorē et nō erūt tibi filij et filie in loco isto. Quia hec dicit dominus sup filios et filias q generant in loco isto: et sup matres eorū q̄ genuerunt eos: et sup patres eorū de quorū stirpe sūt nati in terra hac. Mortibus egrotationū morient. Nō plāgent et nō sepelient: in sterqliniū sup faciē terre erūt. Et gladio et fame ɔsument: et erit cadauer eorum in escā volatilibus celi et bestijs terre. Hec.n. dicit dn̄s. Ne igrediaris domū cōuiuij: neq3 vadas ad plangendū: neq3 ɔsoleris eos: qz abstuli pacē meā a pplo isto dicit dominus misericordiā et miserationes. Et morient grandes et parui i terra ista: nō sepelient neq3 plangent et nō se icident: neq3 caluitiū fiet ꝓ eis. Et nō frāgent iter eos lugenti panē ad ɔsolandū sup mortuo et nō dabunt eis potū calicis ad ɔsolandū sup patre suo et matre. Et domū ɔuiuij nō igredia ris vt sedeas cū eis et comedas et bibas: qz hec dicit dominus exercituū deus israel. Ecce ego auferā de loco isto in oculis vestris et i diebus vr̄is vocē gaudij et vocē leticie: vocē sponsi et vocē spōse. Et cū annūciaueris pplo huic oia verba hec et dixerit tibi: q̄re locutus ē dn̄s sup nos oē malū grande istud. Que nr̄a iniquitas aut qd̄ pctm̄ nr̄m qd̄ peccauim⁹ dn̄o deo nr̄o dices ad eos. Quia dereliquerūt me p̄res vestri ait dominus: et abierūt post deos alienos et seruierūt eis: et adorauerūt eos: et me dereliq̄runt et legē meā nō custodierūt. Sz et vos pei⁹ operati estis q̄ p̄res vr̄i. Ecce.n. ambulat vnusq̄sq3 post ꝓuitatē cordis sui mali vt me non audiat. Et eijciā vos de terra hac i terrā quā ignoratis vos et p̄res vestri: et fuietis ibi dijs alienis die ac nocte q nō dabūt vobis requiē. Propterea ecce dies veniēt dic dn̄s: et nō dicet vltra: viuit dn̄s q eduxit filios israel de t̄ra egypti: sz viuit dominus q eduxit filios israel de t̄ra aqlonis. et de vniuersis t̄ris ad q̄s eieci eos: et reducā eos in terrā suā quā dedi p̄rib⁹ eorū. Ecce ego mittā piscatores multos dic dominus: et piscabunt eos. Et post hec mittā eis multos venatores et venabunt eos de oī mōte et de oī colle: et de cauernis petrarū: qz oculi mei sup oēs vias eorū. Nō sūt abscōdite a facie mea: et nō fuit occulta iniq̄tas eorū ab oculis meis. Et reddā p̄mum duplices iniq̄tates et pctā eorū: qz ɔtaminauerūt terrā meā in morticinis idolorū suorū: et abhoīationibus suis ipleuerūt hereditatē meam. Domine fortitudo mea et robur meū: et refugiū meū in die tribulatiōis. Ad te gētes veniēt ab extremis t̄re: et dicēt. Vere mēdaciū possederunt patres nostri: vanitatē q̄ eis nō ꝓfuit. Nunqd faciet sibi hō deos: et ipsi nō sunt dij. Iccirco ecce ego ostendā eis p vicē hāc: ostendam eis manū meam et virtutē meam: et sciēt quia nomen mihi dominus.

XVII

Peccatū iuda scriptū ē stilo ferreo in vngue adamātino: exaratū sup latitudiez cordis eorū: et in cornibus ararū eorū. Cū recordati fuerit filij eorū ararū suarū et lucorū suorū: lignorūq3 frondentiū in mōtib⁹ excelsis: sacrificātes in agro: fortitudinē tuā: et oēs thesauros tuos in direptionē dabo: excelsa tua ꝓpter pctā in vniuersis finibus tuis. Et reli-

hi: gloriã eoꝝ in ignominiã cõmutabo. Pctã
ppl'i mei comedẽt: et ad iniqtatẽ eoꝝ subleua/
bunt aĩas eoꝝ. Et erit: sicut populus sic sacer/
dos. Et visitabo sup eũ vias eius et cogitatõe͂s
eius reddã ei. Et comedẽt et nõ saturabuntur.
Fornicati sunt et nõ cessauerunt: qm̃ dñm de/
reliquerunt in nõ custodiẽdo. Fornicatio et vi
num et ebrietas auferunt cor. Populus meꝰ i
ligno suo interrogauit. et baculus eius annun
ciauit ei. Spũs. n. fornicationum decepit eos,
et fornicati sunt a deo suo. Sup capita montiũ
sacrificabãt: et sup colles accendebant thymia/
ma subtus quercũ et populum et terebinthum
qr bona erat vmbra eius. Jdõ fornicabunt̃ filie
vr̃e: et sponse vr̃e adultere erunt. Nõ visitabo
sup filias vr̃as cum fuerint fornicate. et sup spõ
sas vr̃as cum adulterauerint: qm̃ ipsi cum me/
retricibus ↄuersabant̃. et cum effeminatis sa/
crificabant. Et ppls nõ intelligẽs vapulabit.
Si fornicaris tu isrl: non delinquat saltẽ iuda:
Et nolite igredi i galgala. et ne ascẽderitis in
bethauen: neq̃ȝ iurauerítis viuit dñs. Qm̃ si/
cut vacca lasciuiẽs declinauit isrl. Nunc pascet
eos dñs q̃si agnũ in latitudine. Particeps ido
loꝝ effraim. dimitte eũ. Separatũ ẽ ↄuiuiũ eo
rũ. fornicatiõe fornicati sunt: dilexerunt afferre

ignominiā,ptectores eius. Ligauit eū sp̄us in alis suis. et ↄfundent̄ a sacrificijs suis. V

Audite h̄ sacerdotes, et attendite dom⁹ israel. et domus regis auscultate. q2 vobis iudiciū est. Q̄m laqueus facti estis speculatiōi. et sicut rethe expāsū super thabor: et victimas declinastis i ,pfūdū. Et ego eruditor oium eoꝝ. Ego scio effraim: ꝛ israel nō ē abscōditus a me. Quia nūc fornicatus ē effrai: ↄtaminatus ē israel. Nō dabunt cogitatiōes suas vt reuertant̄ ad deū suū: q2 sp̄us fornicationū in medio eoꝝ. ꝛ dn̄m non cognouerūt. Et rn̄debit arrogantia israel in facie eius: ꝛ israel ꝛ effraim ruent in iniqtate sua. Ruet etiā iudas cū eis. In gregibus suis ꝛ i armentis suis vadēt ad qrendū dn̄m. ꝛ nō inuenient. Ablatus ē ab eis. In dn̄o p̄uaricati sunt: q2 filios alienos genuerunt. Nunc deuorabit eos mēsis cū ptibus suis. Clangite buccina in gabaa: tuba in rama Vlulate i bethauen: post tergū tuū beniamin. Effrai in desolatiōe erit. In die correptiōis in tribubus israel ostēdi fidē. Facti sūt p̄ncipes iuda q̄si assumentes t'minū: sup eos effundā q̄si aquā iram meam. Calūniā patiens ē effraiꝫ fractus iudicio: q̄m cepit abire post sordē. Et ego q̄si tinea effraim: ꝛ quasi putredo domui iuda. Et vidit effraim languorē suum: ꝛ iudas vinculum suum. Et abijt effraim ad assur: ꝛ misit ad regem vltorem. Et ipse non poterit sanare vos: nec soluere poterit a vobis vinculū. Q̄m ego quasi leena effraim: ꝛ quasi catulus leonis domui iuda. Ego ego capiam ꝛ vadam: tollā ꝛ non est qui eruat. Vadens reuertar ad locū meum: donec deficiatis: ꝛ queratis faciem meam. VI

In tribulatione sua mane ↄsurgent ad me. Venite ꝛ reuertamur ad dn̄m: quia ipse cepit ꝛ sanabit nos. pcutiet ꝛ curabit nos. Viuificabit nos post duos dies. i die tertia suscitabit nos. ꝛ viuemus in ↄspectu eius sciem⁹ seq̄murq3. vt cognoscamus dn̄m. Quasi diluculum p̄paratus ē egressus eius. ꝛ veniet q̄si imber nobis tēporaneus ꝛ serotinus tre. Quid faciā tibi effraiꝫ. qd faciā tibi iuda? Misericordia vr̄a q̄si nubes matutina ꝛ q̄si ros mane ptrāsiēs. Propter h̄ dolaui i ,pphetis. ꝛ occidi eos i v'bis oris mei. ꝛ iudicia tua quasi lux egrediet̄. Quia miam volui ꝛ nō sacrificiuꝫ. ꝛ sciam dei plusq̄ holocaustū. Ipsi aūt sicut adā transgressi sunt pactū. ibi p̄uaricati sunt in me. Galaad ciuitas operantium idolum supplantata sanguine. ꝛ quasi fauces virorum latronuꝫ.

Particeps sacerdotū. in via interficiētium pergentes de sichem. q2 scelus opati sūt. In domo israel vidi horrendū. Ibi fornicatiōes effraim: ↄtaminatus est israel. Sed ꝛ iuda pone messem tibi. cū ↄuertero captiuitatē ppl'i mei. VII

Cum sanare vellē israel reuelata est iniqtas effraim ꝛ malitia samarie: q2 opati sunt mendacium. Et fur ingressus est spoliās. latrūculus foris. Et ne forte dicāt i cordibus suis: oēm malitiam eoꝝ me recordatum. Nunc circūdederūt eos adinuentiones sue: coram facie mea facte sunt. In malitia sua letificauerunt regem: ꝛ in mendacijs suis p̄ncipes. O ēs adulterātes: q̄si clibanus succensus a coquente. Quieuit paululū ciuitas a cōmixtiōe fermenti donec fermentaret̄ totū. Dies regis nr̄i Ceperūt p̄ncipes furere a vino. Extendit manū suā cum illusoribus. q2 applicuerūt q̄si clibanū cor suū cū insidiaretur eis. Tota nocte dormiuit coquens eos: mane ipē succēsus q̄si ignis flāme. O ēs calefacti sunt quasi clibanus. ꝛ deuorauerūt iudices suos. O ēs reges eorum ceciderunt: nō est q clamat in eis ad me. Effraim in ppl'is ipē ↄmiscebat̄. Effraim factus est subcinerici⁹ panis: q nō reuersat̄. Cōederunt alieni robur eius: ꝛ ipse nesciuit. Sed ꝛ cani effusi sunt in eo: ꝛ ipē ignorauit. Et hūiliabit̄ sup̄bia israel in facie ei⁹. Nec reuersi sunt ad dn̄m deū suū ꝛ nō quesierūt eū i oībus his. Et factus est effraim q̄si colūba seducta: non hn̄s cor. Egyptū īuocabāt ad assyrios abierūt. Et cū ,pfecti fuerit expandā sup eos rhete meū. ꝛ quasi volucrē celi detrahā eos. Cedā eos s'm auditionem cetus eoꝝ. Ve eis: q̄m recesserūt a me. Vastabunt̄: q2 p̄uaricati sunt i me. Ego redemi eos ꝛ ipsi locuti sunt ↄ me mēdācia. Et non clamauerūt ad me i corde suo: s3 vlulabāt i cubilibus suis. Sup triticū ꝛ vinum rumiabāt. ꝛ recesserūt a me. Et ego erudiui eos: ꝛ confortaui brachia eoꝝ: ꝛ in me cogitauerūt malitiā. Reuersi sunt vt eēnt absq3 iugo. facti sūt q̄si arc⁹ dolosus. Cadēt in gladio p̄ncipes eoꝝ: a furore lingue sue. Ista subsānatio eoꝝ i tra egypti. VIII

In gutture tuo sit tuba quasi aquila super domum domini: pro eo q2 trāsgressi sūt fedus meū: ꝛ legē meam p̄uaricati sunt. Me inuocabunt deus meus: ꝛ cognouimus te israel. Proiecit israel bonū. inimic⁹ psequtur eū. Ipsi regnauerūt ꝛ nō ex me: principes extiterūt ꝛ nō cognoui. Aurum suū ꝛ argentū suū fecerunt sibi idola vt interirent. Proiect⁹ ē vitul⁹ tu⁹ samaria. Irat⁹ est furor me⁹ i eis.

Vsq̄ꝙ nō poterūt emūdari? Quia ex israel ⁊
ipse ē. Artifex fecit illū: ⁊ nō est deus. Quī in
aranearū telas erit vitulus samarie: qꝛ ventum
seminabūt ⁊ turbinē metēt. Culmus stās: nō
ē in eo germē: nō faciet farinā. Q̄d ⁊ si fecerit
alieni comedēt eā. Deuoratus ē israel: nunc fa
ctus ē in natiōibus q̄si vas imūdū: qꝛ ipsi ascē
derūt ad assur. Onager solitarius sibi effraim
Munera dederūt amatoribꝰ: sꝫ ⁊ cuꝫ mercede
ꝯduxerūt natiōes. Nunc ꝯgregabo eos: ⁊ qe
scent paulisper ab onere regis ⁊ principū. Qꝛ
multiplicauit effraim altaria ad peccandum: fa
cte sunt ei are in delictum. Scribam ei multi/
plices leges meas: q̄ velut aliene cōputate sunt
Hostias offerent: imolabunt carnes ⁊ come/
dent: ⁊ dn̄s nō suscipiet eas. Nunc recordabit̄
iniquitatis eoꝝ: ⁊ visitabit pctā eoꝝ. Ipsi i egy
ptuꝫ ꝯuertent̄. Et oblitus est israel factoris sui
⁊ edificauit delubra: ⁊ iudas multiplicauit vr/
bes munitas. Et mittā ignem in ciuitates eius
⁊ deuorabit edes illius. IX

Noli letari isrl̄. noli exultare sicut popu
li: quia fornicatus es a deo tuo. Dile/
xisti mercedem super oēs areas tritici.
Area ⁊ torcular nō pascet eos. ⁊ vinum men/
tiet̄ eis. Nō habitabūt i t̄ra dn̄i. Reuersus est
effraim i egyptū: ⁊ in assyrijs pollutū comedit
Nō libabūt dn̄o vinū: ⁊ non placebūt ei. Sa/
crificia eoꝝ q̄si panis lugentiū. Oēs q come/
dēt eū ꝯtamiabuntur qa panis eoꝝ aīe ipsoꝝ:
nō intrabit i domum dn̄i. Quid facietis in die
solēni in die festiuitatis dn̄i? Ecce .n. profecti
sunt a vastitate. Egyptꝰ congregabit eos: mē/
phis sepeliet eos. Desiderabile argētū eorum
vrtica hereditabit: lappa i tabernaculis eoruꝫ.
Venerūt dies visitationis: venerunt dies re/
tributiōis. Scitote isrl̄ stultū. ꝓphetā insanum
virū spiritalē. Propter multitudinē iniq̄tatis
tue: ⁊ multitudo amentie. Speculator effraim
cum deo meo ꝓpheta: laqueus ruine factus est
sup oēs vias eiꝰ. Insania i domo dei eiꝰ. Pro
funde peccauerūt: sicut i diebus gabaa. Recor
dabit̄ iniq̄tat̄ eoꝝ. ⁊ visitabit pctā eoꝝ. Qua/
si vuas in deserto inueni isrl̄: q̄si p̄ria poma fi/
culnee i cacumīe eiꝰ vidi p̄res eoꝝ. Ipi autem
ītrauerūt ad beelphegor: et abalīeati sūt in con
fusione: et facti sūt abhoīnabiles sicut ea q̄ dile/
xerūt. Effrai q̄si auis auolauit. Gl̄ia eorum a
partu: et ab vtero et a ꝯceptu. Q̄d et si enutrie
rint filios suos: absq̄ꝫ liber̄ eos faciam in ho/
minibꝰ. Sꝫ ⁊ ve eis: cū recessero ab eis. Effra/
im ut vidi tyrus erat: fūdata in pulchritudine.
Et effraim educet ad interfectorem filios suos.
Da eis dn̄e. Quid dab eis? Da eis vuluā sine
liberis: ⁊ vbera arentia. Oēs neq̄tie eorum in
galgal: qa ibi exosos hūi eos. Propter malitiā
adinuentionum eoꝝ: de domo mea eijciam eos.
Non addam ut diligam eos. Omnes princi/
pes eoꝝ recedētes. Percussus ē effraiꝫ: radix
eoꝝ exsiccata est. Fructū nequaq̄ꝫ facient. Q̄d
⁊ si genuerint: interficiā amantissima vteri eo
rum. Abijciet eos dn̄s deus meus: qꝛ non au
dierūt eum: ⁊ erunt vagi in nationibus. X

Vitis frondosa isrl̄: fructus adequatus ē
ei. Secd̄m multitudinē fructus sui mul
tiplicauit altaria: iuxta vbertatem terre
sue exuberauit simulacris. Diuisū est cor eoꝝ:
nunc interibunt. Ipse ꝯfringet simulacra eoꝝ
depopulabit̄ aras eoꝝ. Quia nunc dicent non
est rex nobis. Nō .n. timemus dn̄ꝫ. Et rex qd
faciet nobis? Loq̄mini verba visionis inutilis
⁊ ferietis fedus cū mendacio: ⁊ germinabit q̄si
amaritudo iudiciū sup sulcos agri. Vaccas be
thauen coluerunt habitatores samarie. Quia
luxit sup eū ppl̄us eius: ⁊ editui eius super euꝫ
exultauerūt in gloria eiꝰ: qꝛ migrauit ab eo. Si
q̄dem ⁊ ipse in assur delatus est munus regi vl
tori. Cōfusio effraim capiet: ⁊ cōfundet̄ israel i
volūtate sua. Transire fecit samaria regeꝫ suuꝫ
q̄si spumam sup faciē aq̄. Et disperdent̄ excel/
sa idoli pctm̄ isrl̄. Lappa ⁊ tribulus ascendet su
per aras eoꝝ. Et dicēt mōtibus operite nos: ⁊
collibus cadite sup nos. Ex diebus gabaa pec
cauit isrl̄. Ibi steterūt. Nō cōp̄hendet eos i ga
baa p̄liuꝫ: sup filijs iniq̄tatis. Iuxta desideriū
meū corripiā eos. Cōgregabunt̄ sup eos ppl̄i
cū corripient̄ ꝓpter duas iniq̄tates suas. Effra
in vitula docta diligere triturā: ⁊ ego trāsiui su
p pulchritudinē colli eius. Ascendā sup effraiꝫ
Arabit iudas: ꝯfringet sibi sulcos iacob: Se/
minate vobis in iusticia: ⁊ metite i ore mīicor
die īnouate vobis nouale. Tēpus aūt req̄rēdi
dn̄m: q venerit cū docebit vos iusticiā. Arastꝭ
ipietatem: iniq̄tatē messuistis: comedistis fru/
gem mēdacij. Quia ꝯfisus es in vijs tuis: ⁊ i
multitudine fortiū tuoꝝ: cōsurget tumultus in
populo tuo: ⁊ oēs munitiōes tue vastabunt̄ sic
vastatus ē salmana: a domo eiꝰ q vindicauit ba/
al: in die p̄lij matre sup filios allisa. Sic fecit
vobis bethel: a facie militie neq̄tiaꝝ vestrarū.
XI

Sicut mane trāsit: ptransit rex.
israel: qꝛ puer israel ⁊ dilexi eū: ⁊ ex egy
pto vocaui filiū meuꝫ: Vocauerūt eos
sic abierūt a facie eoꝝ. Baalim immolabant.

et simulacris sacrificabant. Et ego q̄si nutritius ephraim portabā eos in brachijs meis: et nescierunt q̄ curarē eos. In funiculis adā trahā eos in vinculis charitatis. Et ero eis q̄si exaltās iugum sup maxillas eorum: et declinaui ad eū vt vesceret. Nō reuertet in terrā egypti: et assur ipse rex eius q̄m noluerūt cōuerti. Cepit gladius in ciuitatibus eius: et cōsumet electos eius: et comedet capita eorum. Et ppl's meus pendebit ad reditum meū. Jugū autē imponet eis simul: qd non auferet. Quō dabo te ephraim: protegā te isrl'. Quō dabo te: Sicut adama ponā te: vt seboim Cōuersum est in me cor meū: pariter cōturbata ē plenitudo mea. Nō faciā furorē ire mee. Nō cōuertar vt disp̄dā ephraim: q̄m deus ego et nō hō. In medio tui sanctus: et nō ingrediar ciuitatē. Post dn̄m ambulabunt. Quasi leo rugiet: q2 ipse rugiet: et formidabunt filij maris. Et auolabunt q̄si auis ex egypto: et q̄si columba de tra assyriorum: et collocabo eos in domibus suis dicit dn̄s. Circūdedit me ephraim i negociatione: et in dolo domus israel. Judas aūt testis descendit cū deo: et cū scis fidelibus. XII

Ephraim pascit vētū: et seqtur estū. Tota die mendaciū et vastitatē multiplicat. Et fedus cū assyrijs iniit: et oleū i egyptum ferebat. Judiciū ḡ dn̄i cū iuda et visitatio sup iacob. Juxta vias eius et iuxta adinuentiones eius reddet ei. In vtero supplantauit frēz suū: et in fortitudine sua directus est cū angelo. Et inualuit ad angelū: et cōfortatus ē. Fleuit: et rogauit eū. In bethel inuenit eū: et ibi locutus ē nobiscū. Et dn̄s deus exercituū: dn̄s memoriale eius. Et tu ad dn̄z deū tuū cōuerteris. Misericordiā et iudiciū custodi: et spa in deo tuo semper. Chanaan i manu eius statera dolosa: calūniam dilexit. Et dixit ephraim. Verūtñ diues effectus sū: inueni idolum mihi. Oēs labores mei nō inuenient mihi iniqtatem quā peccaui. Et ego dn̄s deus tuus ex terra egypti. Adhuc sedere te faciā in tabernaculis: sicut in dieb9 festiuitatis. Et locut9 sū sup pphas: et ego visionē multiplicaui: et in manu pphaz assimulatus sū. Si galaad idolū: ergo frustra erāt in galgal bobus imolantes. Nā et altaria eorum q̄si acerui sup sulcos agri. Fugit iacob in regionē syrie. et seruiuit isrl' in vxorē: et in vxorem seruauit. In ppha aūt eduxit dn̄s israel de egypto: et i ppha seruatus est. Ad iracundiā me puocauit ephraim in amaritudinibus suis: et sanguis eius super eum veniet: et opprobrium eius restituet ei dominus deus suus. XIII

Loquēte ephraim: horror inuasit isrl' et deliqt in baal et mortuus ē. Et nūc addiderunt ad peccandū: feceruntq3 sibi cōflatile de argento suo q̄si sil'tudinē idolorum. Factura artificū totū ē. His ipsi dicunt. Immolate hoies vitulos adorātes. Idcirco erūt q̄si nubes matutina: et sicut ros matutin9 p̄teriēs. Sicut puluis turbine raptus ex area: et sicut fumus de fumario. Ego aūt dn̄s deus tuus ex tra egypti et deum absq3 me nesciēs et saluator nō ē preter me. Ego cognoui te i deserto: in tra solitudis. Juxta pascua sua adipleti sūt et saturati sūt. Et eleuauerūt cor suum: et obliti sunt mei. Et ego ero eis quasi leena: sicut pdus in via assyriorum. Occurrā eis q̄si vrsa raptis catulis: et dirūpaz interiora iecoris eorum. Et cōsumaz eos ibi q̄si leo: bestia agri scindet eos. Perditio tua israel: tm̄ modo i me auxiliū tuū. Vbi ē rex tuus: Maxime nunc saluet te i oibus vrbib9 tuis. Et iudices tui de qbus dixisti: da mihi regē et p̄ncipes Dabo tibi regē i furore meo: et auferā in indignatione mea. Colligata ē iniqtas ephraim absconditum pctm̄ eius. Dolores p̄turiētis venient ei. Ipse filius nō sapiēs. Nunc. n. nō stabit in cōtritiōe filiorum. De manu mortis liberabo eos de morte redimam eos. Ero mors tua o mors morsus tu9 ero inferne. Cōsolatio abscōdita est ab oculis meis: q2 ipse int frēs diuidet. Adducet vrētē ventū dn̄s de deserto ascēdētē: et siccabit venas ei9: et desolabit fōtē ei9: et ipse diripiet thesaurū ois vasis desiderabilis. XIIII

Pereat samaria: q̄m ad amaritudinē cōcitauit deum suum. In gladio pereāt. Paruuli eorum elidāt. et fete eius scidāt Cōuertere israel ad dn̄m deū tuū: q̄m corruisti i iniqtate tua. Tollite vobiscū vba et cōuertimini ad dn̄m: et dic te ei. Oēm aufer iniquitatem et accipe bonū: et reddemus vitulos labiorum nostrorum. Assur non saluabit nos. Super equum nō ascendemus: nec dicemus vltra dij nr̄i opa manuū nr̄arum: q2 eius q in te ē misereberis pupilli. Sanabo cōtritiones eorum: diligā eos spōtanee: q2 auersus ē furor meus ab eis. Ero quasi ros. Et israel germinabit sicut liliū: et erumpet radix eius vt libani. Ibūt rami eius: et erit q̄si oliua gl'ia eius: et odor eius vt libani. Cōuertētur sedētes i vmbra ei9: viuēt tritico. Et germinabūt q̄si vinea: memoriale eius sicut vinū libani. Ephraim qd mihi vltra idola: Ego exaudiam et dirigā eum: ego vt abietē virentem: ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens et intelliget ista: intelligens et sciet hec: Quia

recte vie dn̄i ⁊ iusti ambulabunt in eis: preuari
catores vero corruent in eis.

¶ Explicit Osee propheta. Incipit prolo
gus in Iohel prophetam.

SAnctus iohel apd' hebreos post osee
ponitur. Et sicut ibi sub noīe ephrai
ad decem tribus confertur vaticiniū
q̄ vel samaria vel israel sepe memo/
rant᷑. sic in hunc ꝓphetam oē qđ dicit᷑ ad tribuꝫ
iuda ⁊ ad irl'm ꝑtinere credēdū est. ⁊ nullaꝫ oio
israhelis. i. decem tribuū in hac fieri mentionē
Tēpora quoqꝫ quib⁹ ꝓphetauit eadeꝫ debem⁹
accipe q̄ in osee legimus in diebus ozie. ioathan
⁊ achaz ⁊ ezechie reguꝫ iuda. ⁊ in diebus hiero
boam filij ioas regis israel. Porro factū esse s/
monē dn̄i ad meritū eius refert᷑ cui fit nō ad cō
ditionem eius q fieri dicit᷑. vt alibi legim⁹. Do
min⁹ factus est mihi i salutē. Auditus. n. i scri/
pturis scis nō est iste q ad aures sonat: sed q in
corde percipit᷑. iuxta illud qđ dn̄s loquit᷑. Qui
habet aures audiendi audiat. Qđ aūt dicit᷑ he/
braice iezini. grece enechziasti. latine sonat au/
ribus percipite. ꝓprie nō aure sed corde ꝑcipit᷑
Qui senes sūt ⁊ celestes audiunt spūaliter: qui
aūt habitant i terra appellant᷑qꝫ terreni. aurib⁹
ꝑcipiūt. Vbicūqꝫ aūt hec duo vba iūcta ponūt᷑
nō ad simplicē tm̄ vboꝝ sonū. sed ad recondi/
tā quoqꝫ dictoꝝ itelligentiā ꝑtinere intelligēdū
ē. In genesi lamech loquit᷑ ad vxores suas ada
⁊ sella. Audite vba mea vxores lamech aurib⁹
ꝑcipite sermones meos. Quia virum occidi in
vulnus meū. ⁊ iuuenem in liuorem meum. Et
isaias. Audite celi ⁊ auribus ꝑcipe terra.

¶ Item alius ꝓlogus in eundem.

IN hoc ꝓpheta iccirco nec reges nec
tpa sūt ꝓnotata: qꝛ eisdē tꝑoribus ac
regib⁹ qbus osee ꝓphetauerat ⁊ ipe
ꝓphauit. Ex tribus igit᷑ generibus
rhetoꝝ h̄ sumūt᷑ ꝑncipia ⁊ tres sūt argumētorū
ꝑtes ex qbus icipe solet ois orator. Aut. n. do/
ciblles. aut beniuolos: aut attētos auditores dꝫ
efficere. Hic g̊ ꝓpheta a magnitudie cladis su
mēs ꝑncipiū cosqꝫ q audituri erāt. volēs ad pe
nitētiā ꝓuocare reddit attētos admirās futurū
malū vt ꝯsiderātes vēture cladis aspitatē: oci⁹
arripēt pniaꝫ. Iohel interꝑtat᷑ incipiēs. aut do
mini descēsus. Fatuel vo aut latitudo. aut ho
stiū dei. Tropologice hoc est ꝙ q ostiū dei ⁊ sci
entiā habuerit aptā. recte incipit prophetare.

¶ Incipit argumentum in eundem

IOhel fili⁹ fatuel describit terrā duo
deci tribuū: eruca. bruco. locusta. ru
biginē vastante ꝯsumptam: ⁊ post reuersioneꝫ
prioris populi effusum iri spm̄ sanctū super ser
uos dei ⁊ ancillas. i. super centū viginti creden
tes hoies q fuere in cenaculo syon. q centuꝫ vi/
ginti ab vno vsqꝫ ad quindeciꝫ: paulatiꝫ ⁊ ꝑ in
cremēta surgentes. quindeciꝫ graduū numerū
efficiūt qui in psalterio mystice continentur.

¶ Explicit argumentum. Incipit Iohel
propheta ¶ Capitulum. I

VErbum domini
qđ factū est ad iohel filiū fatuel.
Audite hec senes. ⁊ aurib⁹ ꝑci
pite oēs habitatores trē. si factū
est istđ i diebus vr̄is. aut i die/
bus patrū vr̄oꝝ. Sup h̄ filijs vestris narrate
⁊ filij vestri filijs suis ⁊ filij eoꝝ gn̄atiōi altere.
Residuū eruce comedit locusta: ⁊ residuū locu
ste comedit brucus: ⁊ residuū bruci comedit ru
bigo. Expgiscimini ebrij: flete ⁊ vlulate oēs q
bibitis vinū i dulcedine: qm̄ ꝑijt ab ore vestro
Gēs. n. ascēdit sup trā meā. fortis ⁊ inumera
bilis. Dētes eius vt dētes leōis: ⁊ molares ei⁹
vt catuli leonis. Posuit vineā meā i desertuꝫ ⁊
ficum meā decorticauit. Nudans spoliauit eam
⁊ ꝓiecit. albi facti sūt rami eius. Plange quasi
vgo accincta sacco: sup virum pubertatis sue.
Perijt sacrificiuꝫ et libatio de domo dn̄i: luxe/
runt sacerdotes ministri dn̄i. Depopulata ē re
gio: luxit humus: qm̄ deuastatū est triticū. Con
fusuꝫ est vinuꝫ et elanguit oleū. Cōfusi sūt agri
cole: vlulauerunt vinitores sup frumento et or
deo. quia ꝑijt messis agri. Vinea confusa est: et
ficus elāguit. Malogranatū et palma et maluꝫ
et oia ligna agri aruerūt: quia ꝯfusuꝫ est gaudiū
a filijs hoium. Accingite vos et plangite sacer/
dotes: vlulate ministri altaris. Ingredimini:
cubate in sacco ministri dei mei: quoniam inte/
rijt de domo dei vestri sacrificium ⁊ libatio. Sā
ctificate ieiunium. vocate cetuꝫ: ꝯgregate senes
oēs habitatores terre in domū dei vr̄i. et clama
te ad dn̄m. A. a. a. diei. qꝛ ꝓpe est dies domini
et q̄si vastitas a potente veniet. Nūqd nō coraꝫ
oculis vr̄is alimenta ꝑierūt: de domo dei vestri
leticia et exultatio. Computruerunt iumenta in
stercore suo. Demolita sunt horrea dissipate sūt
apothece: qm̄ ꝯfusum est triticum. Quid inge/
muit aial: mugierunt greges armēti. Quia nō
est pascua eis. Sed et greges pecorum disperie
rūt. Ad te domie clamabo: quia ignis comedit
speciosa deserti: et flāma succendit oia ligna re/
gionis. Sed et bestie agri quasi area sitiēs im/

brē suspexerūt ad te: qm̄ exiccati sunt fontes aq̄
rū: ⁊ ignis deuorauit speciosa deserti. II

Canite tuba in syon: vlulate in mōte sā
cto meo. Cōturbēt oēs habitatores ter
re q2 venit dies dñi: q2 ꝑpe ē dies tene
braꝝ ⁊ caliginis: dies nubis ⁊ turbinis. Qua
si mane expansū sup montes ppl's multus ⁊ for
tis. Silis ei non fuit a pncipio: ⁊ post eū non
erit vsq3 in ānos generatiōis ⁊ generationis.
Añ faciem eius ignis vorās: ⁊ post eū exurēs
flāma. Quasi hortus voluptatis tra corā eo: ⁊
post eū solitudo deserti: neq3 ē q effugiat eum.
Quasi aspect⁹ equoꝝ aspectus eoꝝ ⁊ q̄si eqtes
sic currēt. Sicut sonit⁹ q̄drigaꝝ sup capita mō
tium exiliēt: sicut sonit⁹ flāme ignis deuorantꝭ
stipulā: velut ppl's fortis ꝑparatus ad ꝑliū.
A facie eius cruciabunt ppl'i: oēs vultus redi
gent i ollā. Sicut fortes currēt: quasi viri bel
latores ascendent murū. Viri in vijs suis gra
dient: ⁊ nō declinabūt a semitis suis. Vnusq̄s
q3 frēm suū non coartabit: singuli in calle suo
ābulabūt. Sed ⁊ p fenestras cadēt: ⁊ nō demo
lient. Vrbē ingredient: in muro currēt. Do
mos ꝯscēdēt: p fenestras itrabūt q̄si fur. A fa
cie eius ꝯtremuit terra. moti sunt celi. Sol ⁊ lu
na obtenebrati sūt: ⁊ stelle retraxerūt splēdoreꝫ
suū. Et dñs dedit vocē suā ante faciē exercitus
sui: q2 multa sunt nimis castra eius: q2 fortia et
facientia verbū eius. Magnus .n. dies dñi: ⁊
terribilis valde. Et qs sustinebit eum? Nūc g̃
dicit dñs. Conuertimini ad me i toto corde ve
stro: i ieiunio ⁊ fletu ⁊ in plāctu: ⁊ scindite cor
da vr̄a ⁊ non vestimēta vr̄a. Et ꝯuertimini ad
dñm deū vr̄m: q2 benignus ⁊ misericors ē: pa
tiens ⁊ multe mīe ⁊ p̄stabilis sup malitia. quis
scit si ꝯuertat: ⁊ ignoscat ⁊ relinquat post se bñ
dictionē? Sacrificiū ⁊ libamē dño deo nostro.
Canite tuba in syon: scificate ieiuniuꝫ: vocate
cetum. ꝯgregate ppl'm. scificate ecclesiam. co
adunate senes. ꝯgregate puulos ⁊ suggentes
vbera. Egrediat sponsus de cubili suo. ⁊ spon
sa de thalamo suo. Inter vestibulū ⁊ altare plo
rabunt sacerdotes ministri dñi ⁊ dicent. Par
ce dñe pce ppl'o tuo. ⁊ ne des hereditatē tuā in
opprobriū. vt dñent eis nationes. Quare di
cunt in ppl'is vbi est deus eoꝝ? Zelatus ē dñs
terrā suā. ⁊ pepcit ppl'o suo. Et respondit dñs
⁊ dixit ppl'o suo. Ecce ego mittam vobis fru
mentū ⁊ vinū ⁊ oleū. ⁊ replebimini in eis ⁊ nō
dabo vos vltra opprobriū in gentibus. Et eū
q ab aqlone ē. ꝓcul faciam a vobis. ⁊ expellaꝫ
eū in terrā inuiā ⁊ desertam. Faciē eius ꝯ ma
re orientale. ⁊ extremū ei⁹ vsq3 ad mare nouissi
mū. Et ascendet fetor eius. ⁊ ascendet putredo
ei⁹ q2 supbe egit. Noli timere terra: exulta ⁊ le
tare. qm̄ magnificauit dñs vt faceret. Nolite ti
mere aīalia regiōis: q2 germinauerunt speciosa
deserti. q2 lignum attulit fructū suum: ficus ⁊ vi
nea dederunt v̄tutem suā. Et filie syon exulta
te ⁊ letamini in dño deo vr̄o. quia dedit vobis
doctorē iusticie: ⁊ descendere faciet ad vos im
brem matutinū: ⁊ serotinū sicut in pncipio. Et
implebunt aree frumento. ⁊ redundabunt tor
cularia vino ⁊ oleo. Et reddam vobis annos
quos comedit locusta brucus ⁊ rubigo ⁊ eruca:
fortitudo mea magna quam misi in vos. Et co
medetis vescentes ⁊ saturabimini. ⁊ laudabitis
nomen dñi dei vestri q fecit mirabilia vobiscuꝫ
Et nō confundet ppl's meus in sempiternum:
⁊ scietis q2 in medio isrl' ego suꝫ. Et ego dñs de
us vester: ⁊ nō est ampli⁹: ⁊ nō cōfundet popu
lus me⁹ in eternū. Et erit post hec effundā spm̄
meū sup oēm carnē. ⁊ ꝓphetabunt filij vr̄i ⁊ fi
lie vr̄e. Senes vr̄i somnia somniabūt. ⁊ iuue
nes vr̄i visiōes videbūt. Sed ⁊ sup seruos me
os ⁊ ancillas in dieb⁹ illis effundā spm̄ meū. ⁊
dabo ꝓdigia in celo. ⁊ in terra sanguinē ⁊ ignē
⁊ vaporē fumi. Sol cōuertet in tenebras: ⁊ lūa
in sanguinē: anteq3 veniat dies dñi magn⁹ ⁊ hor
ribil'. Et erit: oīs q inuocauerit nomē dñi saluus
erit. q2 i mōte syon ⁊ in irl'm erit saluatio sic di
xit dñs ⁊ i residuis quos dñs vocauerit. III

Quia ecce i diebus illis ⁊ in tp̄e illo cum
ꝯuertero captiuitatem iuda ⁊ irl'm con
gregabo oēs gentes. ⁊ deducam eas in
vallem iosaphat. ⁊ disceptabo cum eis ibi super
populo meo ⁊ hereditate mea israel quos disp
serunt in nationibus: ⁊ terram meam diuiserūt
⁊ super populum meum miserunt sortem ⁊ po
suerunt puerum in prostibulo. ⁊ puellam ven
diderunt pro vino vt biberent. Verum qd mi
hi ⁊ vobis tyrus ⁊ sydon ⁊ oīs terminus pale
stinorum. Nunquid vltioneꝫ vos reddetis mi
hi. Et si vlciscimini vos ꝯtra me: cito velociter
reddam vicissitudinē vobis super caput vr̄m.
Argentum .n. meū ⁊ aurum tulistis: ⁊ deside
rabilia mea ⁊ pulcherrima intulistis in delubra
vestra. Et filios iuda ⁊ filios irl'm vendidistis
filijs grecorum: vt longe faceretis eos de fini
bus suis. Ecce ego suscitabo eos de loco i quo
vendidistis eos: ⁊ conuertam retributionem ve
strā in caput vestrū. Et vendā filios vr̄os ⁊ fi
lias vestras i māib⁹ filioꝝ iuda: ⁊ venundabūt
eos sabeis genti longinq. quia dñs locutus est.

Clamate hec in gẽtibus: ſcificate bellum: ſuſci/tate robuſtos. Aſcendãt: accedant: omnes viri bellatores. Cõcidite aratra veſtra i gladios: et ligones veſtros i lãceaſ. Infirmus dicat: quia ego fortis ſũ. Erũpite ⁊ venite oẽs gentes ď circuitu: ⁊ ꝯgregamini. Ibi ocũbere faciet dñs robuſtos tuos. Cõſurgant ⁊ aſcendant gentes in vallem ioſaphat: qꝛ ibi ſedebo vt iudicez oẽs gẽtes i circuitu. Mittite falces: quoniã maturauit meſſis. Venite ⁊ deſcendite. quia plenũ eſt torcular. Exuberant torcularia: quia multiplicata eſt malitia eoꝝ. Populi populi i valle conciſionis. quia iuxta eſt dies dñi in valle conciſionis. Sol ⁊ luna obtenebrati ſunt: ⁊ ſtelle retraxerũt ſplendorẽ ſuũ. Et dñs de ſyon rugiet. ⁊ de irlm dabit vocẽ ſuam. Et mouebunẽ celi et terra: et dñs ſpes populi ſui. ⁊ fortitudo filioꝝ iſrael. Et ſcietis quia ego dñs deꝰ veſter habitãs in ſyon in monte ſcõ meo. Et erit irlm ſcã: ⁊ alieni non trãſibũt ꝑ eã ampliuſ. Et erit: in die illa ſtillabũt montes dulcedinẽ ⁊ colles fluent lacte. Et per omnes riuos iuda ibunt aque. ⁊ fons de domo dñi egredieẽ. ⁊ irrigabit torrentẽ ſpinarũ. Egyptus in deſolatiõe erit. ⁊ idumea in deſertũ perditionis: ꝓ eo ꝙ inique egerint in filios iuda. ⁊ effuderint ſanguinẽ inocentẽ i terra ſua. Et iudea i eternũ habitabiẽ ⁊ irlm i generationem ⁊ generationẽ. Et mũdabo ſanguinẽ eoꝝ quem nõ mũdauerã ⁊ dñs ꝯmorabitur in ſyon.

¶ Explicit Iohel propheta. Incipit prologus in Amos prophetam.

Ozias rex cum religionẽ ſollicite emularetur nimio religionis amore prouocatus: circa preceptuz legis moyſi arrepto turibulo. vt i hiſtoria libri ſecundi paralypomenon oſtẽdiẽ. ſacerdotale officiũ ꝑſumere conatus eſt. Ob eã rẽ terremotuz i tẽplo dei exortũ cõſtat: cuiꝰ etiã çacharias propheta meminit. Añ hũc itaqꝫ terremotũ amos ꝓpheta tꝑoribus ꝑdicti regis ⁊ tꝑoribus hieroboã filij ioas regis iſrl in eas gẽtes q̃ electione cõprehẽſe ſũt: irã dei ob eas cãs q̃s memorauit affuturã denũciat. Et qꝛ idẽ ꝓpheta in ſequentibus ait. Super tribus ipietatibus ⁊ ſuꝑ q̃ttuor nõ ꝯuertã eũ: tertio pctõꝝ idulgentiã deũ dare poſſe ſignificat: quẽ q̃rto eadez pctã admittentibus: nec pniam nec indulgentiaz daturũ annũciat. Nam per ignis ſimilitudinẽ. quẽ in predictas gentes imittendum ꝑdixit: grauem atqꝫ irreuocabilem dei iram ad euerſionẽ earũdẽ ciuitatum proceſſuram voluit demonſtrare.

Item alius prologus.

Hic amos ꝓpheta ⁊ paſtor non fuit pr iſaie ꝓphe. qꝫ q̃ ⁊ ille ꝓpha extiterit. Nam alijs lris ille. alijs iſte apud hebreos ſcribiẽ: q̃ dria lrarũ apud latinos nõ hẽẽ: ⁊ ille fortꝭ vel robuſtus ħ vero auulſus iterꝑtatur. quia loquiẽ ꝯ decẽ tribus: q̃ ꝑ idolatriam a cultu dei ⁊ a regno dauid erant auulſe. Fuit aũt cognatio eius ex oppido thecue qď ſex miliaribꝰ diſtat a bethleẽ. curam gerens pecoꝝ. in latitudine cãpoꝝ qui ſũt ꝓximi oppido thecue: in quibus humi arido atqꝫ arenoſo nihil oĩo frugum gignitur: ſed vberrimis paſcuis abundant. ⁊ ideo cũcta ſunt plena paſtoribus. ⁊ ſterilitas terre cõpenſatur pecorũ multitudine. Ex hoc nũero paſtorũ fuit amos ipitꝰẽ mone ſꝫ plenus ſcia. Prophetauit autẽ eiſdẽ temporibus quibus iohel. naum. ionas. oçee. iſaias. Sꝫ aliquãtulũ exorſus eſt ꝓphare añqꝫ iſaias. Maxime aũt ꝯ decẽ tribꝰ locutus eſt pauca de duabꝰ inſerens. Hunc ablatum de numero paſtoꝝ miſit dñs: ut in ſamaria ꝓpheṫaret. quẽ amaſias ſacerdos frequẽter plagis afflixit. tandẽ filius eius oçias vecte ꝑ tympora trãſfixit. Poſt hec ſemiuiuꝰ in terrã ſuaz euectꝰ poſt aliq̃t dies dolore vulneris expirauit: ſepultuſqꝫ ẽ cũ patribus ſuis.

Incipit argumentum.

Amos ꝓpheta paſtor ⁊ ruſticꝰ ⁊ ruboꝝ mora diſtringẽs. paucis ṽbis explicari nõ põt. Quis. n. digne exprimat tria ⁊ q̃tuor ſcelera damaſci: gaçe. tyri idumee. filiorum ãmon ⁊ moab. ⁊ ſeptimo octauoqꝫ gdu iude ⁊ iſrl. Hic loquiẽ ad vaccas pigues q̃ ſũt i monte ſamarie ⁊ ruituraz domũ maiorẽ miorẽqꝫ teſtaẽ. Ipſe cernit fictorẽ locuſte. ⁊ ſtantẽ dñm ſuꝑ murũ litũ vl adamãtinũ. ⁊ vncinũ pomorũ attrahentẽ ſupplicia peccatoribꝰ. ⁊ famẽ i tra. nõ famẽ panis: neqꝫ ſitim aq̃. ſꝫ audiẽdi ṽbũ dñi: nõ dixit ṽbũ ſed ṽba. Amos ṽo intpretaẽ onuſtꝰ. Hic amos ſpũali grã plenꝰ: ꝓphetauit iter ceteros ꝓphetas. Nõ. n. ſolus ipſe erat ꝓphetes. ſꝫ etiã alij. Et quippe non poterat ꝓphetes eẽ. niſi paſtor ante fuiſſet. Qui etiã tuba ſua clangit ꝑ ſingulos dies erudiẽs ⁊ docens i eccl'ia. In ṽitate enim vox omnium ꝓphetaꝝ. tanqꝫ tuba ſpiritualis ẽ predicans in eccleſia ſecundum ꝙ ſcriptum ẽ. Aſcende in montẽ excelſũ tu qui euangeliças ſyõ: exalta vocez tuã q ꝑdicas hierlm.

Explicit argumentum. Incipit Amos ꝓpheta. Capitulum. I

V Erba Amos
q̄ fuit in pastoralibus thecue
q̄ vidit sup israel in diebus
ozie regis iuda ⁊ in diebus
hieroboā filij ioas reg̃ isrł
āte duos ānos terremotus.
Et dixit dn̄s de syon rugiet ⁊ de ierl'm dabit vo
cē suā. Et luxerūt speciosa pastoꝝ ⁊ exsiccatus
ē vertex carmeli. Hec dicit dn̄s. Sup tribꝰ sce
leribus damasci: ⁊ sup q̄ttuor nō ꝯuertā eū: eo
q̄ triturauerūt in plaustris ferreis galaad. Et
mittā ignē i domū azabel: ⁊ deuorabit domos
benadab. Et cōterā vectē damasci: ⁊ disperdā
habitatorē de cāpo idoli: ⁊ tenentē sceptrū de
domo voluptatis: ⁊ trāsferet ppl's syrie cyrenē
dicit dn̄s h dic dn̄s. Sup tribꝰ sceleribꝰ gaze ⁊
sup q̄ttuor nō cōuertā eū: eo q̄ trāstulerit capti
uitatem pfectam vt cōcluderet eā in idumea.
Et mittam ignem in murū gaze: ⁊ deuorabit
edes eiꝰ: ⁊ disperdā habitatorē de azoto ⁊ tenē
tem sceptrū de ascalone: ⁊ cōuertā manū meā
super accharon: ⁊ peribunt reliqui philistinoꝝ
dicit dn̄s. Hec dicit dn̄s. Sup tribus sceleri
bus tyri ⁊ sup quattuor nō ꝯuertā eū eo q̄ con
cluserint captiuitatē pfectam in idumea ⁊ non
sint recordati federis fratrū. Et mittā ignē in
murum tyri: ⁊ deuorabit edes eius. Hec dicit
dn̄s. Super tribus sceleribus edom ⁊ sup quat
tuor non conuertā eum: eo q̄ persecutus sit in
gladio fratrē suum ⁊ violauerit misericordiam
eius: ⁊ tenuerit vltra furorē suum: ⁊ indigna
tionē suam seruauerit vsq; in finem. Mittam
ignē i theman: ⁊ deuorabit edes bosre. Hec di
cit dn̄s. Sup tribꝰ sceleribꝰ filioꝝ āmon ⁊ sup
q̄ttuor nō ꝯuertā eū: eo q̄ dissecuerit pregnan
tes galaad. ad dilatādū t'minū suū. Et succēdā
ignē i muro rabba ⁊ deuorabit edes eiꝰ: i vlu
latu i die belli. ⁊ i turbine i die cōmotionis. Et
ibit melchon i captiuitatē: ipse ⁊ principes eius
simul. dicit dn̄s. II

H Ec dicit dn̄s. Sup tribꝰ sceleribꝰ mo
ab ⁊ sup q̄ttuor: nō conuertā eū: eo q̄
incēderit ossa regis idumee vsq; ad ci
nerem. Et mittam ignē in moab ⁊ deuorabit
edes carioth. ⁊ morief i sonitu moab i clangore
tube: ⁊ dispdā iudicē de medio eius: ⁊ oēs pn
cipes eiꝰ interficiā cū eo dic dn̄s. Hec dic dn̄s
Sup tribꝰ sceleribꝰ iuda ⁊ sup quattuor nō con
uertā eū: eo q̄ abiecerit legē dn̄i. ⁊ mādata eiꝰ
nō custodierit. Deceperunt. n. eos idola sua:
post q̄ abierāt p̄res eoꝝ. Et mittā ignē i iuda.
⁊ deuorabit edes ierl'm. Hec dicit dn̄s. Super
tribꝰ sceleribꝰ isrł ⁊ sup q̄ttuor non ꝯuertā eū:
p eo q̄ vendiderit p argēto iustū ⁊ pauperē p
calciamētis. Qui ꝯterūt sup puluerē tre capi
ta paupeꝝ ⁊ viā hūiliū declināt Et filiꝰ ac pater
eiꝰ ierūt ad puellā ut violarent nomē scm̄ meū
⁊ sup vestimētis pigneratis accubuerūt iux oē
altare. ⁊ vinū dānatoꝝ bibebāt i domo dei sui
Ego aūt exterminaui āmoreum a facie eorum
cuius altitudo. cedrorum altitudo eius: ⁊ for
tis ipse q̄si quercꝰ. Et ꝯtriui fructū eiꝰ desup:
⁊ radices eiꝰ subter. Ego sum q ascendere vos
feci de tra egypti: ⁊ eduxi vos in desertū q̄dra
gita annis ut possideretis trā āmorrei: ⁊ susci
taui de filijs vr̄is i pphetas. ⁊ de iuuenibus ve
stris. nazareos: Nūqd nō ita est filij isrł dic do
minus? Et ppinabitis nazareis vinum ⁊ pphe
tis mandabatis dicentes. ne prophetetis. Ecce
ego stridebo subter vos: sicut stridet plaustrū
onustum feno. Et peribit fuga a veloce: ⁊ for
tis nō obtinebit v'tutē suā: ⁊ robustus non sal
uabit aiam suam. Et tenens arcū non stabit ⁊
velox pedibus suis nō saluabit: ⁊ ascēsor equi
non saluabit animā suam. et robustus corde in
ter fortes nudus fugiet in illa die. dicit dn̄s.

A Udite verbū qd̄ locutus ē dn̄s III
sup vos filij isrł: sup oēm cognationē
quā eduxi de terra egypti dicens Tātū
modo vos cognoui ex oibus cognatiōibꝰ tre. Iccir
co visitabo super vos oēs iniqtates vr̄as. Nū
qd ambulabunt duo pariter: nisi cōuenerit eis
Nūquid rugiet leo in saltu: nisi habuerit pdā?
Nūquid dabit catulus leōis vocē de cubili suo
nisi aliquid apprehēderit? Nūquid cadet auis
i laqueū tre absq; aucupe? Nūquid auferet la
queus de tra: añq; quid cepit? Si clanget tuba
in ciuitate. ⁊ populus nō expauescet? Si erit ma
lum i ciuitate: qd̄ dn̄s nō fecerit? Quia non fa
ciet dn̄s deus verbum: nisi reuelauerit secretū
suum ad seruos suos pphās. Leo rugiet: qs
nō timebit? Dominus deus locutus ē. quis nō
pphetabit? Auditū facite in edibus azoti. ⁊ in
edibus terre egypti. ⁊ dicite. Cōgregamini su
per mōtes samarie ⁊ videte insanias multas in
medio eius ⁊ calumniam patiētes in penetrali
bus eius. Et nescierunt facere rectū: dicit do
minus: thesaurizātes iniquitatem ⁊ rapinas i
edibus suis. Propterea hec dic dn̄s deus: Tri
bulabit ⁊ circuiet terra: ⁊ detrahetur ex te for
titudo tua: ⁊ diripiētur edes tue. Hec dicit do
minus. Quomodo si eruat pastor de ore leo
nis duo crura aut extremum auricule: sic eru

enī filij israel q habitant in samaria in plaga le/
ctuli ⁊ in damasci grabato. Audite ⁊ ꝯtestami
ni in domo iacob: dicit dn̄s deus exercituū: qa
in die cum visitare cepero pūaricationes israel
super eum visitabo: ⁊ sup altaria bethel: ⁊ am/
putabunt cornua altaris ⁊ cadent in terram. Et
percutiā domū hyemalem cum domo estiua: ⁊
peribunt domus eburnee: ⁊ dissipabunt edes
multe: dicit dominus. IIII

Audite verbum hoc vacce pingues que
estis in monte samarie: q caluniam faci
tis egenis: ⁊ ꝯfringitis paupes. Que
dicitis dn̄is vr̄is: afferte ⁊ bibemus. Jurauit
dn̄s deus in scō suo: qr ecce dies venient super
vos ⁊ leuabunt vos in contis: ⁊ reliquias ve/
stras in ollis feruentibus. Et p apturas exibi/
tis altera ꝯ alterā: ⁊ ꝓijciemini in armō dic do
minus. Venite ad bethel ⁊ ipie agite ad galga
lam: ⁊ multiplicate pūaricationē. Et offerte ma
ne victimas vestras: tribus dieb⁹ decimas ve
stras. Et sacrificate de fermētato laudē: ⁊ vo/
cate volūtarias oblationes: ⁊ annunciate. Sic
eni voluistis filij israel: dicit dn̄s deus. Vnde
⁊ ego dedi vobis stuporē dentiū in cunctis vr/
bibus vestris: ⁊ idigentiā panū in oibus locis
vestris: ⁊ nō estis reuersi ad me dicit dominus
Ego quoqꝫ ꝓhibui a vobis imbrem cū adhuc
tres menses superessent vsqꝫ ad messem: ⁊ plui su
p vnā ciuitatem: ⁊ sup alterā ciuitatē non plui.
Pars vna cōpluta est: ⁊ pars sup quam non
plui aruit. Et venerunt due ⁊ tres ciuitates ad
vnam ciuitatem vt biberent aquam: ⁊ nō sunt
satiate: ⁊ nō redistis ad me dicit domin⁹. Per
cussi vos in vēto vrente: ⁊ in aurigine: multi/
tudinē hortoꝝ vestroꝝ vineaꝝ vestraꝝ oliue/
ta vestra ⁊ ficeta vestra comedit eruca: ⁊ nō re
distis ad me dicit dn̄s. Misi in vos mortem in
via egypti: percussi in gladio iuuenes vestros
vsqꝫ ad captiuitatē equoꝝ vestroꝝ: ⁊ ascendere
feci putredinem castroꝝ vestroꝝ in nares ve/
stras: ⁊ non redistis ad me dicit dn̄s. Subuer
ti vos sicut subuertit dn̄s sodomā ⁊ gomorram
⁊ facti estis q̄si torris raptus ab incendio: ⁊ nō
redistis ad me dicit dn̄s. Qua ꝓpter hec faciā
tibi israel. Postq̄ aūt hec fecero tibi: ꝑparare
in occursū dei tui israel. Quia ecce formās mō
tes ⁊ creans ventū ⁊ annuncians homini elo/
quium suum: faciens matutinā nebulam ⁊ gra
diens super excelsa terre dominus deus exer/
cituum nomen eius. V

Audite verbū istud: qꝫ ego leuo sup vos
planctum. Domus israel cecidit: ⁊ nō
adijciet vt resurgat. Virgo israel ꝓiecta est in
terrā suā: nō est q suscitet eam. Quia hec dicit
dominus deus. Vrbs de qua egrediebāt mil
le: relinquent in ea centū: ⁊ de qua egrediebān
tur centū: relinquent in ea decem in domo isrł
qr hec dicit dn̄s deus domui isrł. Querite me
⁊ viuetis: ⁊ nolite q̄rere bethel. In galgalam
nolite intrare: ⁊ in bersabee nō transibitis: qa
galgala captiua ducet ⁊ bethel erit inutilis. Que
rite dn̄m ⁊ viuite ne forte cōburatur vt ignis
domus ioseph: ⁊ deuorabit ⁊ nō erit qui extin/
guat bethel. Qui conuertitis in absinthiū iudi
ciū: ⁊ iusticiā in terra relinquitis: facientē arctu
rum ⁊ orionē ⁊ ꝯuertentē in mane tenebras: ⁊
diem in noctē mutantē. Qui vocat aquas ma/
ris: ⁊ effundit eas sup faciē terre: dn̄s nomē ē
eius. Qui subridet vastitatē sup robustum: ⁊
depopulationē sup potentem affert. Odio ha/
buerunt corripientē in porta: ⁊ loquentē perfe/
cte abhominati sunt. Idcirco ꝓ eo qꝫ diripieba
tis pauperem ⁊ preda electā tollebatis ab eo:
domos quadro lapide edificabitis: ⁊ nō habi/
tabitis in eis. Vineas plātabitis amantissimas
⁊ nō bibetis vinū eaꝝ: qr cognoui multa scele/
ra vestra: ⁊ fortia pctā vestra. Hostes iusti ac
cipientes munus: ⁊ pauperes deprimentes in
porta. Ideo prudens in tēpore illo tacebit: qa
tēpus malū est. Querite bonū ⁊ nō malum vt
viuatis: et erit dominus deus exercituum vo/
biscū sicut dixistis. Odite malum et diligite bo
num: et constituite in porta iudicium: si forte mi
sereatur dominus deus exercituum reliquijs io
seph. Propterea hec dicit dominus deus exer
cituum dominator. In oibus plateis planctus
et in cunctis q̄ foris sunt dicitur ve ve. Et vo/
cabunt agricolam ad luctum: et ad planctū eos
q sciunt plangere. Et in oibus vijs erit plan/
ctus: qr pertransibo in medio tui dicit domin⁹
Ve desiderantibus diē domini. Ad quid eam
vobis: Dies domini ista tenebre et non lux.
Quomō si fugiat vir a facie leonis et occurrat
ei vrsus: et ingrediat domū et innitat manu sua
super parietē et mordeat eum coluber. Nunqd
nō tenebre dies domini: et nō lux et caligo et nō
splēdor in ea. Odi et ꝓieci festiuitates vestras
et nō capiā odorem cetuū vestroꝝ. Qd si obtu
leritis mihi holocaustomata et munera vestra:
non suscipiā: et vota pinguiū vestroꝝ nō respi
ciam. Aufer a me tumultū carminū tuorum: et
cantica lire tue non audiā. Et reuelabit q̄si aq
iudicium: et iusticia quasi torrens fortis. Nun
quid hostias: et sacrificiū obtulistis mihi in de

serto q̄draginta ānis dom⁹ isr̄l. Et portastis ta/
bernaculū moloch deo v̄ro ⁊ imagineꝫ idoloꝝ
v̄roꝝ: sid⁹ dei v̄ri remphā: figuras q̄s fecistis
vobis adorare eas: ⁊ migrare vos faciā trans
damascū dixit dn̄s: deus exercituū nomē eius.

V

Ae vobis qui opulēti estis in VI
syon ⁊ cōfiditis in monte samarie:
optimates capita ppl'oꝝ. igredietes
pōpatice domū isr̄l. Trāsite in calāne ⁊ videte.
⁊ ite īde in emath magnā: ⁊ descēdite i geth pa
lestinorum et ad optima q̄ꝫ regna hoꝝ. si latior
termin⁹ eoꝝ t̄mino v̄ro ē. Qui seperati estis i
diē maluꝫ et appropinquatis solio iniquitatis.
Qui dormitis in lectis eburneis: et lasciuitis i stra
tis v̄ris. Qui comeditis agnuꝫ de grege. et vi/
tulos de medio armēti: q canitis ad vocē psal/
terij. Sic̄ dauid putauerūt se h̄re vasa cantici bi
bētes vinū in phialis. et optio vnguēto delibu
ti: et nihil patiebant̄ sup ɔtritōe ioseph. Qua/
ppt nūc migrabūt in capite transmigrātium: ⁊
auferet̄ factio lasciuiētiū. Jurauit dn̄s de⁹ i aīa
sua: dic̄ dn̄s de⁹ exercituū. Detestor ego supbiā
iacob: et domos eius odi. et tradā ciuitatem cū
hītatorib⁹ suis. Q̄ si reliq fuerit decē viri i do
mo vna et ipsi morientur. Et tollet euꝫ ppiqu⁹
su⁹ ⁊ cōburet eū ut efferat ossa de domo. et dicet
ei q in penetralib⁹ dom⁹ est. Nūqd adhuc ē pe
nes te. Et r̄ndebit. Finis ē. Et dicet ei. Tace:
et nō recorderis noīs dn̄i. Quia ecce dn̄s māda
uit. et pcuciet domū maiorē ruinis. et domum
minorē scissiōib⁹ Nūqd currē queūt i petris eq
aut arari pōt in bubalis. Q̄m conuertistis in
amaritudinem iudicium: ⁊ fructū iusticie in ab/
sinthiū qui letamini in nihili: q dicitis. Nunqd
non in fortitudine nostra assumpsimus nobis
cornua: Ecce eni suscitabo sup vos domus isr̄l
dicit dominus deus exercituum gentem: ⁊ con
teret vos ab itroitu emath vsq̄ ad torrentē deserti.

H

Ec ostēdit mihi dn̄s deus. VII
Et ecce fictor locuste in pn̄cipio germi
nantiū serotini imbris: ⁊ ecce serotinus
post tonsionē regis: ⁊ factū est cū ɔsumasset co
medere herbā terre: dixi. Dn̄e deus ppitius
esto obsecro. Quis suscitabit iacob: q̄ꝛ paruul⁹
est: Misertus est dn̄s super hoc. Nō erit dixit
dominus. Hec ostendit mihi dn̄s deus. Et ec
ce vocabit iudicium ad ignē dn̄s deus: ⁊ deuo
rabit abyssum multā ⁊ comedet simul partem.
Et dixi. Dn̄e deus quiesce obsecro. Quis su/
scitabit iacob: q̄ꝛ paruulus est: Misertus ē do/
minus super hoc. Sed ⁊ istud nō erit dixit dn̄s
deus. Hec ostēdit mihi dn̄s deus. Et ecce dn̄s
stans super murum litū. ⁊ in manu eius trulla
cementarij. Et dixit dn̄s ad me. Quid tu vides
amos. Et dixi. Trullaꝫ cemētarij. Et dixit do
minus. Ecce ego ponā trullam in medio ppl'i
mei israel. Nō adijciā vltra sup inducere euꝫ. ⁊
demolient̄ excelsa idoli. ⁊ scificatiōes isr̄l deso/
labunt̄: ⁊ ɔsurgā sup domū hieroboā in gladio
Et misit amasias sacerdos bethel ad hieroboaꝫ
regē israel. dicens. Rebellauit ɔtra te amos in
medio domus israel. Non poterit terra sustine
re vniuersos sermōes eius. Hec. n. dicit amos
In gladio morief hieroboā: ⁊ israel captiu⁹ mi
grabit de terra sua. Et dixit amasias ad amos.
Qui vides: gradere fuge in trā iuda. ⁊ come/
de ibi panē ⁊ pphabis ibi. ⁊ in bethel nō adij/
cies vltra vt pphetes: q̄ꝛ scificatio regis ē ⁊ do
mus regni est. R̄nditq̄ꝫ amos ⁊ dixit ad amasi
aꝫ. Nō sum ppha: ⁊ nō sū fili⁹ pphe. sed armē
tari⁹ ego sū vellicās sycomoros. Et tulit me do
minus de⁹ cū seq̄rer gregē: ⁊ dixit dn̄s ad me.
Vade ppha ad ppl'm meū isr̄l. Et nūc audi v
bū dn̄i. Tu dicis nō pphetabis sup isr̄l ⁊ nō stil
labis sup domū idoli. Propt̄ hoc hec dicit dn̄s
Vxor tua in ciuitate fornicabit̄: ⁊ filij tui ⁊ filie
tue in gladio cadent: ⁊ humus tua funiculo me
tief. Et tu in terra polluta morieris: ⁊ israel ca/
ptiuus migrabit de terra sua. VIII.

H

Ec ōndit mihi dn̄s deus. Et ecce vnci
nus pomoꝝ. Et dixit. Quid tu vides
amos. Et dixi. Vncinū pomorum. Et
dixit dn̄s ad me. Venit finis super populū me
uꝫ israel. Nō adijciā vltra vt ptranseā eum. Et
stridebunt cardines tēpli in die illa dicit domi/
nus deus. Multi morient̄: in oī loco pijciet̄ si
lentiū. Audite h q ɔteritis pauperē: ⁊ deficere
facitis egenos t̄re dicētes. Q̄n trāsibit messis
⁊ venūdabimus merces. ⁊ sabbatū ⁊ apiemus
frumētū: vt iminuam⁹ mēsurā ⁊ augeamus si
clū ⁊ supponamus stateras dolosas: vt possidea
mus i argēto egenos: ⁊ paupes p calciamētis
⁊ q̄sqlias frumēti vēdamus. Jurauit dominus
in supbiā iacob: si oblitus fuero vsq̄ ad finem
oia opa eoꝝ. Nūqd sup isto non ɔmouebit̄ t̄ra
⁊ lugebit oīs habitator eius. Et ascēdet q̄si flu/
uius vniuersus: ⁊ eijciet̄ ⁊ dfluet q̄si riuus egy
pti. Et erit in die illa dicit dominus: occidet sol
meridie: ⁊ tenebrescere faciā terrā i die luminis
Et conuertā festiuitates v̄ras in luctū: ⁊ omnia
cantica v̄ra in planctū. Et inducā sup oē dorsuꝫ
v̄rm saccuꝫ. ⁊ sup oē caput caluitiū. Et ponam
eā q̄si luctū vnigeniti: ⁊ nouissima ei⁹ quasi diē
amaꝝ. Et ecce dies veniūt dicit dn̄s ⁊ emittam

famē in terrā: nō famem panis neqȝ sitim aque sed audiendi ꝟbū dn̄i. Et ꝯmouebunt a mari vsqȝ ad mare: ⁊ ab aqlone vsqȝ ad orientem circuibunt q̄rentes ꝟbū dn̄i. ⁊ nō inuenient. In die illa deficient ꝟgines pulchre: ⁊ adolescētes in siti: q iurant i delicto samarie ⁊ dicūt. Viuit deus tuus dan: ⁊ viuit via bersabee. Et cadent ⁊ non resurgent vltra.

IX

Vidi dn̄m stantem sup altare. Et dixit. Percute cardinē: ⁊ ꝯmoueāt superliminaria. Auaritia. n. in capite oium et nouissimū coꝝ in gladio interficiam. Non erit fuga eis. ⁊ q fugerit ex eis nō saluabitur. Si descenderint vsqȝ ad infernuȝ. inde manus mea educet eos: ⁊ si ascēderint vsqȝ in celum: ide detrahā eos. Et si absconditi fuerint in ꝟtice carmeli. inde scrutans auferā eos: ⁊ si celauerit se ab oculis meis i ꝓfundo maris: ibi mādabo serpenti ⁊ mordebit eos. Et si abierint in captiuitatē coraȝ inimicis suis. ibi mandabo gladio ⁊ occidet eos. Et ponaȝ oculos meos sup eos in malum ⁊ nō i bonū. Et domin⁹ deus exercituū q tangit terrā ⁊ tabescit: ⁊ lugebūt oēs hitantes in ea. Et ascēdet sicut riuus ois: ⁊ defluet sicut fluuius egypti. Qui edificat in celo ascensioēȝ suam: ⁊ fasciculum suum sup terram fundauit. Qui vocat aquas maris: ⁊ effundit eas sup faciē tre. Domin⁹ nomē eius. Nūqd nō vt filij ethiopū vos estis mihi filij israel ait dominus. Nūqd nō isrl' ascēdere feci d' tra egypti: ⁊ palestinos d' capadotia: ⁊ syrios d' cyrene. Ecce oculi domini dei sup regnū peccās. ⁊ ꝯterā illud a facie tre. Verūtamē ꝯterēs nō ꝯterā domū iacob dic̄ dominus. ecce. n. mādabo ego ⁊ ꝯcutiaȝ i oibus gētibus domū isrl': sicut ꝯcutit triticū i cribro: ⁊ nō cadet lapillus sup trā. In gladio morient oēs pctōres ppl'i mei: q dicunt. nō appropinquabit ⁊ nō veniet sup nos malū. In die illa suscitabo tabernaculū dauid qd' cecidit ⁊ reedificabo apturas muroꝝ eius: ⁊ ea que corruerant instaurabo. Et reedificabo eū sicut in diebus antiqs: vt possideāt reliqas idumee ⁊ oēs nationes. eo ꝙ inuocatū sit nomē meū sup eos dicit dominus faciēs. h. Ecce dies veniēt dicit dominus: ⁊ ꝯp̄hendet arator messorē: ⁊ calcator vue mittētē semē. Et stillabūt mōtes dulcedinē: ⁊ oēs colles culti erunt. Et cōuertam captiuitatē ppl'i mei isrl': ⁊ edificabunt ciuitates desertas: ⁊ inhabitabūt ⁊ plantabunt vineas: ⁊ bibent vinum earum: ⁊ facient hortos ⁊ comedēt fructus eorum. Et plantabo eos super humuȝ suā: ⁊ nō euellā eos vltra de tra sua quam dedi eis: dicit dominus deus tuus.

¶ Explicit Amos ꝓpheta. Incipit ꝓlogus in Abdiam prophetam.

Iacob patriarcha habuit fratrē esau: qui ob suborē corporis sui edom hebrea lingua appellatus est: quod latine sanguineus dicit. Is memoratū fratrē suū: qui israel nomē acceperat: graui odio cōmotus interimere conatus ē. Qua de cā oēs q pplm israel. i. filios patriarche iacob p̄dicti esau odiū imitati ꝑsecuti sunt esau ⁊ edom appellati sunt. Et q2 populus israel de captiuitate chaldeoruȝ ꝑ cyrum regē persaꝝ nutu dei reuocatus i hierusalē: ab alio regno grauiter afflictus atqȝ oppressus ē: ideo hoc regnū qd' more esau p̄dictū populū persecutū ē: per denūciationē abdie ꝓphete icrepat: qd' nō dei idignatione: sȝ sua virtute populū supatuȝ gloriabat. De quo regno olim per dauid in p̄s centesimo trigesimosexto dictū est. Memorare dn̄e filioꝝ edom i die irlȝ. Nā reliqua lectiōe cōp̄hensa: futurū in gentes iudiciū: ob cās lectōe ꝯprehensas: regnūqȝ dei in ppl'o israel significat. Incipit alius ꝓlogus.

Hebrei hunc dicūt esse: q sub rege samarie achab: ⁊ ipijssima iezabel: pauit centū ꝓphetas in specubus: qui nō curuauerunt genu ante baal: ⁊ d' septē milibus erant quos helias arguit ignorasse. Sepulchrum quoqȝ eius vsqȝ hodie cuȝ mausoleo helisei ꝓphete. ⁊ baptiste ioannis: i sebaste venerationi habetur: que olim samaria dicebatur. Hanc herodes rex antipatris fili⁹ in honore augusti cesaris greco nomine vocauit augusta. Hic igitur qui centuȝ ꝓphetas pauerat: accepit gratiā ꝓphetalem. ⁊ de duce exercitus fuit dux ecclesie. Tunc in samaria paruum gregem pauerat: nunc in toto orbe xp̄i pascit ecclesias. Et sicut stephanus coronā meruit passionis: sic hic de ꝟuitutis dei cuȝ paulo apostolo nomine gloriat: quia abdias ꝟuus dn̄i in nostro sonat eloquio.

¶ Explicit prologus. Incipit argumentum.

Abdias q iterp̄tat ꝟu⁹ dn̄i pronat ꝯtra edom: sanguineū terrenūqȝ fratrē: fratrisqȝ quoqȝ iacob semp emulū hasta ꝑcutit spiritali. Explicit argumentum.

Incipit Abdias ꝓpheta. Capitulum. I

Visio Abdie Hec dicit dominus deus ad edom. Auditum audiuimus a dn̄o: ⁊ legatum ad gentes misit. Surgite: et ꝯsurgamus aduersus eū in pre

lium. Ecce ꝑuulum dedi te in gentibus. Con-
tēptibilis. tu es valde. Superbia cordis tui ex-
tulit te habitantē i scissuris petraꝝ: exaltantē so
liū tuū. Qui dicis in corde tuo. Quis detrahet
me i terrā. Si exaltatus fueris vt aqla. ⁊ si iter
sidera posueris nidū tuū: inde detrahā te dicit
dñs. Si fures introissent ad te. si latrones per
noctē: quō ꝯticuisses. Nōne furati essent suffi-
cientia sibi. Si vindemiatores introissent ad te
nūqd saltē racemū religssent tibi. Quomō scru
tati sunt esau. Inuestigauerūt abscondita eius.
Usqꝫ ad terminū emiserunt te. oēs viri federꝭ
tui illuserunt tibi. Inualuerunt aduersum te vi
ri pacis tue. Qui comedunt tecum: ponent insi
dias subter te. Nō est prudentia in eo. Nunqd
nō in die illa dicit dñs ꝑdam sapientes de idu-
mea ⁊ prudentiā de mōte esau. Et timebunt for
tes tui a meridie: vt intereat vir de monte esau.
Propter iterfectionē ⁊ ꝓpter iniqtatē i frēꝫ tu
uꝫ iacob operiet te ꝯfusio: ⁊ peribis in etnū. In die
cū stares aduersus eū quādo capiebāt alieni ex-
ercitū eius. ⁊ extranei igrediebanꝭ portas eius
⁊ sup irl'm mittebāt sortē: tu ꝗ eras quasi vnus
ex eis. Et nō despicies i die fr̄is tui: in die pere
grinatiōis eius. Et nō letaberis sup filios iuda
in die ꝑditionis eoꝝ. ⁊ nō magnificabis os tuū
in die āgustie. Neqꝫ igredieris portā ppl'i mei
in die ruine eoꝝ: neqꝫ despicies ⁊ tu i malis eiꝰ
in die vastitatis illius. Et nō emitteris aduer-
sus exercitū eiꝰ in die vastitatis illius: neqꝫ sta
bis in exitibus vt interficias eos q fugerint. Et
nō ꝯcludes reliquos eiꝰ in die tribulatiōis: qm̄
iuxta ē dies dñi sup oēs gētes. Sicut fecisti: fi-
et tibi: retributionē tuā ꝯuertam in caput tuuꝫ.
Quō. n. bibisti sup montē scm̄ meū: bibent oēs
gētes iugiꝭ. ⁊ bibent ⁊ absorbebunt: ⁊ erūt qua
si nō sint. Et in mōte syon erit saluatio: ⁊ erit sā
ctus. Et possidebit domꝰ iacob eos q se posse-
derāt. Et erit domus iacob ignis: ⁊ domus io
seph flāma. ⁊ domus esau stipula. Et succendē
tur in eis ⁊ deuorabūt eos: ⁊ non erūt reliqe do
mus esau: qꝛ dominus locutꝰ est. Et heredita-
būt hi q ad austrū sunt mōtē esau: ⁊ q i cāpestri
bus philistijm: ⁊ possidebūt regionē ephraim ⁊
regiōeꝫ samarie. Et bēiamin possidebit galaad
⁊ transmigratio exercitus huiꝰ filioꝝ israel oia
loca chananeoꝝ vsqꝫ ad sareptam: ⁊ trāsmigra
tio irl'm q̄ in bosforo est possidebit ciuitates au-
stri. Et ascendent saluatores in monteꝫ syon iu
dicare montem esau: ⁊ erit domio regnum.

¶ Explicit Abdias propheta. Incipit ꝓ-
logus in ionam prophetam.

IOnā scm̄ hebrei affirmāt filiū fuisse
mulieris vidue sareptāe. quē helias
ꝓpha mortuum suscitauit: matre po
stea dicēte ad eū: nūc cognoui qꝛ vir
dei es tu. ⁊ ūbū dei in ore tuo ūitas ē. Ob hāc
etiā cām ipm pueꝝ sic vocauit amathi. Amathi
n. in nr̄a lingua veritatē sonat. Et ex eo ꝙ veꝝ
helias locutus est: ille q suscitatus est filius esse
diciꝭ ūitatis. Ideo de veritate columba nasciꝭ
qꝛ ionas columbam sonat. In condemnatiōeꝫ
autem israel ionas ad gentem mittiꝭ. ꝙ niniue
agente pniam. illi in malitia ꝑseuerant. Tēpo-
ribus quippe hieroboam regis israel q deo d̄re
licto: cū ppl'o suo in samaria idolis sacrificabat:
ionam ꝓpheram fuisse quartus liber regum in
dicat. Is cū ꝓphetia illuminante pctōres ciuita
tis niniue dei miam ꝯsecuturos videret: ne fal
sa predicare videreꝭ: ad denunciandum interi-
tū eiusdē ciuitatis ire nolebat. Nam sicut deus
ad abrahā de ipietate sodomoꝝ ⁊ gomorreoruꝫ
locutus est: clamor sodomorum ⁊ gomorreorū
ꝑuenit ad me. Ita ⁊ de niniue diciꝭ. eo ꝙ ascen
derit clamor malitie eius ad deū. Et qꝛ snia dei
de sodomis facta: minime reuocata est. ita ⁊ io-
nas aduersum niniuem ꝓlatam sniam reuoca
ri nolebant. diuie dispensatiōis ignarus: q salu
tem hoīum ad se cōuertentium magis vult q̄ꝫ i
teritum. Hoc illi acciderat qd̄ ⁊ scō helisco: qui
filiū sunamitidis mulieris mortuum ignorauit
Idō a ꝯspectu dei fugere se ionas putabat. hūa-
nū aliqd passus dicente dauid. Quo ibo a spiri
tu tuo: ⁊ a facie tua quo fugiam.

¶ Explicit prologus. Incipit argumentuꝫ.

IOnas colūba pulcherrima. naufra
gio suo passionē domini ꝑfigurans
mūdū ad pniam reuocat: ⁊ sub noīe
niniue salutem gentibus denunciat.

¶ Explicit argumentum. Incipit Ionas
propheta.

¶ Capitulum. I.

ET factum est verbuꝫ do
mini ad io
nam filium amathi dicens. Sur-
ge ⁊ vade in niniuen ciuitatē grā
dem. ⁊ predica in ea. quia ascēdit
malitia eius corā me. Et surrexit ionas vt fuge
ret in tharsis a facie domini. Et descēdit ioppē
⁊ iuenit nauē eūtem i tharsis. Et dedit naulum
eius ⁊ descēdit i eā vt iret cū eis in tharsis a fa-
cie domini. Dominꝰ āt misit vētū magnū i ma
re. ⁊ fcā est tēpestas magna i mari ⁊ nauis ꝑicli
tabaꝭ ꝯteri. Et timuerūt naute: ⁊ clamauerunt

viri ad deū suū: ꝛ miserūt vasa q̄ erant in naui i mare: vt alleuiaretur ab eis. Et ionas descendit ad interiora nauis: ꝛ dormiebat sopore graui. Et accessit ad eū gubernator: ꝛ dixit ei. Quid tu sopore deprimeris? Surge inuoca deū tuum: si forte recogitet deus de nobis ꝛ nō pereamus. Et dixit vir ad collegā suū. Venite ꝛ mittam⁹ sortes: ꝛ sciamus q̄re h̄ malū sit nobis. Et mise runt sortes: ꝛ cecidit sors sup ionā. Et dixerunt ad eū. Indica nobis: cuius cā malū istud sit no bis: qd̄ ē opus tuū: q̄ tra tua. ꝛ q̄ vadis: vel ex quo pplo es tu? Et dixit ad eos. Hebreus ego sum: ꝛ dn̄m deum celi ego timeo: q fecit mare ꝛ aridā. Et timuerunt viri timore magno: ꝛ di xerunt ad eū. Quid h̄ fecisti? Cognouerūt eni viri ꝙ a facie dn̄i fugeret: q2 idicauerat eis. Et dixerūt ad eū. Quid faciem⁹ tibi: ꝛ cessabit ma re a nobis. Quia mare ibat ꝛ intumescebat. et dixit ad eos. Tollite me ꝛ mittite in mare ꝛ ces sabit mare a vobis. Scio.n.ego: qm̄ ꝓpter me tēpestas hec grandis venit sup vos. Et remi gabant viri vt reuerterent̄ ad aridā ꝛ nō vale bant: quia mare ibat ꝛ intumescebat sup eos: ꝛ clamauerunt ad dn̄m. ꝛ dixerūt. Quesum⁹ do mine ne peamus in aia viri istius ꝛ ne des sup nos sanguinem innocentem: quia tu domine si cut voluisti fecisti. Et tulerūt ionam ꝛ miserūt i mare: ꝛ stetit mare a feruore suo. Et timuerunt viri timore magno dn̄m: ꝛ immolauerunt ho stias domino: ꝛ vouerunt vota. II

Et ꝑparauit dn̄s piscē grādē: vt de glu tiret ionā. ꝛ erat ionas in ventre piscis trib⁹ diebus ꝛ tribus noctibus. Et ora uit ionas ad dn̄m deū suum de vētre piscis. Et dixit. Clamaui de tribulatiōe mea ad dominū. ꝛ exaudiuit me. De ventre inferi clamaui: ꝛ ex audisti vocē meam. Et proiecisti me in ꝓfūdū in corde maris: ꝛ flumen circundedit me. Oēs gurgites tui ꝛ fluctus tui sup me transierūt. Et ego dixi. Abiectus sū a ꝯspectu oculoꝝ tuoꝝ. Verūtn̄ rursus videbo teplū scm̄ tuum. Cir cundederunt me aq̄ vsq3 ad aiam abyssus val lauit me: pelag⁹ opuit caput meum. Ad extre ma montium descēdi: tre vectes ꝯcluserunt me i etnu3: ꝛ subleuabis de corruptione vitā mea3 dn̄e deus meus. Cū angustiaret̄ in me aia mea dn̄i recordatus sū: vt veniat ad te orō mea ad tē plum scm̄ tuū. Qui custodiunt vanitates: fru stra miam suam derelinquūt. Ego autē in vo ce laudis imolabo tibi: q̄cunq3 voui reddā pro salute mea dn̄o. Et dixit dominus pisci. Et euo muit ionam in aridam. III

Et factum ē vbu3 dn̄i ad ionā secundo dicens. Surge ꝛ vade in niniuen ciui tatem magnā. ꝛ ꝑdica in ea ꝑdicationē quā ego loquor ad te. ꝛ surrexit ionas ꝛ abijt in niniuen iuxta verbum dn̄i. Et niniue erat ciui tas magna itinere trium dieꝝ. Et cepit ionas i troire ciuitatē itinere diei vnius: ꝛ clamauit ꝛ di xit. Adhuc q̄draginta dies: ꝛ niniue subuertet̄. et crediderunt viri niniuite in dn̄o ꝛ ꝑdicaue runt ieiunium. ꝛ vestiti sunt saccis a maiore vs q3 ad minorē. Et ꝑuenit verbū ad regē niniue ꝛ surrexit de solio suo. ꝛ abiecit vestimentū suū a se: ꝛ indutus est sacco. ꝛ sedit in cinere: ꝛ cla mauit ꝛ dixit in niniue ex ore regis ꝛ principu3 eius dicēs. Hoies ꝛ iumenta ꝛ boues ꝛ peco ra non gustēt q̄cq̄ nec pascant̄. ꝛ aquam nō bi bant: ꝛ opiant̄ saccis homies: ꝛ iumēta clamēt ad dn̄m in fortitudine: ꝛ ꝯuertat̄ vir a via sua mala ꝛ ab iniq̄tate que est in manibus eorum. Quis scit si ꝯuertat̄ ꝛ ignoscat deus. ꝛ reuertat̄ a furore ire sue: ꝛ nō ꝑibim⁹? Et vidit de⁹ opa eoꝝ q2 ꝯuersi sunt de via sua mala. ꝛ misertus est sup malitiā quam locut⁹ fuerat vt faceret eis ꝛ non fecit. IIII

Et afflictus ē ionas afflictiōe magna et iratus ē: ꝛ orauit ad dn̄m. ꝛ dixit. Ob secro dn̄e: nūqd non h̄ est verbū meum cū adhuc essem i tra mea? Propter h̄ ꝑoccupa ui vt fugerē in tharsis. Scio.n. q2 tu deus cle mēs ꝛ misericors es: patiens ꝛ multe miseratō nis ꝛ ignoscens sup malitia. Et nunc dn̄e tolle q̄so aiam meā a me: q2 melior est mihi mors q̄ vita. Et dixit dn̄s. Putas ne bene irasceris tu Et egressus est ionas de ciuitate: ꝛ sedit ꝯ oriē tem ciuitatis. Et fecit sibimet vmbraculum ibi ꝛ sedebat subter illud in vmbra: donec videret quid accideret ciuitati. Et ꝑparauit domin⁹ de us ederā: ꝛ ascendit sup caput ione: vt esset vm bra super caput eius: ꝛ ꝓtegeret eū. Laboraue rat.n. Et letatus ē ionas super edera leticia ma gna. Et parauit deus vermē ascensu diluculi i crastinum: ꝛ ꝑcussit ederā ꝛ exaruit. Et cu3 or tus fuisset sol ꝑcepit dn̄s vento calido ꝛ vrenti ꝛ percussit sol super caput ione: ꝛ estuabat. Et petiuit aie sue vt moreretur. Et dixit. Melius est mihi mori q̄3 viuere. Et dixit dominus ad ionam. Putas ne bene irasceris tu super ede ram? Et dixit. Bene irascor ego vsq3 ad mor tem. Et dixit dominus. Tu doles super ederā in qua non laborasti neq3 fecisti vt cresceret: q̄ sub vna nocte nata est ꝛ sub vna nocte perijt: ꝛ ego non parcam niniue ciuitati magne: in qua

sunt plusq̄ȝ centū viginti milia hoīum: qui ne sciunt quid sit inter dexterā ⁊ sinistram suam ⁊ iumenta multa.

Explicit ionas ꝓpheta. Incipit prologus i Micheam ꝓphetam.

Temporibus ioathe ⁊ achaç ⁊ Eze/chie regum iuda. micheam ꝓphetā ad hanc ꝓphetiam spū sancto reple tum fuisse lectio ipsa demōstrat. Sȝ de supradicto numero regū ioathan ⁊ ezechiaȝ deo ob religionē placuisse: historia libri quarti regū. ⁊ secundi paralypomenon indicat. achaç vero relicto deo: idola samarie quibus etiam fi lios suos in sacrificium igni concremandos ob tulerat: coluisse constat. Quobrem deus samari am q̄ reges israel ⁊ iuda memoratoꝝ simulacro rum superstitione fefellerat increpās indigna/ tionem suā i eā ꝓcessuram cōminatus ē. Po/ pulo etiā israel ꝑuaricatori ⁊ ꝑncipibus eius q eundē poplm fallaci suasione ad colenda idola impulerant: verbis in sequētib⁹ captiuitatem ⁊ interitū affuturum denunciauit.

Explicit ꝓlogus. Incipit argumentuȝ.

Micheas de morasthi coheres christi va stationē annūciat filie latronis. ⁊ obsi/ dionem ponit contra eam: q2 maxillam percusserit iudicis israel.

Explicit argumentū. Incipit Micheas pro pheta. Capitulum. I

Verbum domini qd̄ factū ē ad micheaȝ morasthi tē i diebus ioathan achaç ⁊ eze/ chie regū iuda: qd̄ vidit sup sa/ mariā ⁊ irl'm. Audite ppl'i oēs ⁊ attendat tra ⁊ plenitudo ei⁹: ⁊ sit dn̄s de⁹ vo/ bis i testē dn̄s de tēplo scō suo. Quia ecce dn̄s egredieť de loco suo: ⁊ descēdet ⁊ calcabit super excelsa tre: ⁊ ꝯsumeť mōtes subt⁹ euȝ: ⁊ valles scindenť sic cera a facie ignis: sicut aq̄ q̄ decur/ rūt in ꝑceps. In scelere iacob oē istud. ⁊ i pctīs domus israel. Quod scelus iacob? Nonne sa/ maria. Et que excelsa iude. Nonne irl'm. Et ponā samariā q̄si aceruū lapidū i agro cū plāta tur vinea: ⁊ detrahā in vallē lapides eius. Et fūdamenta ei⁹ reuelabo: ⁊ oīa sculptilia eius cō cidenť. Et oēs mercedes ei⁹ cōburenť igni: et oīa idola ei⁹ ponā i ꝑditionē: q2 de mercedib⁹ meretricis ꝯgregata sūt: ⁊ vsq3 ad mercedē me retricis reuerteť. Sup h̄ plāgā ⁊ vlulabo: va/ dā spoliat⁹ ⁊ nudus. Faciā plāctū velut draco/ nū: ⁊ luctū q̄si strutionū: quia desperata ē plaga eius: q2 venit vsq3 ad iudā tetigit portā populi mei vsq3 ad irl'm. In geth nolite ānunciare la chrymis ne ploretis. In domo pulueris pulue re vos ꝯspgite: ⁊ transite: vobis habitatio pul chra: ꝯfusa ignominia. Nō ē egressa q̄ habitat in exitu. Planctum domus vicina accipiet ex vobis q̄ stetit sibimet: q2 infirmata ē in bonum q̄ habitat ī amaritudinib⁹. Quia descēdit malū a dn̄o in portā irl'm: tumultus q̄drige stuporis bitanti lachis. Principiū pctī ē filie syon: q2 in te iuenta sūt scelera isrl'. Propter ea dabit emis sarios sup hereditatē geth: domos mendacij in deceptionē regibus israel. Adhuc heredē ad/ ducam tibi q̄ habitas i maresa. vsq3 odollaȝ ve niet gloria israel. Decaluare ⁊ tondere sup fili/ os delitiaꝝ tuaꝝ dilata caluitiū tuū sicut aquila q̄m captiui ducti sunt ex te. II

Ve qui cogitatis iutile: ⁊ opamī malum i cubilibus vr̄is. In luce matutina faci unt illud: q̄m ꝯ dn̄m ē manus eoꝝ. Et ꝯcupierunt agros ⁊ violēter tulerūt ⁊ rapuerūt domos. ⁊ calūniabanť virū ⁊ domū eius: virū ⁊ hereditatē eius. Idcirco hec dicit dn̄s. Ecce ego cogito sup familiā istā malū vnde nō aufe retis colla vr̄a. ⁊ nō ambulabitis supbi: q̄m tē/ pus pessimū est. In die illa sumeť sup vos pa/ rabola: cātabiť cāticū cū suauitate dicentiū. De populatione vastati sumus. Pars populi mei ꝯmutata est. Quomodo recedis a me cū reuer tatur q regiones nr̄as diuidat? Propter h̄ nō erit tibi mittens funiculū sortis in cetu domini o israel. Ne loq̄mini loquētes. Nō stillabit su per istos nō ꝯprehendet ꝯfusio dicit domus ia cob. Nunqd abbreuiatus ē spūs dn̄i: aut tales sunt cogitationes eius? Nōne v̄ba mea bona sūt cū eo q recte gradiť? Et e ꝯrio ppl's meus i aduersariū cōsurrexit. Desup tunicā palliū su/ stulistis: ⁊ eos q trāsiebant simpliciter ꝯuerti/ stis in bellum. Mulieres populi mei eiecistis de domo delitiaꝝ suaꝝ a paruulis eaꝝ tulistis laudē meā i ꝑpetuum. Surgite ⁊ ite: q2 nō ha/ betis hic requiem. Propter imundiciam eius corrumpeť putredine pessima. Vtinā non essē vir habens spm̄: ⁊ mendaciū potius loquerer. Stillabo tibi in vinū ⁊ in ebrietatē: ⁊ erit super quē stillatur populus iste. Congregatione cō/ gregabo iacob totū te: in vnū ꝯducā reliquias israel. Pariter ponā illum q̄si gregē in ouili: quasi pecus in medio caulaꝝ. Tumultuabunť a multitudine hominum. Ascendet. n. pandēs iter ante eos. Diuidet ⁊ transibunt portam: et egredienť ꝑ eam. Et transibit rex eoꝝ corā eis

& dominus in capite eorum. III

ET dixi. Audite pncipes iacob: & duces domus israel. Nunquid nō vrm ē scire iudiciū: qui odio habetis bonū. & diligitis malū: q violenter tollitis pelles eoꝝ desup eis. & carnē eoꝝ desup ossib9 eoꝝ. Qui comederūt carnē ppl'i mei: & pellē eoꝝ dsup excoriauerūt: & ossa eoꝝ ꝯfregerūt: & cociderunt sicut in lebete & qsi carnē in medio olle. Tūc clamabunt ad dñm & nō exaudiet eos: & abscondet faciem suā ab eis in tpe illo: sicut negter egerunt i adinuentionib9 suis. Hec dicit dñs. sup prophetas q seducunt pplm meū: q mordēt dentibus suis & pdicant pacē. Et si qs nō dederit in ore eoꝝ qppiā: scificāt sup eū pliū. Propterea nox vobis ꝓ visione erit: & tenebre vobis pro diuinatōe. Et occūbet sol sup ꝓphas: & obtenebrabit sup eos dies. Et ꝯfundent q vident visiones: & ꝯfundent diuini. Et operient oēs vultus suos: q2 nō ē responsū dei. Verūtñ ego repletus sum fortitudine spūs domini: iudicio. et virtute: vt ānunciem iacob scelus suum: & isrl' peccatum suum. Audite hoc principes domus iacob: & iudices domus israel: q abhominami iudiciū. & oia recta puertitis. Qui edificatis syon in sanguinib9 & irl'm in iniqtate. Principes eius in muneribus iudicabāt: & sacerdotes ei9 in mercede docebant. Et pphete eius in pecunia diuinabant: et sup dñm requiescebant dicētes. Nunquid non dominus in medio nostrū. Non venient super nos mala. Propter hoc. cā vestri syon quasi ager arabitur: & hierl'm q̄si acervus lapidum erit: et mons templi in excelsa siluarum. IIII

ET erit in nouissimo dieꝝ: erit mons domus dñi pparatus in vtice montiū: et sublimis sup colles. Et fluēt ad eū populi et ꝓperabunt gētes multe et dicent. Venite ascēdamus ad mōtē dñi: et ad domū dei iacob. Et docebit nos de vijs suis: et ibimus i semitis ei9. Quia de syon egredieť lex. et vbū dñi de irl'm. Et iudicabit inter ppl'os multos. et corripiet gētes fortes vsqz in longinquū. Et ꝯcidēt gladios suos i vomeres: et hastas suas i ligones. Nō sumet gens aduersū gentē gladiū. et nō discēt vltra belligerare. Et sedebit vir subtus vineam suā: et subtus ficū suam: et nō erit qui deterreat: q2 os dñi exercituum locutum est. Quia omnes populi ambulabunt vnusqsqz in noīe dei sui: nos aūt ambulabimus i nomine dei nři in eternū et vltra. In die illa dicit dominus ꝯgregabo claudicantē. et eam quam eiecerā colligā: & quā afflixerā consolabor. Et ponā claudicantē i reliqas: & eā q laborauerat i gētē robustā. Et regnabit dñs sup eos i mōte syon. ex hoc nunc & vsqz in eternū. Et tu turris gregis nebulosa filia syon. vsqz ad te veniet: & veniet ptās prima regnū filie irl'm. Nūc qre merore ꝯtraheris. Nunquid rex nō ē tibi: aut ꝯsilarius tuus perijt: q2 ꝯphēdit te dolor sicut parturiētē. Dole & satage filia syon qsi parturiēs: q2 nunc egredieris de ciuitate: & habitabis in regione: & venies vsqz ad babylonem. Ibi liberabis: ibi redimet te dñs de manu inimicoꝝ tuoꝝ. Et nunc ꝯgregate sunt sup te gētes multe: q dicūt lapideť: & aspiciat in syō oculus nř. Ipsi aūt nō cognouerunt cogitatiōes dñi & nō intellexerunt ꝯsilium eius. q2 ꝯgregauit eos qsi fenū aree. Surge & tritura filia syon: q2 cornu tuum ponam ferreū: & vngulas tuas ponā ereas. Et cōminues populos multos: & interficies dño rapinas eorum & fortitudinem eorū domino vniuerse terre. V

NUnc vastaberis filia latrōis. Obsidionē posuerunt sup nos: in vga pcutiēt maxillā iudicis israel. Et tu bethleē effrata paruulus es in milibus iuda. Ex te mihi egredieť q sit dñator in israel: & egressus eius ab initio a diebus eternitatis. Propter hoc dabit eos vsqz ad tēpus i q pturiēs pariet. Et reliqe fratrū ei9 ꝯuerteť ad filios israel. Et stabit & pascet in fortitudine dñi: i sublimitate nois dñi dei sui. Et ꝯuertent: q2 nūc magnificabiť vsqz ad tminos tre. Et erit iste pax assyrijs cū venerit in trā nřam: & qñ calcauerit in domibus nřis. Et suscitabimus sup eū septē pastores: & octo pmates hoies. Et pascēt trā assur i gladio & terrā nemroth in lanceis ei9. Et liberabit ab assur cū venerit in trā nřam: & cū calcauerit in finib9 nřis. Et erunt reliqe iacob in medio populoꝝ multoꝝ qsi ros a dño: & qsi stille sup herbā que nō expectat virū: & nō pstolať filios hoiū. Et erūt reliquie iacob in gētibus in medio ppl'oꝝ multoꝝ qsi leo in iumētis siluaꝝ: & quasi catul9 leonis i gregib9 pecoꝝ. Qui cū transierit & cōculcauerit & cepit: nō ē q eruat. Exaltabiť manus tua sup hostes tuos: & oēs inimici tui interibunt. Et erit in die illa dicit dñs: auferā equos tuos de medio tui: & dispdā qdrigas tuas. Et pdā ciuitates tre tue & destruā oēs munitiones tuas. Et auferā maleficia de manu tua & diuinationes nō erūt i te. Et pire faciā sculptilia tua: & statuas tuas de medio tui. Et nō adorabis vltra opera manuū tuaꝝ: & euellā lucos tuos de

medio tui. Et ꝯterã ciuitates tuas. ⁊ faciã i fu/
rore ⁊ indignatione vltionẽ in oibus gentibus
que non audierunt. VI

Audite q̃ dñs loquit̃. Surge ꝯtẽde iu/
dicio aduersũ mõtes: ⁊ audiãt colles vo
cẽ tuam. Audiãt mõtes iudiciũ dñi. et
fortia fundamẽta tre: q: iudicium dñi cũ popl'o
suo: ⁊ cũ israel diiudicabit̃. Populemeus qd
feci tibi: aut qd molest⁹ fui tibi. Responde mi/
hi. Quia eduxi te de tra egypti: ⁊ de domo ser
uitutis liberaui te: ⁊ misi ante faciẽ tuã moysen
⁊ aaron ⁊ mariã. Populemeus memento q̃/
so qd cogitauerit ꝯ̃ te balach rex moab: ⁊ quid
responderit ei balaã filius beor desethim vsq3
ad galgalã: vt cog̊scẽs iustitias dñi. Quid di/
gnum offerã dño. Curuabo genu deo excelso.
Nungd offerã ei holocaustomata ⁊ vitulos an
niculos. Nũquid placari põt dñs in milib⁹ ari
etũ: an in multis milibus hircoꝝ pinguiũ. Nũ
quid dabo primogenitũ meũ ꝓ scelere meo: fru
ctum vẽtris mei ꝓ peccato aie mee. Indicabo
tibi o homo quid sit bonũ. ⁊ quid dñs rqrat a
te. Vtiq3 facere iudiciũ ⁊ diligere miam. ⁊ sol/
licitũ ãbulare cũ deo tuo. Vox domini ad ciui/
tatẽ clamat. ⁊ salus erit oib⁹ timẽtibus nomẽ
eius. Audite tribus. Et qs approbabit illud.
Adhuc ignis in domo impij: thesauri inigtatis ⁊
mẽsura minor: ire plena. Nungd iustificabo sta
terã impiã ⁊ saccelli põdera dolosa. In qb⁹ di
uites eius repleti sunt inigtate. ⁊ hitantes in ea
loquebant̃ mẽdaciũ: ⁊ lingua eoꝝ frauduleta i
ore eoꝝ. Et ego g̊ cepi ꝑcutere te ꝑditione sup
pctis tuis. Tu comedes ⁊ nõ saturaberis: ⁊ hu
miliatio tua in medio tui. Et apphẽdes ⁊ non
saluabis: ⁊ quos saluaueris in gladium dabo.
Tu seminabis ⁊ nõ metes tu calcabis oliua3 ⁊
nõ vngeris oleo: ⁊ mustũ ⁊ non bibes vinum
Et custodisti p̃cepta amri ⁊ omẽ opus domus
achab. ⁊ ãbulasti in voluptatibus eoꝝ: vt darẽ
te in ꝑditionẽ. ⁊ hitantes i ea i sibilũ: et oppro
briũ ppl'i mei portabis. VII

Ve mihi: q: factus sũ sicut q colligit i au
tũno racemos vindemie. Non est bo
trus ad comedendũ: p̃coquas ficus de
siderauit aia mea. Perijt scũs de terra ⁊ rect⁹
in hoibus nõ est. Oẽs i sanguine insidiãt̃ vir
frẽm suum ad mortẽ venat̃. Malũ manuũ sua
rũ dicunt bonũ. Princeps postulat: ⁊ iudex i
reddendo ẽ. Et magnus locutus est desideriũ
aie sue: ⁊ ꝯturbauerunt eã. Qui optim⁹ in eis
est q̃si paliur⁹. ⁊ q rectus q̃si spina de sepe. Di
es speculatiõis tue visitatio tua venit. Nũc erit
vastitas eoꝝ. Nolite credere amico: ⁊ nolite cõ
fidere in duce. Ab ea q̃ dormit in sinu tuo custo
di claustra oris tui: q: filius ꝯtumeliam facit pa
tri: ⁊ filia consurget aduersus matrẽ suã: nur⁹
aduersus socrũ suã: ⁊ inimici hominis domesti
ci eius. Ego aũt ad dñ3 aspiciã: expectabo deũ
saluatore3 meũ. Audiet me deus meus. Ne le
teris inimica mea sup me: q: cecidi. Cõsurgã.
Cũ sedero in tenebris dñs lux mea est. Iram
dñi portabo: qm̃ peccaui ei. donec cãm meã iu/
dicet. ⁊ faciat iudiciũ meũ. Educet me i lucem.
videbo iustitiã eius. Et aspiciet inimica mea.
⁊ opiet̃ cõfusione: q̃ dicit ad me. Vbi ẽ domi/
nus deus tu⁹. Oculi mei videbunt in eã. Nũc
erit in conculcatione: vt lutum plateaꝝ. Dies
vt edificentur macerie tue. In die illa longe fi
et lex. In die illa ⁊ vsq3 ad te veniet assur: ⁊ vs
q3 ad ciuitates munitas. ⁊ a ciuitatibus munit̃
vsq3 ad flumẽ: ⁊ ad mare de mari. ⁊ ad montẽ
de monte. Et terra erit i desolationẽ ꝓpter hi/
tatores suos: ⁊ ꝓpter fructũ cogitationũ eoru3.
Pasce ppl'm tuũ in virga tua: gregẽ hereditat̃
tue hitantes solos in saltu. In medio carmeli
pascent̃ basan ⁊ galaad iuxta dies antiquos: s3
dies egressionis tue de terra egypti. Ostẽda3
ei mirabilia. Videbũt gentes: ⁊ ꝯfũdent̃ super
oi fortitudine sua. Ponet manũ sup os: aures
eoꝝ surde erunt. Lingent puluerẽ sicut serpen
tes velut reptilia tre ꝑturbabũt̃ de edibus suis
Dñm deũ nostrum nõ desiderabũt. ⁊ timebũt
te. Quis deus sil'is tui q aufers inigtatẽ: ⁊ trãs
fers pctm̃ reliqaꝝ hereditatis tue. Non imittet
vltra furorẽ suũ: qm̃ volens miam ẽ. Reuer/
tetur ⁊ miserebitur nostri. Deponet inigtates
nostras ⁊ ꝓijciet in ꝓfundũ maris oia pctã no
stra. Dabis veritate3 iacob: misericordiã abra
ham: que iurasti patrib⁹ nostris a dieb⁹ ãtiqs.

Explicit Micheas propheta. Incipit prolo
gus in Naum ꝓphetam.

Naum ꝓphetam ante aduentũ reg̃
assyrioꝝ qui ppl'm israel captiuum
in suam regionẽ transtulerat fuisse
hebreoꝝ traditio ꝯfirmat. Siquidẽ
in finẽ h⁹ lectionis: predicti regis aduentũ: idẽ
ꝓpheta annunciare monstratur. S3 cũ hitato/
res niniue. iona interitũ ciuitatis p̃dicante: ne
diuina ira denunciatum interitum sustinerent
peccatoꝝ ⁊ impietatis pniam egissent: accepta
dei misericordia: grauioribus se criminibus i/
plicuerunt. Qua de causa memoratus prophe
ta spũ scõ plenus: iudicium dei annunciãs. ita

locutus ē. Deus ꝫelās: ⁊ vlciscēs dñs ē ⁊c̄. Iā
n. decē trib⁹ ab assyrijs ducte fuerāt i captiuita
tē sub ezechia rege iuda: sub quo etiā nūc in cō
solatōe ppl'i trāsmigrati: aduersū niniuen visio
cernit̄. Nec erat pua ꝯsolatio: tā his q iam assy
rijs seruiebant: ꝙ reliqs qui sub ezechia de tribu
iuda ⁊ beniamī ab eisdē hostibus obsidebant̄:
vt audirent assyrios quoqꝫ a chaldeis esse ca/
piendos: sicut in sequētibus libri huius demō
strabit̄. Sciendū ꝙ niniue in nostra lingua de
hebreo speciosā sonat. Speciosus aūt hic mūd⁹
dicitur. Vnde ⁊ apud grecos: cosmos ab orna
tu nomē accepit. Et quicqd nunc aduersū nini
uen dicitur: de mundo figuraliter p̄dicari sen/
tiamus. Quā ob cām ⁊ assumptio quā septua/
ginta interpretes dicunt apud
hebreos massa ponit̄. i. graue onus eo ꝙ cū ad
uersus quā ꝓphetat̄ p̄mat: nec sinat eleuare cer
uicē. Simulqꝫ hoc attendendū: ꝙ hec ipsa vel
assūptio onus: vel pōdus ꝓphe visio fit. Nō
eni loquit̄ ꝓpheta in extasi: vt mōtanus ⁊ p̄scil
la maxillaqꝫ delirant: sed qđ ꝓphetat liber ē vi
sionis itelligētis vniuersa qui loquit̄: ⁊ pōdus
hostiū faciētis suo pplo visionē. De ꝯsumatio
ne itaqꝫ mundi ꝺm anagogen ꝯsolationē scōꝝ
ꝓphetia texit̄: vt q̄cūqꝫ in mundo vidēt: quasi
p̄tereuntia ⁊ caduca ꝯtēnant: ⁊ p̄parent se ad
iudicij diem. Vbi vltor aduersum vires assy/
riorum affuturus est dominus.

¶ Explicit prologus. Incipit argumentum.

NAum ꝯsolator orbis interpretatur. In
crepat ciuitatē sanguinuꝫ: ⁊ post euer/
sionē illius loquitur. Ecce super mon/
tes pedes euangelizantis ⁊ ānunciātis pacem.

¶ Explicit argumentum. Incipit
Naum propheta. Capitulum. I

ONus niniue. Liber
visiōis
naum helchesei. Deus emula/
tor: ⁊ vlciscens dñs vlciscens
dñs ⁊ habēs furorē: vlciscens
dñs i hostes suos ⁊ irascēs ipse inimicis suis.
Dñs patiens ⁊ magnus fortitudine: ⁊ mūdās
nō faciet inocentē. Dñs in tēpestate ⁊ turbine
vie eius: ⁊ nebule puluis pedū ei⁹. Increpās
mare ⁊ exsiccans illud: ⁊ oia flumia ad desertū
deducēs. Infirmatus est basan ⁊ carmelus ⁊
flos libani elanguit. Mōtes cōmoti sunt ab eo
⁊ colles desolati sunt. Et ꝯtremuit terra a facie
eius: ⁊ orbis: ⁊ oēs hitantes in eo. Ante faciē
indignatiōis eius qs stabit: ⁊ qs resistet in ira
furoris eius. Indignatio eius effusa ē vt ignis
⁊ petre dissolute sunt ab eo. Bonus dñs ⁊ cō/
fortans i die tribulatiōis: ⁊ sciēs sperātes in se.
Et in diluuio p̄tereunte ꝯsumationē faciet loci
eius ⁊ inimicos eius ꝑsequent̄ tenebre. Quid
cogitatis ꝯ dñm. Cōsumationē ipe faciet. Nō
ꝯsurget duplex tribulatio: qꝛ sicut spine se inui
cem cōplectunt̄ sic ꝯuiuiū coꝝ pariter potātiū
Consument̄ q̄si stipula ariditate plena. Ex te
eni exibit cogitans ꝯ dñm malitiā: mente ꝑtra
ctans p̄uaricationē. Hec dicit dñs. Si ꝑfecti
fuerint ⁊ ita plures: sic quoqꝫ attōdent̄ et ꝑtrā
sibit. Afflixi te: et nō affligā te vltra. Et nūc cō
terā virgā eius de dorso tuo: et vincula tua di/
rūpā: et p̄cipiet sup te dñs. Nō semiabit̄ ex no
mie tuo āpli⁹. De domo dei tui iterficiā. Scul
ptile et ꝯflatile ponā sepulchrū tuū. qꝛ ihonora
tus es. Ecce sup mōtes pedes euāgelizātis: et
annunciātis pacē. Celebra iuda festiuitates tu
as: et redde vota tua: qꝛ nō adijciet vltra vt ꝑ/
transeat in tebelial: vniuersus interijt. II

AScēdit q dispgat corā te: qui custodiat
obsidionē. Contēplare viā: cōforta lū
bos: robora virtutē valde. Quia sicut
reddidit dñs supbiā iacob: sic supbiam israel.
Quia vastatores dissipauerunt eos: et ꝓpagi/
nes coꝝ: corruperunt. Clypeus fortiū ei⁹ igni
tus: viri exercitus in coccineis. Ignee habene
currus in die p̄paratiōis eius: et agitatores cō
sopiti sunt. In itineribus ꝯturbati sunt: q̄dri/
ge collise sunt in plateis. Aspectus eoꝝ q̄si lam
pades q̄si fulgura discurrentia. Recordabitur
fortiū suoꝝ: ruent in itineribus suis. Velocit
ascendēt muros eius: et p̄parabit̄ vmbraculū.
Porte fluuioꝝ apte sūt: et tēplū ad solū dirutū
Et miles captiuus adductus ē: et ācille ei⁹ mi/
nabant̄ gementes vt colūbe: murmurantes in
cordibus suis. Et niniue q̄si piscina aq̄ꝝ aque
eius: ipsi vero fugerūt. State state: et non est q
reuertat̄. Diripite argentū: diripite aurū et nō
est finis diuitiaꝝ ex oibus vasis desiderabilib⁹
Dissipata est et scissa et dilacerata: et cor tabe/
scens et dissolutio geniculoꝝ: et defectio in cun
ctis renibus: et facies oium sicut nigredo olle.
Vbi est habitaculū leonū: et pascua catulorum
leonū. Ad quā iuit leo vt igrederet̄ illuc: catu/
lus leonis: et nō ē q exterreat. Leo cepit sufficiē
ter catulis suis: et necauit leenis suis. Et iple/
uit preda speluncas suas: et cubile suuꝫ rapina.
Ecce ego ad te dicit dñs exercituū: et succendaꝫ
vsqꝫ ad summum quadrigas tuas: et leuncu/
los tuos comedet gladius. Et exterminabo de
terra predam tuam: et non audietur vltra vox

nunciorum tuorum. III

Ve ciuitas sanguinū: vniuersa menda/ cij: dilaceratione plena. Non recedet a te rapina. Vox flagelli: et vox impetus rote. et equi frementis: et quadrige feruentis et equitis ascēdētis: et micātis gladij et fulgurātis haste. et multitudinis interfecte. et grauis ruine nec ē finis cadauerū. Et corruēt in corporibus suis, ppter multitudinē fornicationum meretri cis speciose et grate et habētis maleficia: q̄ vēdi/ dit gētes in fornicatōibus suis: et familias i ma leficijs suis. Ecce ego ad te dicit dn̄s deus exer cituū: et reuelabo pudēda tua in facie tua: et ostē dam in gētibus nuditatē tuā et regnis ignomi/ niā tuā. Et pijciam sup te abhominationes: et contumelijs te afficiam: et ponā te in exemplū et erit oīs q viderit te resiliet a te: et dicet. Vasta ta est niniue. Quis cōmouebit super te caput. Vnde q̄ram consolatorem tibi. Nunqd melior es alexandria pplo͛: q̄ habitat in fluminibus. Aque i circuitu eius: cuius diuitie mare: aque muri eius. Ethiopia fortitudo eius. et egyptus et nō est finis. Africa et libyes fuerūt in auxilio tuo: sed et ipa in trāsmigratiōe ducta est i capti/ uitatē. Paruuli eius elisi sūt in capite oium via rū: et sup inclytos eius miserūt sortē: et oēs opti mates eius ɔfixi sūt i ɔpedibus. Et tu ergo in/ ebriaberis et eris despecta. et q̄res tu auxiliū ab inimico. Oēs munitōes tue sicut ficus cū gros sis suis: si ɔcusse fuerit cadent i os comedentis Ecce ppl's tuus: mulieres i medio tui. Inimi cis tuis ad aptionē pandent porte terre tue: de uorabit ignis vectes tuos. Aquam ppter obsi dionē hauri tibi. extrue munitiones tuas. In/ tra in lutū et calca: subigens tene laterem. Ibi comedet te ignis: peribis gladio: deuorabit te vt brucus. Cōgregare ergo vt brucus: multi/ plicare vt locusta. Plures fecisti negociatiōes tuas: q̄s stelle sunt celi. Brucus expansus est: et auolauit. Custodes tui quasi locuste. et paruuli tui q̄si locuste locusta͛. q̄ ɔsidunt in sepibus in die frigoris. Sol ortus est et auolauerunt et nō est cognitus locus earum vbi fuerint. Dormi/ tauerunt pastores tui rex assur: sepelient prin/ cipes tui. Latitauit populus tuus in montibus et non est q ɔgreget. Non est obscura contritio tua: pessima est plaga tua. Oēs qui audierūt au ditionē tuam: compresserunt manum super te. Quia sup quē nō trāsijt malitia tua semper.

¶ Explicit Naum propheta. Incipit p/ logus in Abacbuc prophetam.

Quattuor pphete i duodecim ppha͛ volumie ɔtinent: e qbus tres i pnci pio lēna. i. pōdus. titulū habēt. naū abacbuc et malechias. Porro çacha rias in medio et circa finem duos huiuscemodi ponit titulos. e quibus vnus est onus verbi do mini i tra adrach: et damasci requiei eius: alter in fine. s. onus verbi dn̄i sup isrl'. De naū ora/ tionib⁹ tuis iam liber vn⁹ editus est. De çacha ria et malachia: si vita comes fuerit differetur. Nunc abacbuc hēmus in manib⁹ q vel ex eo q amabilis deo est vocat amplexatio: vel q in cer tamē et luctā: et vt ita dicā. amplexū cū deo con/ gredit. āplexantis. i. luctantis sortitus est nomē Nullus. n. tā audaci voce ausus est deum ad di sceptationē iusticie ɔuocare: et dicere ei. Cur i rebus hūanis mundi isti⁹ pōpa tanta rex͛ ver/ set iniqtas. Vociferabor ad te vi͛ patiēs: et nō saluabis. Quare oñdisti mihi iniqtatē et laborē videre. Lacerata est lex: et non puenit vsq ad finē iudicium. qr impius ꝑualet aduersū iustū ideo egredit iudicium puersū. Vides q̄ teme raria vox sit. et quodāmodo blasphemātis crea torē suū ad iudiciū prouocare. et vas fragile ad uersus figulum. cur tale vel tale factū sit dispu tare. Necnō et hoc aīaduertendū. q assumptō vel pondus q̄ grauia iā cē dixim⁹. pphe visio est. et aduersū mōtani dogma puersū itelligit qđ videt: nec vt amēs loqt. nec more insanientiū feminarū dat sine mente sonū. Vnde et apl's iu bet vt si pphetātibus alijs: alij fuerit reuelatū taceāt q prius loq̄bant. Et statim. nō est inquit dissensiōis de⁹. s pacis. Ex quo intelligit cum qs ex volūtate reticet: et alijs locū dat ad loquen dū. possit loq et tacere cū velit. Qui aūt i extasi. i. inuitus loqt. nec tacere nec loq i sua ptāte ha bet. Illud q̄s disce. qr semel a me violent erigt vt q̄si q̄sdā gdus et scalas ad altiora intēti. histo/ riā tibi iterpter. pphetiā esse circa babylonē et nabuchodonosor regē chaldeo͛. vt quō prior ppha naū quē abacbuc sequit: vaticinium ha/ buit ɔtra niniuen et assyrios q vastauerūt decē tribus q̄ vocant isrl'. ita abacbuc pphetiā habe at aduersus babylonē et nabuchodonosor: a q/ bus iudas et irlm tēplūq subuersa sunt. Et vt scias eo tpe fuisse abacbuc: q̄ iā duc tribus q̄ vo cabant iuda. ducte erāt in captiuitatem: daniel docere te poterit. ad quē in lacum leonum aba/ cbuc cū prandio mittit. q̄s apud hebreos hec ipa nō legat historia. Igitur siue quis recipiat scripturā illā: siue nō recipiat: vtrūq p nobis ē. Aut. n. iā recipit: et post factā rē lib abacbuc

texit: aut si nõ recipit: q̃si ꝓpheta scribit q̃ ven/
tura cognoscit. Interim ſm litterã causat̃ ad/
uersũ deũ ꝓpheta: cur nabuchodonosor tẽpluz
dei vastet ⁊ iudã: cur irl'm quondã vrbs dñi de
struat̃: q̃re clamet ppl's ⁊ nõ audiat̃: vociferet̃
ad dñm oppressus a chaldeis ⁊ nõ saluet̃: qua/
re etiã ip̃e ꝓpheta vel ppl's ex cuius p̱sona lo/
quit̃: ad hoc vixerit: ⁊ hucusq̧ p̱duct⁹ sit: vt ini
quitatẽ hostiũ ⁊ suũ laborẽ viderit: cum in iusti
cia p̄ualeat aduersũ se. Et hoc dicit p̄mentis an
gustia: nesciẽs aurũ in igne cõflati: ⁊ tres pue/
ros de camino ignis puriores exisse: q̧ itrauе/
rant. Sz ⁊ hoc generaliter accipe possumus: ꝙ
ex p̱sona humane ipatientie loquat̃: vt in q̃rulã
vocẽ ⁊ plenã doloris crũpat dicẽs. Quare res
picis cõtemptores: ⁊ taces conculcante ipio iu/
stiorem se. Hec aũt loquit̃: nesciẽs iudicia dei
iuestigabilia: ⁊ ꝓfundũ diuitiaꝝ sapie ⁊ sciẽtie
eius ꝙ nõ ita videat deus vt videt hõ. Nõ tm̃
p̄sentia respicit deus futura ⁊ eterna cognoscit
Et quõ si egrotans ⁊ estuans febribus aquam
frigidã postulet ⁊ dicat ad medicũ: vim patior:
crutior: vror: exanimor vsq̧quo medice clama
bo ⁊ exaudies: ⁊ respõdeat ei sapiẽtissimus ac
clementissimus medicus. scio quo tp̱e dare de/
beã qd̃ postulas: nõ misereor mõ: q2 mĩficor/
dia ista crudelitas ẽ: ⁊ voluntas tua ꝯ te petit.
Ita ⁊ deus nr̃ sciens clemẽtie sue põdera atq̧
mẽsuras: iterdũ nõ exaudit clamantẽ vt euz ꝓ
bet: ⁊ magis ꝓuocet eũ ad rogandũ: ⁊ q̃si igne
excoctũ iustiorẽ ⁊ puriorẽ faciat. Qd̃ itelligens
apl'us ſm id ꝙ mĩficordiã ꝯsecutus ẽ a dño ait
Sz nõ deficimus. Et benedicit dñm in oĩ tp̱e.
Et scit ꝙ qui p̱seuerauerit vsq̧ in finẽ hic sal/
uus erit: ⁊ gloriat̃ in labore ⁊ dolore. Et cũ hie
remias dicit. Tribulationẽ ⁊ miseriaz iuocabo:
vt quomodo alius inuocat deuz: sic scũs vir ⁊
bellator inuictus ad exercẽdũ se ⁊ ꝓbanduz tri
bulationem et miseriam inuenire desiderat.

¶ Explicit prologus: sequitur argumentum.

Abachuc luctator fortis et rigidus stat
sup custodiã suã et figit gradũ sup mu
nitionẽ: vt xp̄m in cruce ꝯtẽplet̃: et di/
cat. Operuit celos gl'ia eius: et laudis eius ple/
na ẽ terra. Splẽdor eius vt lux erit: cornua in
manibus eius: ibi abscõdita est fortitudo eius.

¶ Explicit argumentum. Incipit Abachuc
propheta. Capitulum. I

Onus quod vidit aba
chuc pro
pheta. Vsq̧quo domine cla/
mabo: et non exaudies. Voci/
ferabor ad te viz patiens: et nõ saluabis. Qua
re ostendisti mihi iniquitatem et laborem vide
re p̱dã ⁊ iiusticiã ꝯ me? Quare respicis ꝯtem/
ptores: ⁊ taces ꝯculcante ipio iustiorem se? Et
facies hõis q̃si pisces maris ⁊ quasi reptilia nõ
hñtia ducem. Et factum ẽ iudiciũ: ⁊ ꝯdictio po
tẽtior. Propt̃ h̃ lacerata ẽ lex: ⁊ non peruenit
vsq̧ ad finem iudiciuz. Quia impius preualet
aduersus iustum: ꝓpterea egredit̃ iudiciũ per
uersũ. Aspicite in gẽtibus et videte et ãmirami
⁊ obstupescite: qa op⁹ factũ ẽ in diebus vestris
qd̃ nemo credet cuz narrabitur. Quia ecce ego
suscitabo chaldeos gẽtẽ amaraz ⁊ velocem am
bulantẽ sup latitudinez tre. ut possideat taber/
nacula non sua. Horribil' ⁊ tribils ẽ: ex seipsa
iudicium ⁊ onus eius egrediet̃. Leuiores par
dis equi eius. ⁊ velociores lupis vespertinis et
diffundent̃ equites eius. Eqtes nãq̧ ei⁹ de lõ
ge veniẽt: volabunt q̃si aqla festinans ad come
dendũ. Oẽs ad p̱dã veniẽt. facies eoꝝ vent⁹
vrẽs. Et cõgregabit q̃si arenam captiuitatem
⁊ ipse de regibus triũphabit: ⁊ tyranni ridicu/
li eius erũt. Ipse super oẽm munitionẽ ridebit
⁊ comportabit aggerem. ⁊ capiet eã. Tũc muta
bit̃ spũs: ⁊ pertransibit ⁊ corruet. Hec est forti
tudo ei⁹ dei sui. Nũqd non tu a p̄ncipio domie
de⁹ meus scẽ me⁹: ⁊ nõ moriemur. Domie i iu
diciũ posuisti eũ: ⁊ fortẽ ut corripes fũdasti eum
Mundi sunt oculi tui ne uideas malum: ⁊ re/
spicere ad iniquitatez non poteris. Quare non
respicis super inique agentes: ⁊ taces deuoran
te impio iustiorez se? Et facies hõis quasi pisces
maris: ⁊ quasi reptile nõ hñs p̄ncipẽ. Totũ in
hamo subleuauit: traxit illud in sagena sua: ⁊ ꝯ
gregauit in rete suuz. Super h̃ letabit̃ ⁊ exulta
bit: propterea immolabit sagene sue. ⁊ sacrifica
bit reti suo. Quia in ipsis i crassata est pars ei⁹
⁊ cib⁹ ei⁹ elect⁹ Propt̃ h̃ ergo expãdit sagenã
suã: ⁊ semp̱ interficere gẽtes nõ cessat. II

Super custodiaz meaz stabo: ⁊ figaz gra
dum super munitionẽ. Et ꝯtẽplabor:
ut videam qd dicat̃ mihi: ⁊ qd rñdeam
ad arguentẽ me. Et rñdit mihi domin⁹ ⁊ dixit
Scribe visũ ⁊ explana euz super tabulas ut per
currat q legerit eum. Quia adhuc visus ꝓcul
⁊ apparebit in finẽ ⁊ nõ mentiet̃. Si moram fe
cerit expecta illũ: qa veniẽs veniet ⁊ nõ tarda/
bit. Ecce q incredulus ẽ nõ erit recta aĩa eius i
semetipso. Iustus autẽ i fide sua viuet. Et quõ
vinum potantez decipit: sic erit vir superbus ⁊
non decorabitur. Qui dilatauit quasi infernus
aĩam suaz: ⁊ ipse q̃si mors ⁊ non adimplet̃. Et

cõgregauit ad se oẽs gẽtes. ⁊ coaceruauit ad se oẽs populos. Nũqd nõ oẽs isti super eũ parabolã sument: ⁊ loquelã enigmatũ eius. Et diceť Ve ei. q multiplicat nõ sua. Vsqꝫquo ⁊ aggrauat ꝯtra se densum lutũ. Nũqd nõ repente cõsurgent q mordeãt te. Et suscitabunť laceratẽs te: ⁊ eris in rapinam eis. Quia tu spoliasti gentes multas: spoliabunt te oẽs q reliqui fuerit ð populis: ꝑpter sanguinem hoĩs ⁊ iniquitatem terre ciuitatis. ⁊ hoĩum hitantiũ in ea. Ve q cõgregat auaritiã malã domui sue: vt sit in excelso nidus ei⁹. ⁊ liberari se putat de manu mali. Cogitasti ꝯfusionẽ domui tue: concidisti populos multos. ⁊ peccauit aĩa tua. Quia lapis ð pariete clamabit. ⁊ lignũ qd inter iuncturas edificioꝝ est rñdebit. Ve q edificat ciuitatẽ in sãguinibus. ⁊ pparat vrbeꝫ in iniqtate. Nũquid nõ hec sũt a dño exercituũ. Laborabunt .n. ppl'i in multo igni: ⁊ gentes i vacuũ ⁊ deficient. Quia replebiť terra vt cognoscãt gloriã dñi: q̃si aque operientes mare. Ve q potũ dat amico suo mittens fel suũ: ⁊ inebriãs vt aspiciat nuditatẽ ei⁹. Repletus ẽ ignominia pro gloria. Bibe tu q̃ꝫ ⁊ ꝯsopire. Circũdabit te calix dextere dñi. ⁊ vomitus ignominie sup gloriã tuã. Quia iniqtas libani operiet te ⁊ vastitas aĩaliũ deterrebit eos de sanguinibus hoĩs ⁊ iniquitate ṫre ⁊ ciuitatis. ⁊ oĩum hitantium i ea. Quid ꝓdest sculptile quia sculpsit illud fictor suus ꝯflatile ⁊ imaginẽ falsã q: sperauit in figmẽto fictor ei⁹ vt faceret simulacra muta. Ve qui dicit ligno. expgiscere surge lapidi tacenti. Nũquid ipse docere poterit. Ecce iste cooptus est auro ⁊ argẽto: ⁊ oĩs spũs nõ est in visceribꝰ eius. Dñs aũt in templo scõ suo sileat a facie eius omnis terra.

¶ Oratio abacuc prophete pro ignorantijs. III

Domine audiui auditioneꝫ tuam: ⁊ timui. Dñe opus tuũ: i medio annoꝝ viuifica illud. In medio ãnorũ notum facies: cũ iratus fueris mie recordaberis. Deus ab austro veniet: ⁊ sãctus de monte pharan. Operuit celos gloria ei⁹: ⁊ laudis ei⁹ plena est terra. Splẽdor eius vt lux erit cornua in manibus eius. Ibi abscondita est fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors. Egredieť diabolus ante pedes ei⁹. stetit ⁊ mensus est terraꝫ Aspexit ⁊ dissoluiť gentes: ⁊ ꝯtriti sunt montes seculi. Incuruati sunt colles mundi: ab itineribus eternitatis eius. Pro iniquitate vidi tẽtoria ethiopie: turbabantur pelles terre madian. Nũquid i fluminibus iratus es dñe. aut in fluminibus furor tuus. vel in mari idignatio tua. Qui ascendes sup equos tuos: ⁊ q̃drige tue saluatio. Suscitans suscitabis arcũ tuũ: iuramenta tribubus q̃ locutus es. Fluuios scindes ṫre viderunt te ⁊ doluerunt montes: gurges aq̃rũ transijt. Dedit abyssus vocẽ suã: altitudo manus suas leuauit. Sol ⁊ luna steterũt in habitaculo suo: in luce sagittarũ tuarũ ibunt: in splendore fulgurantis haste tue. In fremitu ꝯculcabis terram: ⁊ in furore obstupefacies gentes. Egressus es in salutẽ ppl'i tui. in saluteꝫ cũ xp̃o tuo. Percussisti caput de domo impij. denudasti fundamẽtũ eius vsqꝫ ad colluꝫ. Maledixisti sceptris eius. capiti bellatoꝝ eius: venientibꝰ vt turbo ad dispgendum me. Exultatio eoꝝ: sicut eius q deuorat pauperẽ in abscondito. Viã fecisti in mari equis tuis: in luto aq̃rũ multarũ. Audiui ⁊ ꝯturbatus est venter meus. a voce ꝯtremuerunt labia mea. Ingrediať putredo in ossibus meis ⁊ subter me scateat. Vt requiescã in die tribulatiõis: vt ascendam ad ppl'm accinctũ nr̃m. Ficus .n. nõ florebit. ⁊ nõ erit germen in vineis. Mentieť opus oliue: ⁊ arua nõ afferent cibum. Abscideť de ouili pecus: ⁊ non erit armentũ in ꝑsepibus. Ego aũt in dño gaudebo: ⁊ exultabo in deo ihesu meo. Deus dñs fortitudo mea: ⁊ ponet pedes meos quasi ceruorum. Et super excelsa mea deducet me victor i psalmis canentem.

¶ Explicit abacuc propheta. Incipit prologus in Sophoniam prophetam.

Tradũt hebrei: cuiuscũqꝫ ꝓphete pať aut auus ponať in titulo: ipos quoqꝫ ꝓphetas fuisse. Vnde ⁊ amos vnum de duodecim ꝓphẽis qui dixit. nõ sum ꝓpheta nec fili⁹ ꝓphete: sed pastor capraꝝ vellicãs sycomoros pr̃is nomẽ in titulo nõ hr̃e. Hoc si veꝝ est sophonias ꝓpheta: qui noĩe. vt ita dicã. ꝓphetico ⁊ gloriosa maioꝝ suoꝝ stirpe generatus ẽ Habuit .n. patrẽ chusi. auũ godoliã. ꝓauum amasiã. attauũ ezechiã. ⁊ talẽ q̃drigaꝫ ipe velut extremus auriga ꝯpleuit. Nomẽ sophonie alij speculam: alij archanũ dñi transtulerunt. Siue igitur specula siue absconditum dñi interpretetur. vtrũqꝫ ꝓphe ꝯuenit. Diciť .n. ad ezechielẽ Fili hoĩs: speculatorem te posui domui israel. Iste ergo ꝓpheta qui erat i specula ⁊ i sublimibus ꝯstitutus. ⁊ nouerat mysteria dñi fili⁹ erat chusi qui interpťať hũilitas. Habebat q̃ꝫ auuꝫ godoliã: q dr̃ magnitudo dñi. ⁊ ꝓauũ amasiaꝫ q ⁊ ipse vertiť in sermonẽ dñi: attauũ ezechiaꝫ qui sonat fortitudo domĩ. De fortitudine itaqꝫ dñi natꝰ ẽ sermo dñi. ⁊ de sermone dñi nata est

magnitudo domini: et de magnitudine dñi na
ta est humilitas. ut cũ peruenerit aliqs ad perfe-
ctum. dicat: qa non sum dignus vocari aplus.
Et illud in psalmis. Dñe non est exaltatũ cor
meũ. neqꝫ elati sunt oculi mei. Josiam regem
iude cuius tpibus sophonias pphetasse iueni
tur deo pre oibus regibus iude placuisse histo
ria qrti libri regũ ꝛ secundi paralypomenon
demonstrat. Josias simulacra q̃ pater suꝰ amõ
vel auꝰ manasses i tẽplo dei collocauerat deie-
cta cõminuisse mõstrat. In qbus etiã serpẽtẽ
ereũ a moyse factũ cui errori inductus ppls su
pstitione idoloꝝ detẽtus admiserat. Idem cu-
stodisse pasca: ꝛ intermissis tpibus multis solꝰ
celebrasse monstrat. Jõ deꝰ p pphaꝫ tẽporibꝰ
memorati regꝯ q̃ puentura erant ostendẽs gẽ
tibus qdem lectione ꝯphẽsis affutuꝝ iudiciũ.
Populo ꝟo isrl' salutẽ: et ciuitati irl'm rastau
ratione tũc tpis tribuẽdã textu lectionis denũ
ciauit. Explicit plogus. Incipit argumẽtũ.

Sophonias speculator et archanorum dei cognitor audiuit clamorẽ a porta pi
scium: et eiulatũ a secunda: et cõtritionẽ
a collibus. Indicit quoqꝫ vlulatũ hitatoribus
pile qꝛ ꝯticuit oĩs ppl's chanaan: disperierunt
vniuersi qui inuoluti erant argento.
Explicit argumentum. Incipit Sophoni-
as propheta. Capitulum. I

Verbum domini qð factũ est ad sophoniã filium
chusi filij godolie filij amasie fi
lij ezechie: in diebus iosie filij
amon regis iuda. Congregãs
congregabo omnia a facie terre dicit dñs: con
gregans hominem et pecus cõgregans vola-
tilia celi et pisces maris. Et ruine impioꝝ erũt
et disperdam homines a facie terre dicit domi-
nus. Et extendam manum meam super iudã
et super omnes habitantes hierusalẽ: et disper
dam de loco hoc reliquias baal: et noĩa edituo-
rũ cum sacerdotibus: et eos q adorant sup te-
cta militiã celi: et adorãt et iurant in dño et iu-
rant in melchon: et qui auertunt̃ de post tergũ
dñi: et qui nõ quesierunt dñm: nec inuestigaue
runt eum. Silete a facie dñi dei: quia iuxta ẽ di
es domini. Quia pparauit dominus hostiam
sanctificauit vocatos suos. Et erit in die hostie
dñi visitabo sup pncipes ꝛ sup filios regis ꝛ su
p oẽs q induti sunt veste pegrina. Et visitabo
sup oẽm q arrogãt igredit̃ sup limen in die illa
q ꝯplẽt domũ dñi di sui iniqtate ꝛ dolo. Et erit
i die illa dic̃ dñs vox clamor̃ a porta pisciũ. et
vlulatus a secũda. et ꝯtritio magna a collibus.
Vlulate habitatores pile. Cõticuit oĩs popl's
chanaã: dispierũt oẽs inuoluti argẽto. Et erit: i
tpe illo scrutabor irl'm in lucernis. et visitabo
sup viros defixos in fecibꝰ suis: q dicũt in cor-
dibꝰ suis. Nõ faciet bene dñs: et nõ faciet ma-
le. Et erit fortitudo eaꝝ in direptionẽ et domꝰ
eoꝝ i desertũ. Et edificabũt domos et nõ hita
bunt: et plãtabunt vineas: et nõ bibẽt vinũ ea
rũ. Iuxta ẽ dies dñi magnꝰ: iuxta est et velox
nimis. Vox diei dñi amara: tribulabit̃ ibi for-
tis. Dies ire dies illa: dies tribulationis et an
gustie: dies calamitat̃ et miserie. dies tenebraꝝ
et caliginis. dies nebule. et turbinis dies tube et
clãgoris sup ciuitates munitas et sup angulos
excelsos. Et tribulabo hoĩes: ꝛ ãbulabũt ut ce-
ci: qa dño peccauerũt. Et effũdet̃ sanguis eoꝝ
sicut humus ꝛ corpora eoꝝ sicut stercora. Sed
ꝛ argẽtũ eorũ: ꝛ aurũ eoꝝ nõ poterit liberare
eos: i die ire dñi. In igne zeli eius deuorabit̃
omnis terra: qui consumationẽ cuꝫ festinatio
ne faciet cunctis habitantibus terram. II

Conuenite ꝯgregamini gens non ama-
bilis. priusqꝫ pariat visio q̃si puluerem
transeuntẽ diem antequaꝫ veniat sup
vos ira furoris dñi: anqꝫ veniat super vos ira
indignatiõis dñi. Querite dñm oẽs mansueti
terre: qa iudiciũ eiꝰ estis opati. Querite iustũ
q̃rite mãsuetũ. si q̃ modo abscondamini in die
furoris dñi. Quia gaza destructa erit: ꝛ ascalõ
i desertum. Azotũ in meridie eijciẽt. ꝛ accharõ
eradicabit̃. Ve q hitatis funiculũ mar̃: gens
pditoꝝ. Verbum dñi sup vos chanaan terra
philistinoꝝ. ꝛ dispdã te ita ut non sit inhitator.
Et erit funiculꝰ maris reges pastorũ. ꝛ caule
pecoꝝ. Et erit funiculus eius q remanserit de
domo iuda. Ibi pascentur in domibus ascalo-
nis ad vesperam requiescent: qa visitabit eos
dñs deus eoꝝ. ꝛ auertet captiuitatem eorum.
Audiui opprobriũ moab. ꝛ blasphemias filio-
rum ãmon q̃ exprobrauerũt popl'o meo. ꝛ ma-
gnificati sunt super terminos eorum. Propte
rea viuo ego dic̃ dñs exercituũ: deꝰ isrl'. Quia
moab ut sodoma erit. ꝛ filij ãmon q̃si gomorra
siccitas spinaꝝ et aceirui salis. et desertum vsqꝫ
in eternum. Reliquie popl'i mei diripient eos
residui gentis mee possidebunt illos. Hoc eis
eueniet p supbia sua: qua blasphemauerunt ꝛ
magnificati sũt sup ppl'm dñi exercituũ. Hor
ribilis dñs sup eos: et attenuabit oẽs deos ter-
re. Et adorabunt eũ viri de loco suo oẽs insule

gētiū. Sz et vos ethiopes: interfecti gladio meo eritis. Et extēdet manū suā sup aqlonē et pdet assur. Et ponet speciosā i solitudinē et i inuiū et q̄si desertū. Et accubabūt in medio ei⁹ greges. oēs bestie gentiū. et onocrotalus et hericius in liminib⁹ ei⁹ morabūt. Vox cantantis in fenestra. coruus in supliminari: q̄m atenuabo robur ei⁹. Hec ē ciuitas gloriosa habitās in p̄fidētia: q̄ dicebat i corde suo. Ego sū: et ex̄ me nō ē alia ampli⁹. Quō facta ē in desertum: cubile bestie. O is qui transit per eam sibillabit: et mouebit manum suam. III

Ve prouocatrix et redempta ciuitas. columba. Nō audiuit vocē: et nō suscepit disciplinā. In dn̄o non est confisa: ad deū suū non appropinquauit. Principes eius in medio ei⁹: q̄si leones rugiētes. Iudices ei⁹ lupi vespe: nō relinq̄bant in mane. Prophete ei⁹ vesani viri infideles. Sacerdotes ei⁹ polluerūt scm̄: iniuste egerūt 𝔠 legē. Dn̄s iustus i medio ei⁹: nō faciet iniqtatem. Mane mane iudiciū suū dabit in luce. et non abscondet. Nescivit aūt iniqu⁹ confusionē. Disp̄didi gentes et dissipati sūt āguli earum. Desertas feci vias eo𝔷: dū non ē q trāseat. Desolate sūt ciuitates eo𝔷: non remanente viro neq̄ vllo habitatore. Dixi attamen timebis me suscipies disciplinā. Et nō pibit hitaculū ei⁹. p̄pt oia i qb⁹ visitaui eā. Verūtn̄ diluculo surgētes corruperūt oēs cogitationes suas. Qua p̄pter expecta me dic dn̄s i die resurrectiōis mee i futu𝔷: qa iudiciū meū ut cōgregem gentes. et colligā regna. Et effūdā sup eos idignationē meam: oēm irā furoris mei. In igne. n. çeli mei deuorabit ois tra. Quia tūc reddā ppl'is labiū electū. vt inuocēt oēs nomē dn̄i. et fuiant ei hūero vno. Vltra flumia ethiopie: inde supplices mei: filij dispersorum meo𝔷 deferēt munus mihi. In die illa non confunderis sup cunctis adinuentionibus tuis: quibus p̄uaricata es i me. Q2 tunc auferā de medio tui magniloquos supbie tue: et nō adijcies exaltari āpli⁹ i mōte scō meo. Et derelinquā in medio tui ppl'm pauperē et egenū et sperabūt in noīe dn̄i. Relique isrl' nō faciēt iniquitatē nec loquent mendaciū: et nō inuenient i ore eo𝔷 lingua dolosa. Qm̄ ipsi pascent et accubabunt: et nō erit qui exterreat. Lauda filia syō iubila israel. Letare et exulta i omni corde filia hierl'm. Abstulit dn̄s iudicium tuū: auertit inimicos tuos. Rex isrl' dn̄s in medio tui nō time bis malum vltra. In die illa dicet hierl'z. Noli timere syon: nō dissoluant manus tue. Dn̄s deus tu⁹ in medio tui fortis ipse saluabit. Gaudebit sup te i leticia: silebit i dilectiōe tua et exultabit sup te i laude. Nugas q a lege recesserant p̄gregabo q2 ex te erāt: vt nō vltra habeas sup eis opprobriū. Ecce ego interficiā oēs q afflixerunt te i tpe illo. et saluabo claudicātē et eā que electa fuerat p̄gregabo. Et ponā eos in laudē. et in nomē in oī terra p̄fusionis eo𝔷 in tpe illo quo adducā vos: et i tpe q̄ p̄gregabo vos. Dabo. n. vos in nomē et in laudē oibus ppl'is terre: cū p̄uertero captiuitatē vr̄am corām oculis vestris dicit dominus.

Explicit sophonias p̄pha. Incipit p̄logus in Aggeum p̄pham.

iniquos. et pvaluerunt in ea. Et posuerunt arma et escas. et pgregauerunt spolia irlm et reposuerunt illic. et facti sunt in laqueũ magnum. Et factum est hoc ad insidias sãctificationi et i diabolũ malũ israel. Et effuderũt sanguinẽ innocentẽ per circuitũ sanctificationis et pcaminauerunt sanctificationem. Et fugerunt habitatores irlm ppter eos. et facta est habitatio exterorum. et facta est extera semini suo: et nati eius reliquerũt eam. Sanctificatio eius desolata est sicut solitudo: dies festi eius conuersi sunt in luctum: sabbata eius in opprobrium honores eius in nihilum. Scdm gloriam eius multiplicata ẽ ignominia eius. et sublimitas eius conuersa ẽ in luctum. Et scripsit rex ãtiochus omni regno suo vt eẽt oĩs populus vnus. et reliquerunt vnusquisqꝫ legem suam. et consenserunt omnes gẽtes scdm vbũ regis antiochi. Et multi ex israel consenserũt ei: et sacrificauerunt idolis et coinquinauerunt sabbatũ. et misit rex antiochus libros per manus nunciorum in irlm. et in oẽs ciuitates iudee vt sequerent leges gentiũ terre. et prohiberet holocausta et sacrificia: et placationes fieri in templo dei: et phiberent celebrari sabbatum et dies solẽnes. et iussit coinquinari sancta et sanctum templum israel: et edificari aras et templa et idola: et imolari carnes suillas et pecora communia. et relinquere filios suos incircuncisos: et coinquinari aias eorum in oĩbus imundicijs et abhominationibus: ita vt obliuiscerent legem: et imutarent omnes iustificationes dei. et quicũqꝫ nõ fecissent scdm verbum regis antiochi: morerent. Scdm omnia verba hec scripsit oĩ regno suo: et preposuit pncipes populo qui hec fieri cogerent. et iusserunt ciuitatibus iude sacrificare. et pgregati sunt multi de pplo ad eos q dereliquerant legem dñi et fecerunt mala super terram: et effugauerunt pplm israel in abditis et in abscõditis fugitiuorum locis. Die quintadecima mensis casleu quinto et quadragesimo et centesimo anno: edificauit rex antiochus abbominandũ idolum desolationis super altare dei. et per vniuersas ciuitates iude in circuitu edificauerunt aras. et ante ianuas domorum et in plateis incendebant thura et sacrificabant. et libros legis dei combusserunt igni scindentes eos: et apud quẽcunqꝫ inueniebaṫ libri testamẽti domini et quicũqꝫ obseruabat legem domini: scdm edictũ regis trucidabant eum. In virtute sua faciebãt hec populo israel: qui inueniebatur in omi mẽse in ciuitatibus. et quinta et vicesima die mensis sacrificabant super arã que erat contra altare. et mulieres que circuncidebant filios suos trucidabantur scdm iussũ regis antiochi. et suspẽdebant pueros a ceruicibus per vniuersas domos eorum: et eos qui circunciderãt illos: trucidabant. et multi de populo israel diffinierunt apud se: vt non manducarent imunda: et elegerunt magis mori q̃ cibis coinquinari imundis. et noluerunt infringere legem dei sanctam et trucidati sunt. Et facta ẽ ira magna super populum valde.

II

In diebus illis surrexit matathias filius iohannis filij symeonis sacerdos ex filijs ioarim ab irlm: et consedit in monte modin. Et habebaṫ filios qnqꝫ: iohannan q cognominabaṫ gaddis. et simonem qui cognominabaṫ thasi. et iudã qui vocabaṫ machabeus et eleaçarum q cognominabaṫ abaron. et ionathan qui cognominabaṫ apphus. Hi viderũt mala que fiebant in populo iuda et in hierusalẽ. Et dixit matathias. Ve mihi. Vt quid nat⁹ sũ videre contritionem populi mei et contritionem ciuitatis scẽ: et sedere illic cũ datur in manibus inimicorum? Scã in manu extraneorum facta sũt: templum eius sicut hõ ignobilis. Vasa glorie eius captiua abducta sunt: trucidati sunt senes eius in plateis: et iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. Que gens non hereditauit regnum eius: et non obtinuit spolia eius? Omnis compositio eius ablata est. Que erat libera: facta ẽ ancilla. Et ecce sancta nostra et pulchritudo nostra et claritas nrã desolata est: et coiquinauerũt eam gẽtes. Quo ẽ nobis adhuc viuere. Et sciderunt vestimenta sua matathias et filij eius: et operuerunt se cilitijs. et planxerunt valde. Et venerunt illuc qui missi erant a rege antiocho. vt cogerent eos qui pfugerant in ciuitatẽ modin imolare et accendere thura: et a lege dei discedere. Et multi de pplo israel psentiẽtes accesserũt ad eos: sed mathathias et filij eius cõstanter steterunt. Et rñdẽtes q missi erant ab antiocho dixerunt matathie. Princeps et clarissimus et magnus es in hac ciuitate: et ornatus filijs et frib⁹ Ergo accede prior et fac iussũ regis sicut fecerũt oẽs gentes: et viri iuda et q remanserũt in irlm et eris tu et filij tui inṫ amicos regis: et amplificatus auro et argento et muneribus multis. Et respondit matathias. et dixit magna voce. Et si oẽs gẽtes regi antiocho obediunt vt discedant vnusquisqꝫ a seruitute legis patrũ suorum et consentiant mandatis eius: ego et filij mei et fratres mei obediemus legi patrum nrorum. Propitius sit nobis deus: non est nobis vtile relinquere

legem ꝛ iusticias dei. Nō audiemus verba re
gis antiochi: nec sacrificabimus transgredien
tes legis nostre mandata: vt eamus altera via.
Et vt cessauit loq̄ vba hec: accessit quidam iu/
deus in oium oculis sacrificare idolis sup araȝ
in ciuitate modin ƀm iussū regis. Et vidit ma/
tathias ꝛ doluit: et contremuerunt renes eius.
Et accensus est furor eius scd'm iudicium legis
ꝛ insiliens trucidauit eum super aram. Sed et
virum quem rex āntiochus miserat qui cogebat
immolari: occidit in ipso tempore: ꝛ aram de/
struxit et zelatus est legem sicut fecit phinees zā
bri filio salomi. Et exclamauit matathias voce
magna in ciuitate dicens. Omnis qui zelū hȝ
legis statuens testamentum exeat post me. Et
fugit ipse ꝛ filij eius in montes: et reliquerunt
quecunq̄ habebant in ciuitate. Tunc descende
runt multi querentes iudicium et iusticiam i de
sertum: et sederunt ibi ipsi et filij eius ꝛ mulie/
res eorum et pecora eoꝝ: qm̄ inundauerunt su
per eos mala. et renunciatum est viris regis et
exercitui qui erant in ir'l'm ciuitate dauid: quo/
niam discessissent viri quidam q̄ dissipauerunt
mandatū regis in loca occulta in deserto: ꝛ abis/
sent post illos multi. et statim prexerunt ad eos
et constituerunt aduersus eos preliū in die sab
batorum. et dixerunt ad eos. Resistitis ꝛ nunc
adhuc. exite: et facite secundū verbum regis an
thiochi. et viuetis. et dixerunt. Non exibimus
neq̄ faciemus verbum regis vt polluamus di
em sabbatorum. et concitauerunt aduersus eos
prelium. et non responderunt eis: nec lapidem
miserunt in eos: nec opilauerūt loca occulta di
centes. Moriamur omnes in simplicitate no/
stra: et testes erunt super nos celum. et terra q̄
iniuste perditis nos. Et intulerunt illis belluȝ
sabbatis: et mortui sunt ipsi et vxores eorum et
filij eorum: et pecora eorum vsq̄ ad mille aias
hominum. et cognouit matathias et amici eius
et luctum habuerunt super eos valde. Et dixit
vir proximo suo. Si omnes fecerimus sicut fra
tres nostri fecerunt et non pugnauerimus ad/
uersus gentes ꝓ aiabus nr̄is et iustificatiōib⁹
nr̄is. citius disperdent nos a terra. et cogitaue
runt in die illa dicentes. Omnis hō qcunq̄ ve
nerit ad nos in bello die sabbatoꝝ: pugnemus
aduersus eum. et non moriemur omnes sicut
mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc cō
gregata est ad eos synagoga iudeorum fortis
viribus ex israel: omnis voluntarius in lege:
et omnes qui fugebant a malis additi sunt ad
eos. et facti sunt illis ad firmamentum. Et
collegerunt exercitum: ꝛ percusserūt peccatores
in ira sua ꝛ viros iniquos indignatiōe sua: ꝛ ce
teri fugerunt ad natiōes vt euaderēt. Et circui
uit matathias ꝛ amici eius. ꝛ destruxerunt aras
ꝛ circūciderunt pueros incircuncisos quotquot
inuenerūt in finibus israel in fortitudine. Et ꝓ
secuti sūt filios sup̄bie: ꝛ ꝓsperatū est opus i ma
nibus eoꝝ. Et obtinerūt legē de manibus gen
tiū ꝛ de manibus regum. ꝛ nō dederunt cornu
peccatori. Et appropinquauerūt dies matathie
moriendi. ꝛ dixit filijs suis. Nunc confortata ē
superbia ꝛ castigatio: ꝛ tempus euersiōis ꝛ ira
indignatiōis. Nūc ergo filij emulatores estote
legis. ꝛ date aias vr̄as ꝓ testamento patrum ꝛ
mementote opum patrum que fecerunt in gnā
tionibus suis. ꝛ accipietis gloriā magnam ꝛ no
men eternū. Abrahā nōne in tēptatiōe iuentus
est fidelis: ꝛ reputatū est ei ad iusticiaȝ. Joseph
in tpe angustie sue custodiuit mandatum. ꝛ fa/
ctus est dn̄s egypti. Phinees pater nr̄ zelādo
zelum dei accepit testamentū sacerdotij eterni.
Jhesus dū ipleuit vbum. factus est dux i israel
Caleph dū testificat̄ in ecclesia. accepit heredita
tem. Dauid in sua mīſicordia ꝯsecutus ē sedeȝ
regni in secula. Helias dū zelat zelum legis re
ceptus est in celuȝ. Ananias azarias ꝛ misahel
credentes liberati sunt de flāma. Daniel in sua
simplicitate liberatus est de ore leonum. Et ita
cogitate ꝑ generationē ꝛ generationē: quia oēs
qui sperant in eū nō infirmant̄. Et a vbis viri
pctōris ne timueritis: quia gloria eius stercus ꝛ
vermis est. Hodie extollit̄ ꝛ cras nō inuenief
q2 cōuersus est i terrā suā. ꝛ cogitatio eius ꝑijt.
Vos ergo filij cōfortamini ꝛ viriliter agite i le
ge: qa cum feceritis que vobis ꝑcepta sunt in le
ge a dn̄o deo vr̄o: in ipa gloriosi eritis. Et ecce
simon frater vester scio q̄ vir consilij est. Ipm
audite semper. ꝛ ipe erit vobis pater. Et iudas
machabeus fortis viribus a iuuētute sua sit vo
bis princeps militie: ꝛ ipe aget bellum populi.
Et adducetis ad vos omnes factores legis ꝛ vi
dicate vindictam populi vestri. Retribuite re/
tributionem gentibus. ꝛ intendite in preceptuȝ
legis. Et benedixit eos ꝛ appositus est ad pa/
tres suos. Et defunctus est āno centesimo qua
dragesimosexto: ꝛ sepultus est a filijs suis in se/
pulchris patrum suoruȝ in modin: ꝛ planxerūt
eum ois israel planctu magno. III

ET surrexit iudas qui vocabatur macha
beus filius eius ꝓ eo. ꝛ adiuuabāt euȝ
omnes fratres eius. ꝛ vniuersi q̄ se cō/
iunxerant patri eius. ꝛ preliabantur ꝑliuȝ israel

cum leticia. Et dilatauit gloriã pplo suo: ⁊ idu it se loricam sicut gigas: ⁊ succinxit se arma bel lica sua in prelijs: ⁊ ꝓtegebat castra gladio suo Similis factus est leoni in opibus suis: ⁊ sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et perse cutus est iniquos perscrutans eos: ⁊ q̄ ꝯturba bant pplm suum: eos succẽdit flãmis: ⁊ repul si sunt inimici eius pre timore eius. Et omnes operarij iniqtatis conturbati sunt: ⁊ directa est sa lus in manu eius. Et exacerbabat reges mul/ tos: ⁊ letificabat iacob in opibus suis: ⁊ i seculũ memoria eius i bñdictiõe. Et pambulabat ciui tates iuda ⁊ pdidit ipios ex eis: ⁊ auertit irã ab isrl. Et noiatus est vsq3 ad nouissimũ terre: ⁊ ꝯgregauit peuntes. Et ꝯgregauit apolloni⁹ gentes: ⁊ a samaria virtutẽ multam ⁊ magnã ad bellandũ ꝯ israel. Et cognouit iudas ⁊ exijt obuiam illi: ⁊ pcussit ⁊ occidit illum. Et cecide runt vulnerati multi ⁊ reliqui fugerunt ⁊ acce/ pit spolia eorum. Et gladium appollonij abstu lit iudas: ⁊ erat pugnans in eo oibus diebus. Et audiuit seron princeps exercitus syrie qꝫ cõ gregauit iudas ꝯgregationẽ ⁊ ecclesiã fideliũ secum. Et ait. Faciam mihi nomen ⁊ glorifica bor in regno: ⁊ debellabo iudam ⁊ eos qui cũ ipso sunt: q̄ spernebant verbum regis. Et pre/ parauit se: ⁊ ascenderũt cũ eo castra impioꝝ for tes auxiliarij vt facerent vindictã i filios isrl. Et appropinquerunt vsq3 bethoron: ⁊ exiuit iudas obuiam illis cũ paucis. Vt aũt viderunt exerci tum venientem sibi obuiã: dixerũt iude. Quõ poterimus pauci pugnare ꝯ multitudinẽ hanc tantam ⁊ tam fortem. Et nos fatigati sumus ie iunio hodie. Et ait iudas. Facile est concludi multos in manu paucoꝝ: ⁊ nõ est differentia in ꝯspectu dei celi liberare in multis ⁊ in paucis: qm̃ non in multitudine exercitus victoria belli sed de celo fortitudo est. Ipsi veniunt ad nos i multitudine ꝯtumaci ⁊ superba vt disperdant nos ⁊ vxores nostras ⁊ filios nostros: ⁊ vt spo lient nos. Nos vero pugnabimus ꝓ animab⁹ nostris ⁊ legibus nostris: ⁊ ipse dñs ꝯteret eos ante faciẽ nostrã. Vos aũt ne timueritis eos. Vt cessauit autẽ loqui: insiluit in eos subito: ⁊ contritus est seron et exercitus eius in cõspectu ipsius: et persecutus est eum in descensu betho ron vsq3 in campum. Et ceciderunt ex eis octi genti viri: reliqui aũt fugerunt in terram phi/ listijm. Et cecidit timor iude ac fratrum eius et formido super omnes gentes in circuitu eorũ et puenit ad regẽ nomen eius: et de prelijs iu de narrabant omnes gentes. Vt audiuit autẽ rex antiochus s̄mones istos: iratus est animo et misit et ꝯgregauit exercitũ vniuersi regni sui castra fortia valde. Et aperuit erarium suũ: et dedit stipendia exercitui in annũ: et mandauit illis vt essent parati ad oia. Et vidit qꝫ defecit pecunia de thesauris suis: et tributa regionis modica ꝓpter dissensionẽ et plagam quã fecit in terra vt tolleret legittima que erant a primis diebus. Et timuit ne nõ haberet et semel et bis in sũptus et donaria q̃ dederat ante larga manu et abundauerat sup reges q̄ ante eum fuerant. Et ꝯsternatus erat aio valde: et cogitauit ire i persidem: et accipe tributa regionum et ꝯgre/ gare argentũ multum. Et reliquit lysiã hoiem nobilẽ de genere regali sup negocia regia a flu mine eufraten vsq3 ad flumen egypti et vt nu/ triret antiochum filiũ suũ donec rediret. Et tra didit ei medium exercitũ et elephantos: et man dauit ei de oibus que volebat et de inhabitanti bus iudeã et hierlm: et vt mitteret ad eos exer citum ad cõterendã et extirpandã virtutem isrl et reliqas irlm: et auferendã memoriam eorũ de loco: et vt ꝯstitueret habitatores filios alieni genas in oibus finibus eoꝝ: et sorte distribue ret terrã eoꝝ. Et rex assumpsit partem exerci/ tus residui: et exiuit ab antiochia ciuitate regni sui anno centesimo et quadragesimo septimo et transfretauit eufraten flumẽ: et pambulabat su periores regiões. Et elegit lysias ptolemeũ filiũ dorimini et nicanorem et gorgiam viros poten tes ex amicis regis: et misit cũ eis quadraginta milia viroꝝ et septem milia equitũ: vt venirẽt in terrã iuda et disperderent eã s̄m verbũ regis. Et ꝓcesserunt vt irent cũ vniuersa virtute sua: et venerunt et applicuerũt ammaũ in terra cam pestri. Et audierunt mercatores regionum no men eoꝝ: et acceperunt argentũ et aurũ multũ valde et pueros: et venerunt in castra vt accipe rent filios israel in seruos: et additi sunt ad eos exercitus syrie et terre alienigenaꝝ. Et vidit iu das et fratres eius: qꝛ multiplicata sunt mala: ⁊ exercitus applicabat ad fines eorum: et cogno uerunt verba regis que mandauit populo face re in interitum et consumationẽ. Et dixerunt vnusq̄sq3 ad ꝓximũ suũ. Erigamus deiectio/ nem ppli nostri: et pugnemus pro populo nro et sanctis nostris: et congregatus est cõuentus vt essent parati in prelium: et vt orarent et pete rent miam et miserationes. Et irlm non habi/ tabatur: sed erat sicut in desertum. Non erat q̄ igrederet et egrederet de natis eius: et sanctũ cõculcabat. Et filij alienigenaꝝ erant in arce:

bi erat bitatio gentiũ. Et ablata est voluptas a iacob: et defecit ibi tibia et cithara. Et congregati sunt et venerunt in masphat contra hierl'm: quia locus orationis erat in masphat ante in isrl'. Et ieiunauerunt illa die: et induerunt se ciliciis et cinerem imposuerunt capiti suo: et sciderunt vestimeta sua Et expanderũt libros legis de quibus scrutabant gentes similitudinẽ simulacrorum suorum: et attulerunt ornamenta sacerdotalia et primitias et decimas: et suscitauerunt nazareos qui impleuerãt dies. Et clamauerunt voce magna in celũ dicentes. Quid faciemus istis: et quo eos ducemus? Et sancta tua conculcata sunt et contaminata sunt: et sacerdotes tui facti sunt in luctũ et in humilitatem Et ecce natiões conuenerũt aduersũ nos: vt nos disperdant. Tu scis quae cogitãt in nos. Quõ poterimus subsistere ante faciẽ eorum: nisi tu deus adiuues nos? Et tubis exclamauerũt voce magna: Et post hec constituit iudas duces ppli: tribunos et cẽturiones et pẽtacontarchos et decuriões. Et dixit his qui edificabãt domos et sponsabant vxores et plãtabãt vineas et formidolosis vt redirent vnusquisque in domũ suã secundum legẽ. Et mouerũt castra: et collocauerũt ad austrum ammaum. Et ait iudas. Accingimini et estote filii potentes: et estote parati in mane vt pugnetis aduersus natiões has que conuenerũt disperdere nos et sancta nostra: quoniam melius est nos mori in bello quam videre mala gẽtis nostre et sanctorum. Sicut aũt fuerit voluntas in celo: sic fiat. IIII

Et assũpsit gorgias quinque milia virorum et mille equites electos. Et mouerunt castra nocte vt applicarent ad castra iudeorum: et percuterẽt eos subito. Et filii qui erant ex arce: erant illis duces. Et audiuit iudas et surrexit ipse et potentes percutere virtutẽ exercituũ regis: que erant in ammaum. Adhuc enim dispersus erat exercitus a castris. Et venit gorgias in castra iude noctu: et neminem inuenit. Et querebat eos in montibus: quoniam dixit: fugiũt hi a nobis. Et cũ dies factus esset: apparuit iudas in campo cũ tribus milibus virorum tantum: qui tegumenta et gladios nõ habebant. Et viderũt castra gentiũ valida: et loricatos et equitatus in circuitu eorum: et hi docti ad preliũ. Et ait iudas viris qui secum erãt. Ne timueritis multitudinẽ eorum: et impetũ eorum ne formidetis. Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro: cum sequeretur eos pharao cum exercitu multo. Et nunc clamemus in celum et miserebitur nostri dñs: et memor erit testamenti patrum nostrorum: et conteret exercitũ istum ante faciem nostrã hodie: et scient oẽs gentes quia est deus qui redimat et liberet israel. Et leuauerunt alienigene oculos suos: et viderunt eos venientes ex aduerso. Et exierũt de castris in preliũ: et tuba cecinerunt hi qui erant cũ iuda. Et congressi sunt: et contrite sunt gentes et fugerunt in campum. Nouissimi aũt ceciderunt in gladio: et persecuti sunt eos vsque gezeron et vsque in campos idumee et azoti et iamnie: et ceciderunt ex illis vsque ad tria milia virorum. Et reuersus est iudas et exercitus eius sequens eũ. Dixitque ad populum. Nõ concupiscatis spolia: quia bellum contra nos ẽ et gorgias et exercitus eius prope nos in montibus: sed state nunc contra inimicos nostros et expugnate eos: et sumetis postea spolia securi. Et adhuc loquente iuda hec: ecce apparuit pars quedam prospiciens de monte. Et vidit gorgias quod in fugam conuersi sunt sui et succensa sũ castra. Fumus enim qui videbatur declarabat quod factum est. Quibus illi conspectis timuerũt valde aspicientes simul et iudam. et exercitum in campo paratũ ad prelium. Et fugernnt omnes in campo alienigenarum: et iudas reuersus ẽ ad spolia castrorum. Et acceperunt aurum multum et argentum et hyacinthum et purpuram marinam et opes magnas: et cõuersi hymnum canebant: et benedicebant deum in celũ quoniam bonus est: quoniam in seculũ misericordia eius. Et facta est salus magna in israel in die illa. Quicumque aũt alienigenarum euaserunt: venerũt et nunciauerunt lysie vniuersa que acciderant. Quibus ille auditis: cõsternatus animo deficiebat quod non qualia voluit: talia contigerunt in israel et qualia mandauit rex. Et sequenti ãno cõgregauit lysias virorum electorum sexagita milia: et equitum quinque milia: vt debellaret eos. Et venerũt in iudeam: et castra posuerunt in bethoron: et occurrit illis iudas cum decem milibus viris. Et viderunt exercitum fortem et orauit et dixit Benedictus es saluator israel qui contriuisti impetum potentis in manu serui tui dauid: et tradidisti castra alienigenarum in manu ionathe filii saul et armigeri eius. Conclude exercitum istũ in manu populi tui israel: et confundantur in exercitu suo et equitibus. Da illis formidinem: et tabefac audaciam virtutis eorum: et commoueantur contritione sua. Deiice illos gladio diligentium te: et collaudent te omnes qui nouerunt nomẽ tuum: in hymnis. Et commiserunt prelium: et ceciderunt de exercitu lysie quinque milia virorum. Videns aũt lysias suorũ fugã: et iudeorum audaciã: et quod parati sũt aut viuere aut mori for

titer: abijt antiochiã ⁊ elegit milites. vt multi/plicati rursus venirent in iudeam. Dixit autẽ iudas ⁊ fratres eius. Ecce ɔtriti sũt inimici no stri ascẽdamus nũc mundare sancta ⁊ renoua/re. Et ɔgregatus ẽ oĩs exercitus: ⁊ ascẽderũt in montẽ syon. Et viderunt sanctificationem desertã: ⁊ altare ꝓphanatũ: ⁊ portas exustas ⁊ in atrijs virgulta nata sicut in saltu vel in mon tibus: ⁊ pastophoria diruta. Et sciderunt vesti menta sua et planxerũt planctu magno: et ipo/suerunt cinerem super caput suum: et ceciderũt in faciem super terrã: et exclamauerunt tubis signoꝝ: et clamauerunt in celũ. Tunc ordina/uit iudas viros vt pugnarent aduersus eos q erant in arce donec emundarent sancta. Et ele git sacerdotes sine macula voluntatẽ habẽtes in lege dei: et mundauerunt scã: et tulerunt la/pides ɔtaminatiõis in locũ imundũ. Et cogita uit de altari holocaustoꝝ qd ꝓphanatũ erat: qd de eo faceret. Et incidit illi consilium bonũ vt destrueret illud ne forte illis esset in opprobriũ qꝛ contaminauerunt illud gentes: et demoliti sunt illud. Et reposuerũt lapides in monte do mus in loco apto: quoadusqꝫ veniret ꝓpheta: ⁊ respõderet de eis. Et acceperunt lapides inte gros ſm legẽ: ⁊ edificauerunt altare nouũ ſm illud qd fuit prius: ⁊ edificauerunt sancta: ⁊ q̃ intra domũ erant intrinsecus ⁊ edem ⁊ atria sã ctificauerunt. Et fecerũt vasa sancta noua: ⁊ in tulerunt candelabrũ ⁊ altare incensoꝝ ⁊ mensã in templum. Et incensum posuerunt sup alta/re: ⁊ accenderunt lucernas que super candela/brum erant: ⁊ lucebant in templo. Et posuerũt super mensam panes: ⁊ appenderunt velami/na: ⁊ consumauerũt oĩa opera que fecerãt. Et ante matutinũ surrexerunt qnta ⁊ vicesima die mensis noni: hic est mensis casleu centesimi q̃/dragesimioctaui anni: ⁊ obtulerunt sacrificiũ secundũ legem sup altare holocaustoꝝ nouum quod fecerunt. Secundũ tẽpus ⁊ secundũ diẽ in qua ɔtaminauerunt illud gentes: in ipsa re/nouatũ est in cãticis ⁊ citharis ⁊ cynaris ⁊ cym balis. Et cecidit oĩs populus in faciem ⁊ ado/rauerũt ⁊ bñdixerunt in celũ eum q ꝓsperauit eis. Et fecerunt dedicationẽ altaris dieb⁹ octo ⁊ obtulerũt holocausta cũ leticia: ⁊ salutaria lau dis. Et ornauerunt faciem tẽpli coronis aure/is ⁊ scutulis: ⁊ dedicauerũt portas ⁊ pastopho/ria: ⁊ imposuerunt eis ianuas. Et facta est leti cia in populo magna valde: ⁊ auersum est op/probrium gentium. Et statuit iudas ⁊ fratres eius ⁊ vniuersa ecclesia israhel: vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus suis ab an/no in annum per dies octo a quinta ⁊ vicesima die mẽsis casleu cum leticia ⁊ gaudio. Et edi/ficauerunt in tp̃e illo mõtẽ syon: ⁊ p circuitum muros altos ⁊ turres firmas: neq̃ venirent gẽtes ⁊ ɔculcarent eũ sicut antea fecerunt. Et collocauit illic exercitũ ut seruarent eũ. ⁊ mu niuit eum ad custodiendam bethsurã: ut hẽret ppl's munitionem contra faciẽ idumee. V

Et factũ ẽ ut audierũt gentes i circuitu qa edificatum ẽ altare ⁊ sanctuarium: sicut prius. irate sunt valde. ⁊ cogita/bant tollere genus iacob. qui erant inter eos: ⁊ ceperũt occidere de pp̃lo ⁊ persequi. Et debella bat iudas filios esau in idumea: ⁊ eos qui erãt i arabathane quia circũsedebant israhelitas: ⁊ percussit eos plaga magna. Et recordatus est malitiã filioꝝ bean: q erant pp̃lo in laqueũ ⁊ in scandalum insidiantes ei in via. Et conclusi sunt ab eo in turribus. ⁊ applicuit ad eos. ⁊ anathematizauit eos. et incendit turres eorum igni cũ oĩbus qui in eis erant. Et transiuit ad fi lios ãmon et iuenit manũ fortẽ et ppl'm copio sum. et timotheum ducẽ ipsoꝝ. Et commisit cũ eis prelia multa. et contriti sunt in cõspectu eo/rũ. ⁊ percussit eos. ⁊ cepit iazer ciuitatẽ ⁊ filias eius: ⁊ reuersus est in iudeam. Et congregate sunt gentes que sunt in galaad aduersus israhe litas qui erant in finibus eoꝝ vt tollerent eos: ⁊ fugerũt in datheman munitionẽ. ⁊ miserunt litteras ad iudã ⁊ fratres eius dicentes. Con/gregate sunt aduersũ nos gentes per circuitũ vt nos auferãt ⁊ parant venire ⁊ occupare mu nitionem in quam confugimus: ⁊ timotheus ẽ dux exercitus eorũ. Nunc ergo veni ⁊ eripe nos de manibus eoꝝ: quia cecidit multitudo de nobis. Et oẽs fratres nostri q erant in locis tu bin interfecti sunt: ⁊ captiuas duxerunt vxores eoꝝ ⁊ natos ⁊ spolia: ⁊ peremerũt illic fere mil le viros. Et adhuc epistole legebãt: ⁊ ecce alij nuncij venerunt de galilea conscissis tunicis nunciantes secundum verba hec: dicentes con uenisse aduersum se: a ptolemaide ⁊ tyro ⁊ si/done: ⁊ repleta ẽ omnis galilea alienigenis vt nos consumant. Vt audiuit autẽ iudas ⁊ ppl's sermones istos: conuenit ecclesia magna cogi/tare quid facerent fratribus suis qui in tribula tione erant ⁊ expugnabantur ab eis. Dixitqꝫ iudas simoni fratri suo. Elige tibi viros ⁊ va/de ⁊ libera fratres tuos in galilea: ego autem ⁊ frater meus ionathas ibimus in galaaditim. Et reliqt iosephũ filiũ zacharie: ⁊ azariam di/

tes ppl'i cum residuo exercitu i iudea ad custo
diam: ⁊ precepit illis dicēs. Prestote populo
huic. ⁊ nolite bellū cōmittere aduersum gentes
donec reuertamur. Et dati sunt simōi viri tria
milia vt iret in galileam: iude autem octo milia
in galaaditidim. Et abijt simon in galileā. ⁊ cō
misit prelia multa cum gentibus. Et cōtrite sūt
gentes a facie eius: ⁊ persecutus est eos vsq; ad
portam ptolemaidis. Et ceciderunt de gentib9
ferre tria milia virorum. ⁊ accepit spolia eorū.
Et assumpsit eos qui erant in galilea ⁊ in arba
tis cum vxoribus ⁊ natis. ⁊ omnibus que erāt
illis. ⁊ adduxit in iudeam cum leticia magna.
Et iudas machabeus ⁊ ionathas frater ei9 trā
sierunt iordanem. ⁊ abierunt viam trium die/
rum in desertum. Et occurrerunt eis nabuthei
⁊ susceperunt eos pacifice ⁊ narrauerūt eis oia
que acciderant fratribus eoꝝ in galaaditide.
⁊ quia multi ex eis comprehensi sunt i barasa ⁊
bosor ⁊ in alimis ⁊ in casphor ⁊ mageth ⁊ car/
naim. Hec omnes ciuitates munite ⁊ magne.
Sed in ceteris ciuitatibus galaaditidis tenē/
tur comprehensi. Et in crastinum constituerūt
admouere exercitum ciuitatibus his: ⁊ compre
hendere ⁊ tollere eos in vna die. Et conuertit
iudas ⁊ exercitus eius viam in desertum bosor
repente. et occupauit ciuitatem et occidit omnē
masculum in ore gladij: et accepit omnia spolia
eoꝝ ⁊ succendit eam igni. Et surrexerunt i die
nocte. et ibant vsq; ad munitionem. Et factum
est diluculo cum eleuassent oculos suos: et ecce
populus multus cuius non erat numerus: por
tantes scalas et machinas vt ꝯprehenderet mu
nitionē: et expugnarēt eos. Et vidit iudas qa
cepit bellum et clamor belli ascēdit ad celū. sicut
tuba et clamor magn9 de ciuitate. Et dixit exerci
tui suo. Pugnate hodie pro frib9 vr̄is. Et venit
tribus ordinib9 post eos: et exclamauerūt tubis
bis et exclamauerūt i orone. et cognouerūt castra
timothei quia machabeus est: et refugerūt a fa
cie eius. et percusserunt eos plaga magna: et ce
ciderunt ex eis in die illa fere octo milia viroꝝ
et diuertit iudas in maspha et expugnauit et ce
pit eam: et occidit oēm masculum eius. et sum/
psit spolia eius: et succendit eam igni. Inde p/
rexit et cepit casbon. et maged et bosor: et reli/
quas ciuitates galaaditidis. Post hec autem
verba ꝯgregauit timotheus exercitum alium:
et castra posuit ꝯtra raphon transtorrentem. et
misit iudas speculari exercitum: et renunciaue
runt ei dicentes: qr conuenerunt ad eum omēs
gentes que in circuitu nostro sunt. et exercitus
multus nimis ⁊ arabas conduxerunt in auxili
um sibi. et castra posuerunt transtorrentē: para
ti ad te venire in prelium. Et abijt iudas obuiā
illis. et ait thimotheus pncipibus exercitus sui
Cum appropinquauerit iudas et exercitus ei9
ad torrentē aque: si transierit ad nos prior: non
poterimus sustinere eum: qr potens poterit ad
uersum nos. Si vo timuerit transire et posue
rit castra extra flumen: transfretemus ad eos ⁊
poterimus aduersus illum. Vt autem appro/
pinquauit iudas ad torrentē aque statuit scribas
ppl'i secus torrentē: et mandauit eis dicēs. Ne
minē hoium reliqueritis: sꝫ veniant oēs in pre
lium. et transfretauit ad illos prior: ⁊ ois popl's
post eum. Et ꝯtrite sunt oēs gentes a facie eoꝝ
⁊ ꝓiecerūt arma sua. ⁊ fugerūt ad phanū quod
erat in carnaim. Et occupauit ipsā ciuitatem: ⁊
phanum succēdit igni cū oibus que erant in ip
so. ⁊ oppressa est carnaim: ⁊ non potuit sustine
re ꝯ faciem iude. ⁊ ꝯgregauit iudas vniuersos
israhelitas q erant in galaaditide a minimo vs
q; ad maximum: et vxores eoꝝ. ⁊ natos ⁊ exer
citum magnum valde: vt venirent in terrā iu/
de. ⁊ venerūt vsq; ephron. ⁊ hec ciuitas magna
in ingressu posita munita valde. et non erat de
clinare ab ea dextra vel sinistra: sꝫ per medium
iter erat. ⁊ incluserunt se qui erant in ciuitate: et
obstruxerunt portas lapidibus. et misit ad eos
iudas verbis pacificis dicens. Transeamus p
terrā vestrā vt eamus in terrā nr̄am. ⁊ nemo
vobis nocebit: tm̄ pedibus transibimus. ⁊ no
lebant eis apire. ⁊ ꝑcepit iudas predicari in ca/
stris: vt applicarent vnusquisq; in quo erat lo/
co. et applicuerunt se viri virtutis: ⁊ oppugna
uit ciuitatem illam tota die et tota nocte. ⁊ tradi
ta est ciuitas in manu eius. ⁊ peremerunt oēm
masculum in ore gladij: ⁊ eradicauit eam: et ac
cepit spolia eius: et transiuit per totam ciuitatē
super interfectos. et transgressi sunt iordanem
in campo magno ꝯ faciem bethsan. et erat iu/
das congregans extremos: ⁊ exhortabatur po
pulum p totam viam donec venirent in terrā
iuda. Et ascenderunt in montem syon cum le/
ticia ⁊ gaudio. et obtulerunt holocausta: qr ne/
mo ex eis cecidisset donec reuerterentur in pa/
ce. et in diebus quibus erat iudas: et ionathas
in terra galaad. et simon frater eius in galilea:
ꝯ faciem ptolemaidis: audiuit iosephus zacha/
rie filius. et azarias princeps virtutis res bene
gestas. et prelia que facta sunt et dixit. Faciam9
et ipsi nobis nomen et eamus pugnare aduer/
sus gentes que in circuitu nostro sunt. et ꝑcepit

his qui erant in exercitu suo ⁊ abierunt iamni/
am et exiuit gorgias de ciuitate: ⁊ viri eius ob/
uiam illis in pugnam. Et fugati sunt iosephus
⁊ açarias vsque in fines iudee: et ceciderunt il/
la die de populo israhel ad duo milia viri. Et fa
cta est plaga magna in populo: quia non audie
runt iudaꝫ ⁊ fratres eius: existimantes fortiter
se facturos. Ipsi autem non erant de semine
virorum illorum: per quos salus facta est in is/
rael. Et viri iuda magnificati sunt valde in cõ
spectu omnis israel ⁊ gentium omniuꝫ: vbi au
diebatur nomẽ eoꝝ. Et conuenerũt ad eos fau/
sta acclamantes. Et exiuit iudas ⁊ fratres eius
⁊ expugnabant filios esau in terra q̃ ad austrũ
est. ⁊ percussit chebron ⁊ filias eiꝰ. ⁊ muros eiꝰ
⁊ turres eius succendit igne in circuitu. Et mo
uit castra ut iret i trã alienigenaꝝ: ⁊ pambula/
bat samariã. In illa die ceciderũt sacerdotes in
bello dum volunt fortiter facere: dum sine con/
silio exeunt in prelium. Et declinauit iudas in
açotum in terram alienigenaruꝫ: ⁊ diruit aras
eoruꝫ. ⁊ spolia deorũ suorũ succendit igni. ⁊ ce/
pit spolia ciuitatuꝫ ⁊ reuersus ẽ in terram iuda.

Et rex antiochus pãbulauit su/ VI
periores regiones. Et audiuit esse ciuita
tem climaidem in pside nobilissimam
et copiosaꝫ in argento et auro: templumq̷ꝫ in ea
locuplex valde. Et illic velamina aurea et lo/
rice et scuta: que reliquit alexander philippi
rex macedo qui regnauit primus in grecia. Et
venit et querebat capere ciuitatem et depredari
eam et non potuit: quoniaꝫ innotuit sermo his
qui erant in ciuitate. Et surrexerunt in prelium
et fugit inde. ⁊ abijt cum tristicia magna: et re/
uersus est babyloniam. Et venit qui nunciaret
ei in perside: quia fugata sunt castra que erant i
terra iuda. ⁊ quia abijt lysias cũ virtute forti in
primis ⁊ fugatus est a facie iudeoꝝ ⁊ inualue/
rũt armis ⁊ viribus ⁊ spolijs multis que cepe/
rũt de castris q̃ exciderunt. ⁊ qa diruerunt ab/
hominationẽ quam edificauerãt super altare qđ
erat i irlm. ⁊ scificationeꝫ sicut prius circunde/
derunt muris excelsis: sed ⁊ bethsurã ciuitateꝫ
suã. Et factũ est vt audiuit rex sermones istos ex
pauit ⁊ cõmotus est valde: ⁊ decidit in lectum
⁊ incidit in languorẽ pre tristicia: qr non est fa/
ctum sicut cogitabat. Et erat illic per dies mul
tos: qr renouata est in eo tristicia magna ⁊ ar/
bitratus est se mori. Et vocauit omnes amicos
suos: ⁊ dixit illis. Recessit sõnus ab oculis me
is: ⁊ cõcidi ⁊ corrui corde pre sollicitudine. Et
dixi in corde meo. In quantam tribulationem
deueni: ⁊ in quos fluctus tristicie in qua nunc
sum: qui iocundus eram ⁊ dilectus in potesta/
te mea. Nunc vero reminiscor maloruꝫ que fe
ci in hierusaleꝫ: vnde ⁊ abstuli omnia spolia au
rea ⁊ argentea que erãt in ea: ⁊ misi auferre ha
bitantes iudeam sine causa. Cognoui ergo qa
propter ea inuenerunt me mala ista: ⁊ ecce pe/
reo tristicia magna in terra aliena. Et vocauit
philippum vnum de amicis suis: ⁊ preposuit
eum super vniuersum regnum suuꝫ. Et dedit
ei diadema: ⁊ stolam suam ⁊ annulum: vt ad/
duceret antiochum filium suum ⁊ nutriret eum
⁊ regnaret. Et mortuus est illic antiochus rex
ãno centesimo quadragesimonono. Et cogno
uit lysias quoniam mortuus est rex: ⁊ constitu
it regnare antiochum filium eius quem nutri/
uit adolescentem: ⁊ vocauit nomen eius eupa/
torem. Et hi qui erant in arce concluserant isrl
in circuitu sanctoꝝ: ⁊ querebant eis mala semp
ad firmamentum gentium. Et cogitauit iudas
disperdere eos: ⁊ conuocauit vniuersum popu
lum vt obsiderent eos. Et conuenerunt simul
⁊ obsederunt eos annos centesimo quinquage
simo: ⁊ fecerunt balistas ⁊ machinas. Et exie/
runt quidam ex eis qui obsidebantur: ⁊ adiun
xerunt se illis aliqui impij ex israel: ⁊ abierunt
ad regem ⁊ dixerunt. Quo vsq̷ꝫ non facis iu/
dicium: ⁊ vindicas fratres nostros? Nos de/
creuimus seruire patri tuo ⁊ ambulare in pre/
ceptis eius: ⁊ obsequi edictis eius: et filij popli
nostri ꝓpter hec alienabant se a nobis. Et qui/
cunq̷ꝫ inueniebantur ex nobis iterficiebantur. et he
reditates nrẽ diripiebantur. Et nõ ad nos tantũ
extenderũt manũ: sꝫ et i oẽs fines nros. Et ec/
ce applicuerũt hodie ad arcẽ i irlm occupare eã
et munitionẽ in bethsura munierunt. Et nisi p̃
ueneris eos velociꝰ maiora q̷ꝫ h faciẽt: et nõ pote
ris obtinere eos. Et iratus est rex vt hec audi/
uit: et cõuocauit oẽs amicos suos: et principes
exercitus sui et eos q super equites erant. Sed
et de regnis alijs et de insulis maritimis vene
runt ad eum exercitus cõducticius. Et erat nu
merus exercitus eius centum milia pedituꝫ. et
viginti milia equitum: et elephãti triginta duo
docti ad prelium. Et venerunt per idumeam:
et applicuerunt ad bethsuram: et pugnauerunt
dies multos. et fecerunt machinas. Et exierũt
et succenderunt eas igni: et pugnauerunt viri/
liter. Et recessit iudas ab arce: et mouit castra
ad bethzacharan ꝯtra castra regis. Et surre/
xit rex ante lucem: et concitauit exercitus in im
petũ ꝯ viaꝫ bethzacharan. Et cõparauerunt

se exercitus in prelium: et tubis cecinerunt. Et elephantis ostenderũt sanguinem vue et mori: ad acuendos eos in preliũ. Et diuiserunt besti as per legiones: et astiterunt singulis elephan/ tis mille viri in loricis ꝯcathenatis et galee eree in capitibus eoꝝ: et quingenti equites ordinati vnicuiqꝫ bestie electi erant. Hi ante tẽpus vbi cũqꝫ erat bestia ibi erant: et quocũqꝫ ibat ibant: et nõ discedebant ab ea. Sed et turres lignee su per eos firme: ꝓtegentes sup singulas bestias et super eas machine. Et sup singulas viri vir tutis trigintaduo qui pugnabant desuper: et in tus magister bestie. Et residuum equitatũ hic et inde statuit in duas partes: tubis exercitum cõmouere: et perurgere ꝯstipatos in legionib⁹ eius. Et vt refulsit sol in clypeos aureos et ere/ os: resplenduerunt montes ab eis: et resplen/ duerunt sicut lampades ignis. Et distincta est pars exercitus regis per mõtes excelsos: et alij per loca humilia: et ibant caute et ordinate. Et cõmouebaꝰ oẽs inhabitantes terrã a voce mł titudinis eoꝝ: et incessu turbe et collisione armo rũ. Erat. n. exercitus magnus valde et fortis. Et appropiauit iudas et exercitus eius in preli um: et ceciderunt de exercitu regis sexcẽti viri. Et vidit eleaçar filius saura vnã de bestijs lo/ ricatam loricis regis et erat eminens super cete ras bestias. Et visũ est ei q̃ in ea esset rex et de/ dit se vt liberaret populũ suũ et acqreret sibi no men eternũ. Et cucurrit ad eam audacter i me dio legionis iterficiens a dextris et a sinistris: et cadebant ab eo huc atqꝫ illuc. Et iuit sub pe/ des elephantis et supposuit se ei: et occidit eum et cecidit in terrã sup ipsum: et mortuus ẽ illic. Et videntes virtutẽ regis et impetum exercit⁹ eius: diuerterunt se ab eis. Castra aũt reg' ascẽ derunt ꝯ eos in hierl'm: et applicuerunt castra regis ad iudeam et montem syon. Et fecit pa/ cem cũ his qui erãt in bethsura: et exierunt de ci uitate q: nõ erant eis ibi alimenta ꝯclusis quia sabbata erant terre. Et cõprehendit rex bethsu ram: et constituit ibi custodiam seruare eaꝫ. Et conuertit castra ad locuꝫ scificationis dies mul tos. Et statuit illic balistas et machinas et ignis iacula et tormenta ad lapides iactandos: et spi/ cula: et scorpios ad mittendas sagittas et fundi bula. Fecerunt aũt et ipsi machinas aduersus machinas eoꝝ: et pugnauerunt dies multos. Esce aũt nõ erant in ciuitate eo q̃ septimus an nus esset: et q remanserant in iudea de gentib⁹ cõsumpserant reliquias eoꝝ q̃ reposite fuerant Et remanserunt in sanctis viri pauci: qm̃ obti nuerat eos fames: et dispersi sunt vnusquisqꝫ in locum suum. Et audiuit lysias q̃ philippus quem constituerat rex antiochus cuꝫ adhuc vi ueret vt nutriret antiochũ filium suũ et regna/ ret: reuersus est a perside et media: et exercitus qui abierat cum ipso: et quia querit suscipere re gni negocia. Et festinauit ire: et dicere ad regẽ et duces exercitus. Deficimus quotidie et esca nobis modica est. et locus queꝫ obsidemus est munitus: et incũbit nobis ordinare de regno. Nunc itaqꝫ demus dextras hominibus istis et faciamus cũ illis pacẽ et cũ omni gente eoruꝫ: et ꝯstituamus illis vt ambulent in legittimis suis sicut prius. Propꝰ legittima eni ipsoꝝ que de spreximus irati sunt: et fecerũt oĩa hec. Et placu it ẽmo in ꝯspectu regis et principeꝫ: et misit ad eos pacẽ facere: et ceperunt illaꝫ: et iurauit illis rex et principes: et exierunt de munitione. Et intrauit rex montẽ syon et vidit munitionẽ loci et rupit citius iuramentum qd' iurauit: et man dauit destruere murũ in gyro. Et discessit festi nanter: et reuersus est antiochiã: et inuenit phi lippum dñanteꝫ ciuitati: et pugnauit aduersus eum et occupauit ciuitatem.

VII

Anno centesimo qnquagesimo et ꝑmo exijt demetrius seleuci fili⁹ ab vrbe ro/ ma: et ascendit cum paucis viris in ci/ uitatem maritimã: et regnauit illic. Et factuꝫ ẽ vt ingressus est domũ regni patrũ suorum: cõ/ prehendit exercitus antiochum et lysiam vt ad ducerent eos ad eum: et res ei innotuit: et ait. Nolite mihi ostendere faciem eoꝝ. Et occidit eos exercitus. Et sedit demetrius super sedem regni sui: et venerunt ad eum viri iniqui et im pij ex israel et alchimus dux eoꝝ: q volebat fie ri sacerdos. Et accusauerunt populuꝫ apud re gẽ dicẽtes. Perdidit iudas et fratres ei⁹ ami/ cos tuos: et nos disperdidit de tra nostra. Nũc ergo mitte virum cui credis vt eat et videat ex/ terminiuꝫ omne quod fecit nobis in regionib⁹ regis: et puniat oẽs amicos eius: et adiutores eoꝝ. Et elegit rex ex amicis suis bachidẽ q do/ minabaꝰ transflumen magnum in regno et fi/ delem regi: et misit eum vt videret exterminiũ quod fecit iudas. Sed et alchimũ impium con/ stituit in sacerdotiũ: et mandauit ei facere vitio/ nem in filios israel. Et surrexerũt et venerũt cũ exercitu magno in terrã iuda: et miserunt nun/ cios et locuti sunt ad iudam et ad fratres ei⁹ ver bis pacificis in dolo: et nõ intenderunt sermo/ nibus eoꝝ. Viderunt. n. q: venerunt cum ex/ ercitu magno: et conuenerunt ad alchimũ et ba/

chidem congregatio scribarum requirere que iusta sunt. Et primi assidei qui erant in filiis israel et exquirebant ab eis pacem. Dixerunt. n. Homo sacerdos de semine aaron venit: nõ decipiet nos Et locutus est cum eis verba pacifica: et iurauit illis dicens. Non inferemus vobis malum neque amicis vestris. Et crediderunt ei: et comprehendit ex eis sexaginta viros: et occidit eos in vna die scdm verbum quod scriptũ est. Carnes sanctorum tuorum et sanguinẽ ipsorum effuderunt in circuitu irlm: et non erat qui sepeliret. Et incubuit timor et tremor in oẽm pplm: quia dixerunt. Nõ est veritas et iudiciũ in eis. Trãsgressi sunt. n. cõstitutũ: et iusiurandũ quod iurauerunt. Et mouit bachides castra ab hierlm et applicuit in bethzecha: et misit et comprehendit multos ex eis qui a se refugerant: et quosdam de populo mactauit: et in puteũ magnum proiecit. Et cõmisit regionem alchimo: et reliqt cum eo auxilium in adiutoriũ ipsi. Et abijt bachides ad regẽ. Et satis agebat alchimus pro principatu sacerdotij sui: et cõuenerunt ad eum omnes qui perturbabant populũ suũ: et obtinuerunt trã iuda: et fecerunt plagã magnã in israel. Et vidit iudas oia mala que fecit alchimus et qui cum eo erant filijs israel multo plusque gentes. Et exijt in oẽs fines iudee in circuitu: et fecit vindictam in viros desertores: et cessauerunt vltra exire in regionem. Vidit aũt alchimus quod preualuit iudas et qui cum eo erant: et cognouit quia non potest sustinere eos: et regressus est ad regem: et accusauit eos multis criminibus. Et misit rex nicanorem vnũ ex principibus suis nobilioribus qui erat inimicitias exercens cõtra israel. et mandauit ei euertere populum. Et venit nicanor in hierlm cum exercitu magno: et misit ad iudam et ad fratres eius verbis pacificis cum dolo dicẽs. Non sit pugna inter me et vos. Veniam cum viris paucis: vt videam facies vestras cum pace. Et venit ad iudam et salutauerunt se inuicem pacifice: et hostes parati erant rapere iudam. Et innotuit sermo iude: qm̃ cum dolo venerat ad eũ et conterritus est ab eo: et amplius noluit videre faciem eius. Et cognouit nicanor qm̃ denudatum est cõsilium eius: et exiuit obuiam iude in pugnã iuxta capharsalama. Et ceciderũt de nicanoris exercitu fere quinque milia viri: et fugerunt in ciuitatem dauid. Et post hec verba ascẽdit nicanor in montẽ syon: et exierunt de sacerdotibus ppli salutare eum in pace: et demõstrare ei holocaustomata que offerebant pro rege. Et irridens spreuit eos et polluit: et locutus est superbe et iurauit cũ ira dicẽs. Nisi traditus fuerit iudas et exercitus eius in manus meas: continuo cum regressus fuero in pace succendã domum istã. Et exijt cum ira magna. Et intrauerunt sacerdotes et steterunt ante faciẽ altaris tẽpli: et flentes dixerunt. Tu dñe elegisti domum istam ad inuocandum nomẽ tuũ in ea: vt esset domus orationis et obsecrationis populo tuo. Fac vindictã in hoie isto. et exercitu eius: et cadant in gladio. Memento blasphemias eorum: et ne dederis eis vt pmaneãt. Et exijt nicanor ab hierusalem et castra applicuit ad bethoron: et occurrit illi exercitus syrie. Et iudas applicuit in adarsa cum tribus milibus viris. Et orauit iudas et dixit. Qui missi erant a rege sennacherib dñe: quia blasphemauerunt te: exijt angelus et percussit ex eis centũ octogintaquinque milia: sic contere exercitum istum in conspectu nostro hodie: et sciant ceteri quia male locutus est super sancta tua: et iudica illum scdm malitiam illius. Et cõmiserunt exercitus prelium tertiadecima die mensis adar: et contrita sunt castra nicanoris: et cecidit ipse primus in prelio. Vt aũt vidit exercitus eius quia cecidisset nicanor: proiecerunt arma sua et fugerunt: et persecuti sunt eos viã vnius diei ab adazar vsque quo veniatur in gazara: et tubis cecinerunt post eos cum significationibus. Et exierunt de oibus castellis iudee in circuitu: et ventilabant eos cornibus: et conuertebant iterum ad eos. Et ceciderunt omnes gladio: et nõ est relictus ex eis nec vnus. Et acceperunt spolia eorum in predam: et caput nicanoris amputauerunt: et dexterã eius quã extenderat superbe: et attulerunt et suspenderunt cõtra irlm. Et letatus est ppls valde: et egerunt diem illam in leticia magna. Et constituit agi oibus ãnis diem istam tertiadecima die mensis adar: et siluit terra iuda dies paucos. VIII

Et audiuit iudas nomẽ romanorum: quia sunt potentes viribus: et acquiescunt ad oia que postulant ab eis: et quicumque accesserunt ad eos statuerunt cũ eis amicitias: et quia sunt potentes viribus. Et audierunt prelia eorum et virtutes bonas quas fecerunt in gallatia: quia obtinuerunt eos et duxerunt sub tributum. Et quãta fecerunt in regione hispanie: et quod in potestatẽ redegerunt metalla argenti et auri que illic sunt: et possederunt oẽm locum cõsilio suo et patientia: locaque que longe erant valde ab eis: et reges qui superuenerãt eis ab extremis terre cõtriuerunt: et percusserunt eos plaga magna. Ceteri aũt dant eis tributum oibus annis. Et phi

Philippum ꝑsen cetheorum regē ⁊ ceteros q aduer
sus eos arma tulerant ꝯtriuerunt in bello: ⁊ ob
tinuerunt eos. Et antiochū magnū regem asie
q eis pugnam intulerat habens cētū viginti ele
phantes ⁊ equitatum ⁊ currus ⁊ exercitum ma
gnū valde: contritū ab eis. ⁊ quia ceperūt cum
viuū ⁊ statuerūt ei vt daret ipse ⁊ qui regnarent
post ipm tributū magnū. ⁊ daret obsides: ⁊ cō
stitutū. Et regionem indoꝝ: ⁊ medos ⁊ lydos
de optimis regionibus eoꝝ. ⁊ acceptas eas ab
eis dederūt eumeni regi. Et quia q erant apud
belladam voluerūt ire ⁊ tollere eos: ⁊ innotuit
sermo his ⁊ miserūt ad eos ducem vnum: ⁊ pu
gnauerunt ꝯtra illos: ⁊ ceciderunt ex eis multi
⁊ captiuas duxerunt vxores eoꝝ ⁊ filios: ⁊ diri
puerunt eos ⁊ terram eoꝝ possiderūt: ⁊ destru
xerunt muros eoꝝ: ⁊ in seruitutē illos redege
rūt vsqꝫ in hūc diem. Et residua regna ⁊ insu
las q̄ aliqñ restiterant illis: exterminauerūt ⁊ in
potestatem redegerūt. Cū amicis aūt suis ⁊ q i
psis requiem habebant conseruauerūt amicitiā
⁊ obtinuerunt regna que erant ꝓxima ⁊ q̄ erāt
longe: q꞉ quicūqꝫ audiebant nomen eoꝝ time
bant eos. Quibus vero vellent auxilio esse vt
regnarent regnabant. Quos aūt vellēt regno
deturbabant ⁊ exaltati sunt valde. Et in oibus
istis nemo portabat diadema. nec induebatur
purpura: vt magnificaret̄ in ea. Et quia curiā
fecerunt sibi ⁊ quotidie consulebant trecētos vi
ginti consiliū agētes semper de multitudine: vt
que digna sunt gerant. Et cōmitūt vni homini
magistratū suum p singulos annos dominari
vniuerse terre sue ⁊ omnes obediūt vni. ⁊ non
est inuidia neqꝫ zelus inter eos. Et elegit iudas
eupolemiū filiū iohannis filij iacob. ⁊ iasonē fi
liū eleazari: ⁊ misit eos romā constituere cū illis
amicitiam ⁊ societatem. ⁊ vt auferrent ab eis iu
gū grecoꝝ: q꞉ viderūt q̄ in seruitutem pmerent
regnū israel. Et abierūt romam viā multā val
de. ⁊ introierūt curiam ⁊ dixerunt. Judas ma
chabeus ⁊ fratres eius ⁊ ppl's iudeoꝝ miserūt
nos ad vos statuere vobiscū societatem ⁊ pacē
⁊ conscribere nos socios ⁊ amicos vestros. Et
placuit sermo in conspectu eoꝝ. Et hoc rescri
ptū qd̄ rescripserūt i tabulis ereis. ⁊ miserūt in
irlm vt esset apud eos ibi memoriale pacis: ⁊ so
cietatis. Bene sit romāis ⁊ genti iudeoꝝ i ma
ri ⁊ in terra in eternū: gladiusqꝫ ⁊ hostis procul
sit ab eis. Quod si insteterit bellū romanis pri
us aut oibus socijs eoꝝ in omni dñatione eoꝝ
auxiliū feret gens iudeoꝝ prout tp̄us dictauerit
corde pleno. Et pliantibus nō dabunt neqꝫ sub
ministrabūt triticum arma pecuniā naues sicut
placuit romanis. ⁊ custodiunt mandata eoꝝ ni
hil ab eis accipientes. Similiter aūt ⁊ si gēti iu
deoꝝ prius acciderit bellū: adiuuabunt romani
ex animo ꝓut eis tp̄s permiserit: ⁊ adiuuātibus
nō dabit̄ triticū arma pecunia naues sicut placu
it romanis. ⁊ custodient mandata eoꝝ absqꝫ do
lo. Scd̄m hec verba constituerūt romani popu
lo iudeoꝝ. Quod si post hec verba hi aut illi ad
dere aut demere ad hoc aliqd voluerint. facient
ex ꝓposito suo. ⁊ quecūqꝫ addiderint vel demp
serint. rata. erunt. Sed ⁊ de malis q̄ demetrius
rex fecit in eos: scripsimus ei dicentes. Quare
grauasti iugū tuū sup amicos nr̄os ⁊ socios iu
deos. Si ḡ iterū adierit nos aduersū te faciem⁹ il
lis iudiciū. ⁊ pugnabim⁹ tecū mari terraqꝫ. IX

Interea vt audiuit demetrius q꞉ cecidit
nicanor ⁊ exercitus ei⁹ in ꝑlio. apposuit
bachidē ⁊ alchimū rursū mittere in iu
deā: ⁊ dextrū cornu cū illis. Et abierunt viā q̄
ducit in galgala: ⁊ castra posuerunt in masaloth
q̄ est in arbellis ⁊ occupauerunt eam: ⁊ peme
runt animas hoīum multas. In mense primo
āni centesimi ⁊ qnquagesimi ⁊ secūdi applicue
rūt exercitū ad irl'm. ⁊ surrexerunt ⁊ abierunt in
berea vigintimilia viroꝝ ⁊ duomilia equitum.
Et iudas posuerat castra in laisa: ⁊ triamilia vi
ri electi cū eo. Et viderunt multitudinem exer
citus quia multi sunt ⁊ timuerunt valde: ⁊ mul
ti subtraxerunt se de castris: ⁊ non remanserūt
ex eis nisi octingenti viri. Et vidit iudas q̄ de
fluxit exercitus suus ⁊ bellum perurgebat eum
⁊ confractus est corde quia non habebat temp⁹
congregandi eos. ⁊ dissolutus est. Et dixit his
qui residui erant. Surgamus ⁊ eamus ad ad
uersarios nostros: si poterim⁹ pugnare aduer
sus eos. Et auertebant eum dicentes. Non po
terimus: sed liberemus animas nostras modo
⁊ reuertamur ad frēs nostros: ⁊ tunc pugnabi
mus aduersus eos. Nos aūt pauci sumus. Et
ait iudas. Absit istā rē facere: vt fugiam⁹ ab eis
Et si appropiauit tp̄s nr̄m: moriamur in ꝟtute
ꝓpter frēs nr̄os: ⁊ nō iferamus crimē gl'ie nr̄e
Et mouit exercit⁹ de castris. ⁊ steterūt illis obui
am. Et diuisi sunt eqtes in duas ptes. ⁊ fundi
bularij ⁊ sagittarij p̄ibant exercitū. ⁊ primi cer
taminis oēs potentes. Bachides aūt erat in d
xtro cornu ⁊ proximauit legio ex duabus parti
bus. ⁊ clamabant tubis. Exclamauerunt autē
⁊ hi q erant ex parte iude etiam ipsi. ⁊ cōmota
ē terra a voce exercituū. ⁊ cōmissū est ꝑliū a ma
ne vsqꝫ ad vesperā. Et vidit iudas q꞉ firmior

ē ꝑs exercitus bachidis in dextris: ⁊ ꝯuenerūt
cū ipſo oēs ꝯſtantes corde: ⁊ cōtrita ē dextra ꝑſ
ab eis: ⁊ ꝑſecutus ē eos vſqꝫ ad mōtē açoti. Et
q in ſiniſtro cornu erāt viderūt ꝙ ꝯtritū ē dex/
trū cornu: ⁊ ſecuti ſūt poſt iudaꝫ ⁊ eos q cū ipſo
erant a tergo. Et igrauatū eſt ꝑliuꝫ ⁊ ceciderūt
vulnerati multi ex his ⁊ ex illis. Et iudas ceci/
dit: ⁊ ceteri fugerunt. Et ionathas ⁊ ſimon tule
runt iudā frēm ſuū: ⁊ ſepelierūt eū in ſepulchro
patrū ſuoꝝ in ciuitate modin. ⁊ fleuerunt eum
oīs ppl's iſrael planctu magno: ⁊ lugebant dieſ
multos. ⁊ dixerunt. Quō cecidit potens q ſal/
uū faciebat ppl'm iſrael? Et cetera verba belloꝝ
iude ⁊ virtutū quas fecit magnitudinis ei⁹ non
ſunt deſcripta. Multa. n. erāt valde. Et factuꝫ
ē poſt obitum iude: emerſerūt iniq in oībus fi/
nibus iſrl': ⁊ exorti ſunt oēs q oꝑabanť iniqtatē
In diebus illis facta eſt fames magna valde:
⁊ tradidit ſe bachidi oīs regio eoꝝ cum ipſis. ⁊
q̄ cum eo erant: et diuiserunt mēbratim: et capi
tibus āputatis foras ꝓiecerūt. Per oia bn̄dictꝰ
deus q̄ tradidit impios. Facturi igiť quinta et
vicesima die mēsis casleu purificacionē templi
necessariū duximꝰ significare vobis: ut ⁊ vos
q̊3 agatis diē scenophegie. ⁊ diē ignis. q̄ datus
est qn̄ neemias edificato templo ⁊ altari obtu/
lit sacrificia. Nā cum in ꝑsidē ducerenť patres
nr̄i sacerdotes: qui tunc cultores dei erant: ac
ceptū ignē de altari occulte absconderūt in ual
le vbi erat puteus altus ⁊ siccus. ⁊ in eo ꝯtutati
sunt cū. ita ut oibus ignotus eēt locus. Cū aūt
p̄terissent āni multi. ⁊ placuit deo ut mitteretur
neemias a rege ꝑsidis: nepotes sacerdotum il

lorum q̄ abscōderant misit ad regrenduꝫ ignē.
⁊ sicut narauerūt nobis: nō inuenerūt igneꝫ: s3
aquā crassam. Et iussit eos haurire ⁊ afferre si
bi. ⁊ sacrificia que imposita erāt iussit sacerdos
neemias aspergi ipsa aqua. ⁊ ligna que erāt su
perposita. Vtq3 h̄ factuꝫ est. ⁊ tempus affuit q̊
sol refulsit q̄ prius erat in nubilo. accensus est
ignis magnus ita ut oēs mirarenť. Orationē
aūt faciebant oēs sacerdotes dū consumaretur
sacrificiū ionatha inchoante. ceteris aūt rn̄dē/
tibus. Et neemie erat oratio hūc hn̄s modum.
Dn̄e deꝰ oium creator terribilis ⁊ fortis. iustꝰ
⁊ misericors qui solꝰ es bonꝰ rex: solus p̄stās.
solus iustus ⁊ oipotens ⁊ eternus: qui liberas
isrl' de oi malo: qui fecisti patres electos. san/
ctificasti eos: accipe sacrificium pro vniuerso
pplo tuo isrl': ⁊ custodi partem tuaꝫ ⁊ sanctifica
Congrega dispersionem nostraꝫ: libera eos q̄
seruiunt gentibus. et contēptos et abhoiatos
respice. vt sciant gētes quia tu es deus noster.
Affige opprimentes nos. ⁊ ꝯtumeliā faciētes
in suꝑbia. Cōstitue pplm tuuꝫ in loco scō tuo:
sicut dixit moyses. Sacerdotes autem psalle/
bant hymnos: vsquequo ꝯsumptū esset sacri
ficium. Cum autem consumptum eēt sacrificiū
ex residua aqua neemias iussit lapides maio/
res ꝑfundi. Quod ut factuꝫ est. ex eis flamma
accensa est: s3 ex lumine quod refulsit ab alta/
ri consūpta est. Vt uero manifestata est res:
renunciatum est regi ꝑsaꝝ q̄ in loco in q̊ ignē
abscōderant hi qui translati fuerant sacerdo/
tes. aqua apparuit: de qua neemias ⁊ q̄ cū eo
erant purificauerunt sacrificia. Considerans
autē rex ⁊ reꝫ diligenter examinās. fecit ei tem
plum ut ꝓbaret quod factū erat. Et cū probas/
set. sacerdotibus donauit multa bona ⁊ alia
atque alia munera. ⁊ accipiens manu sua tri/
buebat eis. Appellauit autem neemias hūc lo
cum nephthar: quod interpretatur purificatio.
Vocatur autem apud plures nephi. II

Inuenit autē i descriptiōibus hieremie
ꝓphe q̄ iussit eos ignē accipe q̄ trāsmi
grabanť vt significatū est. ⁊ ut manda
uit transmigratis. Et dedit illis legem ne obli/
uiscerenť p̄cepta dn̄i. ⁊ ut non exerrarent mē/
tibus vidētes simulacra aurea ⁊ argētea et or/
namēta eoꝝ. Et alia huiusmodi dicens horta/
bať. ne legē amouerent a corde suo. erat autē i
ipsa scriptura: quō tabernaculū ⁊ archam iussit
propha diuino rn̄so ad se facto comitari secum
vsque q̊ exijt i montē: i q̊ moyses ascendit et vi
dit dei hereditatem. Et veniens ibi hieremias

inuenit locũ spelunce. ⁊ tabernaculũ ⁊ archã ⁊ altare incensi intulit illuc: ⁊ ostiũ obstruxit. Et accesserũt qdã six q sequebant̃ vt notarẽt sibi locum: ⁊ nõ potuerunt iuenire. Vt aũt cognouit hieremias: culpãs illos dixit ꝙ ignotus erit locus donec congreget deus ꝯgregationẽ popl'i ⁊ ꝓpitius fiat. Et tũc dñs ondet hec: ⁊ apparebit maiestas dñi. ⁊ nubes erit sicut ⁊ moysi manifestabat̃: ⁊ sicut cum salomon petijt vt locus sanctificaret̃ magno deo mãifestabat hec. Magnifice etenim sapiam tractabat: ⁊ vt sapiam habens: obtulit sacrificiũ dedicationis ⁊ ꝯsumatõnis templi. Sicut et moyses orabat ad dñm. et descendit ignis de celo: ⁊ consumpsit holocaustum: sicut et salomon orauit: ⁊ descendit ignis de celo: ⁊ cõsumpsit holocaustum: ⁊ dixit moyses eo ꝙ non sit comestuz qd erat ꝓ pctõ. ⁊ ꝯsũptuz ẽ. Similiter ⁊ salomõ octo diebus celebrauit dedicationẽ. Inferebant̃ autẽ in descriptionibus ⁊ cõmẽtarijs neemie hec eadẽ: ⁊ qualit ꝯstruens bibliothecã congregauit de regionibus libros. ⁊ ꝓphetaꝝ ⁊ dauid: et epistolas regũ de donarijs. Silr autẽ ⁊ iudas ea q̃ didicerat ꝑ bellum qd nobis acciderat ꝯgregauit oĩa ⁊ sunt apud nos. Si g̊ desideratis hec: mittite qui ꝑferant vobis. Acturi itaqꝫ purificationez scripsimus vobis. Bene g̊ facietis: si egeritis hos dies. Deus aũt q liberauit ppl'm suũ ⁊ reddidit hereditatẽ oĩbus: ⁊ regnũ et sacerdotium ⁊ scificationẽ sicut ꝓmisit in lege: spamus ꝙ cito nr̃i miserebit̃ ⁊ ꝯgregabit de sub celo in locum sanctũ. Eripuit eni nos de magnis ꝑiculis: ⁊ locuz purgauit. De iuda ṽo machabeo ⁊ fr̃ibus eius: et de tẽpli magni purificatiõe. ⁊ de are dedicatione sz ⁊ de ꝑlijs q̃ ꝑtinent ad antiochum nobilem. ⁊ filium eius eupatorẽ: ⁊ de illuminationibus q̃ de celo facte sunt ad eos q ꝓ iudeis fortiter fecerũt: ita vt vniuersaz regionẽ cũ pauci eẽnt vĩdicarent: ⁊ barbarã multitudinẽ fugarent: ⁊ famosissimũ ĩ toto orbe tẽplũ recuparẽt: ⁊ ciuitatẽ liberarẽt: vt leges q̃ abolite erant restituerent̃ dño cum oĩ tranquillitate ꝓpitio facto illis. Itẽqꝫ ab iasone cyreneo: quinqꝫ libris ꝯprehẽsa tẽptauimus nos vno volumine breuiare. Considerantes. n. multitudinẽ libroꝝ ⁊ difficultatẽ volentibus aggredi narratiões historiaꝝ: ꝓpter multitudinẽ rerũ curauimus volentibus quidẽ legere vt esset aĩ oblectatio: studiosis ṽo vt facilius possint memorie cõmendare: oĩbus autẽ legentibus vtilitas cõferatur. Et nobis qdem ipsis q hoc opus breuiandi cã suscepimus: nõ facilẽ laborẽ: imo vero negocium plenum vigiliaꝝ ⁊ sudoris assumpsimus. Sicut hi q p̃parant ꝯuiuium. ⁊ q̃runt alioꝝ volũtati parere: ꝓpter multoꝝ g'raz libẽter laborẽ sustinemus: ṽitatẽ quidẽ de singulis auctoribus concedẽtes: ipsi autẽ ſm datam formã breuitati studẽtes. Sicut. n. noue dom⁹ architecto de vniuersa structura curanduz ẽ: ei vero q pingere curat q̃ apta sunt ad ornatũ exquirenda sũt: ita estimandũ est ⁊ in nobis. Eteniz intellectum colligere ⁊ ordinare ſmonẽ: ⁊ curiosius ꝑtes singulas quasqꝫ disquirere: historie ꝯgruit autori: breuitatẽ ṽo dictionis sectari et executiones rerum vitare: breuianti ꝯcedendum est. Hinc ergo narrationem incipiemus de p̃fatione tantum dixisse sufficiat. Stultum etenĩ: est ante historiam effluere: in ipsa autez historia succingi.

III

Igitur cũ scã ciuitas habitaret̃ in omni pace: leges autẽ adhuc optime custodirent̃ ꝓpter onie põtificis dispositionez ⁊ pietatẽ et aĩos odio hñtes mala: fiebat vt ⁊ ipsi reges et principes locũ sũmo honore dignuz ducerent: et templũ maximis muneribus illustrarent: ita vt seleucus asie rex de redditib⁹ suis p̃staret oẽs sumptus ad ministerium sacrificioꝝ ꝑtinentes. Smon autẽ de tribu beniamĩ p̃positus tẽpli ꝯstitutus: cõtendebat obsistente sibi principe sacerdotũ iniquũ aliquid in ciuitate moliri. Sed cũ vincere oniã nõ posset: venit ad appolloniũ tharsee filiũ q illo tẽpor̃ erat dux celesyrie et phenicis. et nunciauit ei pecunijs innumerabilibus plenũ esse erariũ hierosolymis et cõmunes copias imẽsas esse q̃ non ꝑtinẽt ad rationẽ sacrificioꝝ: eẽ aũt possibile sub potestate regis cadere vniuersa. Cũqꝫ retulisset ad regem apollonius de pecunijs q̃ delate erãt: ille accitum heliodoꝝ q erat supꝑ negociã eius: misit cũ mandatis vt p̃dictã pecuniam transportaret Statimqꝫ heliodorus iter ẽ aggressus: specie quidem q̃si ꝑ celesyriã et phenicẽ ciuitates eẽt peragraturus: reuera autẽ regis ꝓpositum perfecturus. Sz cũ venisset hierosolymã ⁊ benigne a sũmo sacerdote in ciuitate esset exceptus: narrauit de dato iudicio pecuniaꝝ et cuius rei gr̃a adesset aperuit. Interrogabat autẽ si vere hec ita essent. Tunc sumus sacerdos ostendit deposita esse hec ad victualia viduarum ⁊ pupillorũ quedã vero esse hircani thobie viri valde eminentis: in his que detulerat impius simõ: vniuersa autem argenti talenta esse quadringenta et auri ducenta: decipi vero eos qui credidissent loco ⁊ tẽplo qd ꝑ vniuersuz mũdum hono

rat. ꝓ sui veneratione ⁊ scitate. oio ipossibile
eē. At ille ꝓ his q̄ habebat i mādatis a rege di
cebat oi genere regi ea eē deferēda. Constitu/
ta autē die intrabat de his heliodorus ordina/
turꝰ. Non modica vo per vniuersam ciuitatē
erat trepidatio. Sacerdotes autē añ altare cū
stolis sacerdotalibus iactauerunt se. ⁊ inuo/
cabant de celo eū q de depositis legem posuit:
vt his q deposuerant ea salua custodiret. Jam
vo q videret sūmi sacerdotis vultū. mēte vul
nerabat. facies. n. ⁊ color immutatus. declara
bat internū ai dolorem. Circūfusa. n. erat me/
sticia quedam viro. ⁊ horror corporis: per quē
manifestꝰ aspiciētibus dolor cordis eiꝰ efficie/
bat. Alij etiā ꝯgregati de domibus ꝯfluebant
publica supplicatiōe obsecrātes: ꝓ eo ꝙ in con
tēptū locus esset venturus. Accīcteqz mulieres
cilitijs pectus p plateas ꝯfluebant: sed ⁊ virgi
nes q̄ ꝯcluse erant: ꝓcurrebant ad oniam: alie
aūt ad muros: q̄dam vero p fenestras aspicie/
bāt: vniuerse aūt ꝓtendentes manus in celum
deprecabant. Erat eni misera cōmixte multitu
dinis: ⁊ magni sacerdotis in agone ꝯstituti ex/
pectatio. Et hi quidē inuocabant oi potentē de
um: vt credita sibi his q crediderant cū oi inte
gritate ꝯseruarent. Heliodorus aūt quod de/
creuerat pficiebat: eodē loco ipse cū satellitibus
circa erariū p̄sens. Sz spūs oipotentis dei ma
gnam fecit sue ostēsionis euidentiaz ita vt oēs
qui ausi fuerant parere ei: ruentes dei virtute:
in dissolutionē ⁊ formidinē ꝯuerterent. Appa
ruit. n. illis quidā equus: terribilē habens ses/
sorē optimis operimentis adornatus: isqz cū
ipetu heliodoro priores calces elisit. Qui autez
ei sedebat videbat arma habere aurea. Alij et
apparuerunt duo iuuenes: virtute decori opti
mi gloria: speciosiqz amictu: q circūsteterunt eū
⁊ ex vtraqz parte flagellabant sine itermissione
multis plagis verberantes. Subito aūt heliodo
rus concidit in terrā: eūqz multa caligine circū
fusū rapuerunt: atqz in sella gestatoria positum
eiecerunt. Et is q cū multis cursoribus ⁊ satelli
tibus p̄dictū ingressus est erariū: portabat nul
lo sibi auxiliū ferēte: manifesta dei cognita vir
tute. Et ille quidē p diuinā virtutē iacebat mu
tus atqz oi spe ⁊ salute priuatus. Hi autē dñm
benedicebant: qz magnificabat locū suū: ⁊ tem/
pluz qd paulo añ timore ac tumultu erat plenū
apparente oipotente dño gaudio ⁊ leticia iple/
tum est. Tunc vero ex amicis heliodori quidā
rogabant cōfestim oniam vt inuocaret altissimū
vt vitā donaret ei: qui in supmo spū erat cōsti/
tutus. Cōsiderans aūt sūmus sacerdos ne for
te rex suspicaret maliciā aliquā ex iudeis circa
heliodorum consumatam: obtulit ꝓ salute viri
hostiā salutarē. Cumqz sūmus sacerdos exora/
ret: ijdem iuuenes eisdem vestibus amicti astā
tes heliodoro dixerūt. Onie sacerdoti gratias
age. Nam ꝓpter eum dñs tibi vitam donauit
Tu autez a deo flagellatus: nuncia oibus ma/
gnalia dei ⁊ ptātem. Et his dictis nō cōparue/
runt. Heliodorus autē hostia deo oblata: ⁊ vo
tis magnis ꝓmissis ei q viuere illi concessit: ⁊
onie gratias agēs: recepto exercitu repedabat
ad regez. Testabat autē oibus ea q̄ sub oculis
suis viderat opera magna dei. Cū autē rex in/
terrogasset heliodorū qs eēt aptus adhuc semel
hierosolymā mitti ait. Si quē habes hostē aut
regni insidiatorē: mitte illuc: ⁊ flagellatum eū
recipies: si tñ euaserit: eo ꝙ in loco sit vere dei
quedā virtus. Nā ipse q hz i celis habitationē:
visitator ⁊ adiutor ē loci illiꝰ: ⁊ veniētes ad ma
lefaciendū pcutit ac pdit. Igit de heliodoro et
erarij custodia ita res se habet. IIII

SImon autem p̄dictus pecuniarū ⁊ pa
trie delator: male loquebat de onia: tā/
q̄ ipse heliodorū instigasset ad hec: ⁊ ip
se fuisset icentor malorū: ꝓuisoreqz ciuitatis ac
defensorem gentis sue: ⁊ emulatorem legis dei
audebat insidiatorem regni dicere. Sed cū ini
micitie intantum ꝓcederent vt etiam p quosdā
simonis necessarios homicidia fierent: conside
rans onias piculum ꝯtentionis: ⁊ appolloniū
isanire vtpote ducē celesyrie ⁊ phenicis: ad au
gendā malitiam simonis: ad regem se contulit
non vt ciuium accusator: sed cōmunem vtilita/
tem apud semetipsuz vniuerse multitudinis cō
siderans. Videbat enim sine regali ꝓuidētia
impossibile esse pacem rebus dari: nec simonē
posse cessare a stultitia sua. Sed post seleuci vi/
te excessum cum suscepisset regnū antiochus q
nobilis appellabat: ambiebat iason frater onie
summum sacerdotiuz: adito rege: ꝓmittens ei
argenti talenta trecenta sexaginta: ⁊ ex redditi/
bus alijs talenta octoginta. Super hoc ꝓmit/
tebat ⁊ alia centum quinquaginta: si ptāti eius
ꝯcederet gymnasium: ⁊ ephebiā sibi ꝯstituere
⁊ eos qui in hierosolymis erāt ātiochenos scri
bere. Qd cum rex ānuisset: ⁊ obtinuisset prin/
cipatum: statim ad gentilem ritum contribules
suos transferre cepit: ⁊ amotis his que huma/
nitatis causa iudeis a regibus fuerant constitu
ta per ioannem patrez eupolemij q apud roma
nos de amicitia ⁊ societate functus est legatiōe:

legitima: ciuium iura destituens: praua istitu/
ta sanciebat. Eteni ausus est sub ipsa arce gym
nasium ꝯstituere ⁊ optimos quosqꝫ epheboꝝ in
lupanaribus ponere. Erat aũt hoc nõ initiũ: ſꝫ
incrementũ quoddã ⁊ ꝑfectus gentilis ⁊ alieni
gene ꝯuersationis ꝓpter impij ⁊ non sacerdo/
tis iasonis nephariũ ⁊ inauditũ scelus: ita vt sa
cerdotes iã non circa altaris officia dediti essẽt
sed cõtempto templo ⁊ sacrificijs neglectis festi
narent participes fieri palestre: ⁊ ꝓbitionis ei⁹
iniuste: ⁊ in exercitijs disci: ⁊ patrios quidẽ ho
nores nihil habentes. grecas glorias optimas
arbitrabant̃. Quaꝝ gratia ꝑiculosa eos contẽ
tio habebat: ⁊ eoꝝ instituta emulabant̃. ac per
omnia his ꝯsimiles esse cupiebãt: quos hostes
⁊ peremptores habuerant. In leges. n. diui/
nas impie agere ĩpune nõ cedit: sed hͦ tẽpus se
quens declarabit. Cum aũt quiquẽnalis agon
tyro celebraret̃: ⁊ rex presens eẽt: misit iason fa
cinorosos ab hierosolymis viros pctõres por/
tantes argenti didrachmas trecentas in sacrifi
cium herculis: q̃s postulauerũt hi q asportaue
rant ne in sacrificijs erogarent̃: qꝛ non oporte/
ret: sed in alios sumptus eas deputari. Sꝫ hec
oblata sunt quidẽ ab eo q miserat in sacrificiuꝫ
herculis: ꝓpter presentes aũt date sunt in fabri
cam nauiũ triremiũ. Misso aũt in egyptũ apol
lonio nesthei filio ꝓpter ꝓmates ptolemei phi
lometoris regis: cũ cognouisset antiochus alie
num se a negocijs regni effectũ: ꝓprijs vtilita/
tibus ꝯsulens: ꝓfectus inde venit ioppẽ: ⁊ ide
hierosolymã. Et magnifice ab iasone ⁊ ciuitate
susceptus cum faculaꝝ luminibus ⁊ laudibus i
gressus est: ⁊ ide in phenicẽ exercitũ conuertit.
Et post triẽnij tẽpus misit iason menelaũ sup̃/
dicti simonis fratrẽ portantẽ pecunias regi: ⁊
de negocijs necessarijs responsa perlatuꝝ. At
ille cõmendatus regi cum magnificasset facieꝫ
ꝑtãtis eius: in semetipsũ retorsit sũmum sacer/
dotium: supponens iason talenta argenti trecẽ
ta. Acceptisqꝫ a rege mandatis venit: nihil q/
dem habens dignũ sacerdotio: aĩos vero cru/
delis tyrãni: ⁊ fere belue iram gerens. Et iasõ
qdem q ꝓprium fratrẽ captiuauerat: ipse dece/
ptus ꝓfugus in ãmanitẽ expulsus est regionẽ
Menelaus aũt ꝓncipatũ qdem obtinuit: de pe
cunijs vero regi ꝓmissis nihil agebat: cum ex
actionẽ faceret sostratus q arci erat prepositus
Nã ad hunc exactio vectigaliũ ꝑtinebat: quam
ob cãm vtriqꝫ ad regem sunt euocati. Et mene
laus amotus est a sacerdotio succedẽte: lysima/
cho fratre suo: sostratus aũt ꝑlatus est cyprijs.

Et cum hec agerent̃: ꝯtigit tharsenses ⁊ malle
tas seditionẽ mouere: eo q̧ antiochi regis ꝯcu
bine dono essent dati. Festinãter itaqꝫ rex ve/
nit sedare illos: relicto suffecto vno ex comitib⁹
suis andronico. Ratus aũt menelaus accepisse
se tẽpus opportunuꝫ. aurea q̃dam vasa e tẽplo
furatus donauit andronico: ⁊ alia vendiderat
tyro ⁊ ꝑ vicinas ciuitates. Quod cũ certissime
cognouisset onias: arguebat eũ: ipse in loco tu/
to se continens antiochie secus daphnẽ. Unde
menelaus accedens ad andronicum: rogabat
vt oniã interficeret. Qui cũ venisset ad oniã: ⁊
datis dextris cũ iureiurando: q̃uis esset ei sus/
pectus suasisset de asylo ꝓcedere: stati eũ pere/
mit nõ veritus iusticiã. Ob quã causã nõ solũ
iudei: sed etiã alie quoqꝫ nationes indignabãt̃
⁊ moleste ferebãt de nece tanti viri iniusta. Sꝫ
regressum regem de cilicie locis adierunt iudei
apud antiochiã: simul ⁊ greci ꝯquerẽtes ð ini/
qua nece onie. Contristatus itaqꝫ ẽ aĩo antio/
chus ꝓpter oniã. ⁊ flexus ad miam lachrymas
fudit: recordatus defũcti sobrietatẽ ⁊ modestiã
Accẽsusqꝫ aĩo andronicũ purpura exutum per
totã ciuitatẽ iubet circunduci: ⁊ in eo loco ĩ quo
in oniam ĩpietatem ꝯmiserat: sacrilegum vita
priuari: dñõ illi condignã retribuente penam.
Multis aũt sacrilegijs in templo a lysimacho
cõmissis menelai consilio ⁊ diuulgata fama cõ
gregata est multitudo aduersum lysimachum
multo iam auro exportato. Turbis autem ĩsur
gẽtibus: ⁊ animis ira repletis: lysimachus ar
matis fere tribus milibus: iniquis manibus
vti cepit: duce quodam tyranno etate pariter ⁊
dementia ꝓuecto. Sed vt intellexerunt cona/
tum lysimachi: alij lapides: alij fustes validos
arripuere: quidam vero cinerem in lysimachũ
iecere. Et multi qdem vulnerati. qdam autem
⁊ ꝓstrati: omnes vero in fugaꝫ ꝯuersi sũt. Ip
sum etiã sacrilegũ secus erarium ĩterfecerunt.
De his ergo cepit iudiciũ aduersus menelauꝫ
agitari. Et cum venisset rex tyrũ: ad ipsum ne
gocium detulerunt missi tres viri a senioribus.
Et cũ superaret̃ menelaus: ꝓmisit ptolemeo mł
tas pecunias dare ad suadendum regi. Itaqꝫ
ptolemeus in quodã atrio positũ q̃si refrigerã
di grã regẽ adijt ⁊ deduxit a sñia: ⁊ menelaum
qdem vniuerse malitie reum criminibus absol/
uit: miseros autẽ qui etiã si apud scythas cãm
dixissent ĩnocentes iudicarent̃: hos morte dã/
nauit. Cito ergo iniustã penã dederũt. q ꝓ ciui
tate ⁊ pplo ⁊ sacris vasis cãm ꝓsecuti sũt. Quã
obrẽ tyrij quoqꝫ indignati: erga sepulturã eoꝝ

liberalissimi extiterunt. Menelaus aūt ꝓpter
eoꝝ q̄ in potētia erāt auaritiā p̄manebat i ptāte
crescens in malitia ad insidias ciuium. V

EOdē tēpore antiochus secundā ꝓfecti
onē parauit in egyptū. Cōtigit aūt per
vniuersam hierosolymoꝝ ciuitatē vi-
deri diebus q̄draginta per aera equites discur
rentes: auratas stolas habētes ⁊ hastas: q̄si co
hortes armatas: ⁊ cursus equoꝝ p ordīes dige
stos: ⁊ ꝯgressiōes fieri cominus: ⁊ scutoꝝ mo-
tus: ⁊ galeatoꝝ multitudinē gladijs districtis:
⁊ teloꝝ iactus: ⁊ aureoꝝ armoꝝ splendorem:
oīsq̄ generis loricaꝝ. Quaꝓpter oēs roga-
bant in bonum monstra conuerti. Sed cū fal-
sus rumor exisset: tāq̄ vita excessisset antioch⁹
assūptis iason nō minus mille viris aggressus
est ciuitatē repente: ⁊ ciuibus ad murum cōuo
lantibus ad vltimū apprehensa ciuitate mene-
laus fugit in arcē. Jason vero nō parcebat i ce
de ciuibus suis: nec cogitabat ꝓsperitatē aduer
sum cognatos malū esse maximū: arbitrās ho
stium ⁊ nō ciuium se trophea capturū. Et prin
cipatum quidē nō obtinuit: finē vero insidiaꝝ
suaꝝ confusionē accepit: ⁊ ꝓfugus iterū abijt
in āmaniten. Ad vltimū in exitiū sui conclusus
ab aretha arabum tyrāno fugiens de ciuitate i
ciuitatem. oībus odiosus: vt refuga legū: ⁊ exe
crabilis vt patrie ⁊ ciuium hostis: in egyptum
extrusus est: ⁊ q̄ multos de patria sua expule-
rat: peregre perijt lacedemonas ꝓfectus. quā
si ꝓ cognatione ibi refugiū habiturus: ⁊ q̄ in-
sepultos multos abiecerat: ipse ⁊ illamentatus
⁊ insepultus abijcitur: sepultura neq̄ peregrina
vsus: neq̄ patrio sepulchro participans. His
itaq̄ gestis suspicatus est rex societatē desertu
ros iudeos: ⁊ ob hoc ꝓfectus ex egypto effera
tis animis ciuitatē quidem armis cepit. Jussit
aūt militibus interficere: nec parcere occursan
tibus: ⁊ p domos ascendentes trucidare. Fie-
bant ergo cedes iuuenū ac senioꝝ: mulierum ⁊
natoꝝ exterminia: virginūq̄ ⁊ paruuloꝝ ne-
ces. Erant aūt toto triduo: octoginta milia in-
terfecti: q̄draginta milia vincti: nō minus autē
venundati. Sed nec ista sufficiunt. Ausus est
etiā itrare templū vniuersa terra sāctius mene
lao ductore: qui legum ⁊ patrie fuit ꝓditor. Et
scelestis manibus sumēs sancta vasa q̄ ab alijs
regibus ⁊ ciuitatibus erant posita ad ornatū lo
ci ⁊ gloriā: cōtrectabat indigne ⁊ ꝯtaminabat.
Jta alienatus mente antiochus nō cōsiderabat
q̄ ꝓpter pctā habitantiū ciuitatē modicū deus
fuerat iratus: ꝓpter qd̄ ⁊ accidit circa locū des-
pectio. Alioqn nisi cōtigisset eos mltis pctīs eē
inuolutos: sicut heliodorus q̄ missus ē a seleu-
co rege ad expoliandū erarium: etiā hic statī ad
ueniens flagellatus ⁊ repulsus vtiq̄ fuisset ab
audacia. Verū nō ꝓpter locū gentem: sed pro
pter gentē locū deus elegit. Jdeoq̄ ⁊ ipse lo-
cus particeps factus est ppl'i maloꝝ: postea aūt
fiet socius bonoꝝ: ⁊ qui derelictus in ira dei oī
potentis est: iterū in magna dn̄i reconciliatiōe
cum sūma gloria exaltabitur. Jgit̄ antiochus
mille ⁊ octingentis ablatis de tēplo talentis ve
lociter antiochiā regressus est: existimans se p̄
superbiā terrā ad nauigādū: pelagus vero ad
iter agendū deducturū ꝓpter mentis elationē
Reliqt aūt p̄positos ad affligendā gentē: hie-
rosolymis quidē philippū genere phrygē: mo
ribus crudeliorē eo ipso a quo ꝯstitutus ē: i ga
rizim aūt andronicū ⁊ menelaū qui grauius q̄
ceteri iminebāt ciuibus. Cūq̄ appositus esset
ꝯ iudeos: misit odiosū principē apollonium cum
exercitu viginti ⁊ duobus milibus: pcipiens ei
oēs pfecte etatis iterficere: mlieres ac iuuenes
vendere. Qui cum venisset hierosolymā pacē
simulans qeuit vsq̄ ad diē scm̄ sabbati. ⁊ tunc
feriatis iudeis arma capere suis p̄cepit. Oēsq̄
simul q̄ ad spectaculū ꝓcesserant: trucidauit:
⁊ ciuitatē cū armatis discurrens: igentē multi-
tudinē peremit. Judas aūt machabeus q̄ deci
mus fuerat secesserat in desertū locum: ibiq̄ in
ter feras vitā in mōtibus cū suis agebat: ⁊ feni
cibo vescētes demorabant̄: ne participes eēnt
coinquinationis. VI

SEd nō post multū tēporis misit rex se-
nem quendā antiochenū q̄ cōpelleret
iudeos vt se transferrēt a patrijs ⁊ dei
legib⁹: cōtaminare etiā q̄ in hierosolymis erat
templū: ⁊ cognominare iouis olimpij: ⁊ in ga-
rizim: ꝓut erant hi qui locū inhabitabant iouis
hospitalis. Pessima autē ⁊ vniuersis grauis
erat maloꝝ incursio. Nam templū luxuria ⁊
cōmessationibus erat plenū: ⁊ scortantiū cū me
retricibus: sacratisq̄ edibus mulieres se vltro
ingerebant: intro ferentes ea q̄ nō licebant. Al
tare etiam plenum erat illicitis: que legibus ꝓ
hibebant̄. Neq̄ aūt sabbata custodiebāt̄: neq̄
dies solēnes patrij seruabāt̄: nec simpliciter se
quisq̄ iudeū confitebat̄. Ducebant̄ aūt cū ama
ra necessitate in die natalis regis ad sacrificia: ⁊
cū liberi sacra celebrarent̄: cogebant̄ edera co
ronati libero circuire. Decretum aūt exijt in ꝓ
ximas ciuitates gentiliū suggerentibus ptole-
meis: vt pari mō ⁊ ipsi aduersus iudeos age-

rēt ut sacrificarēt. eos autē qui nollent transire ad istituta gentiliū inficerēt. Erat ergo vidē miseriā. Due eni mlieres delate sūt natos suos circumcidisse: quas ad vbera infantibꝰ suspensis: cum publice per ciuitatem circunduxissent per muros precipitauerunt. Alij vero ad ꝓximas coeuntes speluncas: et latenter sabbati diem celebrantes: cum indicati essent philippo: flammis succensi sunt: eo ꝙ verebantur ꝓpter religionē ⁊ obseruātiā. manu sibimet auxiliū ferre. Obsecro aūt eos q hunc librum lecturi sūt: ne abhorrescāt propter aduersos casus: sed reputēt ea q̄ acciderūt non ad interitū: sed ad correptionem esse generis nostri: Eteni multo tpe nō sinere pctōribꝰ ex snīa agere: sed statim vltiones adhibere magni beneficij ē indicium Nō enim sicut in alijs nationibus dn̄s patiēt expectat: ut eas cum iudicij dies aduenerit in plenitudīe pctōꝝ puniat: ita et i nobis statuit ut pctis nr̄is i finem deuolutis ita demū i nos vindicet: ꝓpt qd̄ nūq̄ qdem a nobis miaꝫ suā amouet. corripiens Xpo in aduersis ppl̄m suum nō derelinqt. Sed hec nobis ad cōmonitionē legentiū dicta sint paucis. Iaꝫ aūt veniendum ē ad narratōeꝫ. Igit̄ eleazarꝰ vnus de p̄mori bus scribaꝝ vir etate ꝓuectus. et vultu dcorus aptoore hians compellebatur carnem porcinā mādūcare: at ille gloriosissimā mortem magis q̄ odibilē vitā cōplectēs. volūtarie preibat ad suppliciū. Intuēs aūt quēadmoduꝫ oporteret accedere: patient̄ sustinens destinauit non admittē illicita ꝓpt vite amorē. Hi autē q asta bāt: iniq̄ miseratiōe comoti ꝓpt̄ antiquam viri amicitiā. tollētes eum secreto rogabant afferri carnes qbꝰ vesci ei licebat: ut simularet̄ mandūcasse sic̄ rex ipauerat de sacrificij carnibus: ut hoc facto a morte liberaret̄. et ꝓpter vetereꝫ viri amicitiaꝫ hāc i eo faciebant hūanitateꝫ. At ille cogitare cepit etat̄ ac senectutis sue eminentiam dignā: ⁊ ingenuam nobilitatis canitiem: atque a puero optime ꝯuersatiōis actus. et ſm scē et a deo condite legis ꝯstituta. rn̄dit cito dicēs: p̄mitti se velle in ifernū. Non. n. etati nr̄e dignū est inquit fingere. ut multi adolescentes arbitrantes eleaçaꝝ nonaginta annoꝝ transisse ad vitam alienigenarū et ipsi ꝓpter meam simulationē et ꝓpt modicū corruptibilis vite tempus decipiant̄. ⁊ ꝑ h̄ maculam atq̄ execrationē mee senectuti cōquiraꝫ. Nam et si in p̄nti tpe supplicijs hoīuꝫ eripiar. ſꝫ manū oīpotēt̄ nec viuus nec defūctꝰ effugiā. Quāobrē fortit̄ vitam excedēdo senectute quidem dignus apparebo: adolescentibus aūt exemplū forte relinquā si ꝓmpto animo ac fortiter ꝓ grauissimis ac sanctissimis legibus honesta morte perfungar. His dictis cōfestim ad supplicium trahebat̄. Hi aūt q euꝫ ducebant ⁊ paulo añ fuerant mitiores: i iram ꝯuersi sunt propter sermones ab eo dictos: q̄s illi ꝑ arrogantiam prolatos arbitrabantur. Sꝫ cū plagis ꝑimeret̄: igemuit ⁊ dixit: Dn̄e qui habes sanctam sciaꝫ: manifeste tu scis: quia cuꝫ a morte posseꝫ liberari. duros corꝑis sustineo dolores: ſm aīam Xo propter timorē tuum libenter hec patior. Et iste quideꝫ hoc modo vita decessit. nō solū iuuenibꝰ. sed et vniuerse genti memoriā mort̄ sue ad exemplū virtutis ⁊ fortitudinis derelinquens.

VII

Contigit autēꝫ septē fr̄es vna cum matre apprehensos compelli a rege edere ꝯ̄ ꝑhas carnes porcinas. flagr̄ ⁊ thaureis cruciatos. Vnꝰ autē ex illis q erat primus sic ait. Quid queris. ⁊ quid vis discere a nobis Parati sumus mori maḡ q̄ patrias dei leges p̄uaricari. Iratus itaq̄ rex iussit sartagines et ollas eneas succendi: quibus statim succensis iussit ei q prior fuerat locutus āputari linguam ⁊ cute capitis abstracta: sūmas quoq̄ manus ⁊ pedes ei p̄cidi: ceteris eius fratribus ⁊ mr̄e inspiciētibus. Et cū iam ꝑ oīa inutilis fcūs esset: iussit ignē admoueri: ⁊ adhuc spirantē torreri in sartagine: in q̄ cū diu cruciaret̄ ceteri vna cū matre inuicē se hortabant̄ mori fortiter dicētes Dn̄s deus aspiciet veritatē: ⁊ consolabit̄ in nobis: quēadmodū in ꝓtestatione cantici declarauit moyses. Et in seruis suis ꝯsolabit̄. Mortuo itaq̄ illo primo hoc mō sequētē deducebāt ad illudendū: ⁊ cute capitis eius cū capillis abstracta: interrogabant si manducaret prius q̄ toto corpore ꝑ membra singl'a puniret̄. At ille rn̄dens patria voce: dixit. Nō faciā. Propter qd̄ ⁊ iste sequēti loco primi tormenta suscepit: ⁊ in vltimo spū ꝯstitutus: sic ait. Tu quidē scelestissime in p̄nti vita nos perdis: sed rex mundi defunctos nos ꝓ suis legibus eterne vite resurrectione suscitabit. Post hunc tertius illudit̄: ⁊ linguā postulatus cito ꝓtulit: ⁊ manus ꝯstāter extēdit: ⁊ cū fiducia: ait. E celo ista possideo ſꝫ ꝓpter dei leges nūc hec ipsa despicio: q̄m ab ipso me ea recepturū spero. Ita vt rex: ⁊ q cum ipso erant mirarent̄ adolescentis aīum ꝙ tāq̄ nihil duceret cruciatus. Et h̄ ita defūcto: quartum vexabant similiter torquentes. Et cuꝫ iam esset ad mortem: sic ait. Potius ē ab hominibꝰ morti datos spem expectare a deo: iterū ab ipso

resuscitandos. Tibi.n.resurrectio ad vitā non
erit. Et cū admonuissent qntū vexabant euz.at
ille respiciēs in euz: dixit. Ptātem inter hoīes
habens cū sis corruptibilis facis qd̄ vis. Noli
autē putare genus nostrū a deo eē derelictum.
Tu aūt patienter sustine: ⁊ videbis magnā po
testatē ipsius qualit̄ te ⁊ semen tuum torquebit.
Post hunc ducebāt sextū: ⁊ is mori icipiēs sic
ait. Noli frustra errare. Nos.n. ꝓpt̄ nosmet/
ipsos hec patimur peccātes in deū nostrū: ⁊ di
gna āmiratiōe facta sunt in nobis. Tu autē ne
existimes tibi ipune futurū: qd̄ ꝯ deū pugnare
temptaueris: Supra modū autē mater mirabi
lis: ⁊ bonorū memoria digna q̄ ꝑeuntes septē
filios sub vnius diei tp̄e conspiciens: bono aīo
ferebat ꝓpter spem quā in deum habebat: sin/
gulos illoꝝ hortabat̄: voce patria fortiter reple
ta sapia: ⁊ feminee cogitationi masculinuz ani/
mum inferens dixit ad eos. Nescio qualiter in
vtero meo apparuistis. Neqꝫ.n.ego spiritum
⁊ aīam donaui vobis ⁊ vitā: ⁊ singuloꝝ mem
bra non ego ip̄a cōpegi. Sed enim mūdi crea/
tor qui formauit hominis natiuitatē: quiqꝫ oīuz
inuenit originem: ⁊ spūm vobis iterū cum mi/
sericordia reddet ⁊ vitā: sicut nunc vosmetip̄os
despicitis ꝓpter leges eius. Antiochus autem
ꝯtemni se arbitratus: simul ⁊ exprobrantis vo
ce despecta. cum adhuc adolescentior supesset
non solum verbis hortabat̄: sed ⁊ cū iuramēto
affirmabat diuitem se ⁊ beatū factuꝝ: ⁊ transla
tum a patrijs legibus amicum habiturū: ⁊ res
necessarias ei ꝑbiturū. Sed ad hec cum adole/
scens nequaqꝫ inclinaretur: vocauit rex matrē
⁊ suadebat ei vt adolescenti fieret in salutē. Cū
autē multis eam verbis esset hortatus: ꝓmisit
suasuram se filio suo. Itaqꝫ inclinata ad illum
irridens crudelem tyrannum: ait patria voce.
Fili mi miserere mei q̄ te in vtero nouē mensi
bus portaui ⁊ lac triennio dedi ⁊ alui ⁊ in etatē
istam perduxi. Peto nate vt aspicias ad celuz
⁊ terrā: ⁊ ad oia que in eis sunt: ⁊ intelligas qr
ex nihilo fecit illa deus ⁊ hoīum genus: ita fiet
vt non timeas carnificem istuz: sed dignus fra
tribus tuis effectus particeps suscipe mortem:
vt in illa miseratione cum fratribus tuis te reci
piam. Cū hec illa adhuc diceret: ait adolescens
Quē sustinetis? Non obedio p̄cepto regis: sꝫ
p̄cepto legis que data est nobis per moysē. Tu
vero qui inuentor oīs malitie factus es in he/
breos: nō effugies manū dei. Nos.n. ꝓ pctīs
nostris hec patimur. Et si nobis ꝓpter incre/
pationem ⁊ correptionē dn̄s deus noster mo/
dicum iratus est: sed iterū reconciliabit̄ seruis
suis. Tu aūt o scelestē ⁊ oīum hoīum flagitio/
sissime noli frustra extolli vanis spebus: in ser
uos eius inflāmatus. Nondum.n.omnipotē
tis dei ⁊ oia inspicientis iudiciuz effugisti. Nā
fratres mei modico nunc dolore sustentato sub
testamento eterne vite effecti sunt: tu vero iudi
cio dei iustas superbie tue penas exolues. Ego
aūt sicut ⁊ fratres mei animā ⁊ corpus meū tra
do pro patrijs legibus inuocans deū maturius
genti nostre ꝓpitium fieri: teqꝫ cum tormētis
⁊ verberibus confiteri ꝙ ipse est deus solus.
In me vero ⁊ in fratribus meis desinet oīpo/
tentis ira: que super omne genus nostruz iuste
supducta est. Tunc rex accensus ira: in hunc su
per oēs crudelius deseuit: indigne ferens se de
risuz. Et hic itaqꝫ mūdus obijt: per oia in dn̄o
ꝯfidens. Nouissime aūt post filios ⁊ mater cō
sūpta est. Igitur de sacrificijs ⁊ de nimijs cru/
delitatibus satis dictum est. VIII

Udas vero machabeus: ⁊ qui cuz illo
erant introibāt latenter in castella: ⁊ cō
uocātes cognatos ⁊ amicos: ⁊ eos qui
permanserāt in iudaismo assumētes: eduxerūt
ad se sex milia viros. Et inuocabāt dn̄m: vt res
piceret in pplm̄ q ab omnibus calcabat̄: ⁊ mise
reret̄ tēplo qd̄ ꝯtaminabat̄ ab impijs. Misere
ret̄ etiā exterminio ciuitatis q̄ esset ilico: cōpla/
nanda: ⁊ vocē sanguinis ad se clamantis audi
ret: memoraret̄ quoqꝫ iniqssimas mortes par/
uuloꝝ inocentiū: ⁊ blasphemias noī suo illatas
⁊ indignaret̄ super his. At machabeus ꝯgre/
gata multitudine intolerabilis gentibus efficie
bat̄. Ira.n.dn̄i in misericordiaz cōuersa ē. Et
supueniens castellis ⁊ ciuitatibus improuisus
succendebat eas: ⁊ opportuna loca occupans:
nō paucas hostiū strages dabat. Maxime aūt
noctibus ad huiuscemodi excursus ferebat̄: ⁊
fama virtutis eius vbiqꝫ diffundebat̄. Vidēs
aūt philippus paulatim virum ad ꝑfectum ve
nire: ac frequentius res ei cedere: prospere: ad
ptolemeū ducē celesyrie ⁊ phenicis scripsit: vt
auxilium ferret regis negocijs. At ille velocit̄
misit nicanorē patrocli de primoribus amicuz:
datis ei de permixtis gentibus: armatis nō mi
nus viginti milibus vt vniuersū iudeoꝝ gen⁹
deleret: adiuncto ei ⁊ gorgia viro militari: ⁊ in
bellicis rebus expꝑtissimo. Cōstituit aūt nica
nor regi vt tributum qd̄ romanis erat danduz
duo milia talentorum de captiuitate iudeorum
suppleret. Statiqꝫ ad maritimas ciuitates mi/
sit ꝯuocans ad coemptionem iudaicorum mā/

cipioꝝ: ꝓmittens se nonaginta mācipia talento distracturū: nō respiciens ad vindictā q̄ cuȝ ab omnipotente esset cōsecutura. Judas autē vbi cōperit: indicauit his q secū erant iudeis nicanoris aduentū. Ex qbus quidam formidantes: et non credentes dei iusticie: in fugam vertebanť alij vero si qui de his superant: veniebāt: simul qȝ dn̄m depcabanť vt eripet eos ab impio nicanore q eos priusq̄ȝ i cominus veniret vendiderat. Et si non ꝓpter eos: ꝓpter testamentuȝ qđ erat ad patres coꝝ: ꝛ ꝓpter inuocationem sancti ꝛ magnifici nois eius sup ipos. Conuocatꝰ aūt machabeus septem milibus qui cū ipo erāt rogabat ne hostibus reconciliarentur: neqȝ metuerent inique venientium aduersū se hostium multitudinē: sed fortiter ꝯtenderent: añ oculos habentes cōtumeliā q̄ loco sancto ab his iniuste esset illata: itemqȝ ludibrio habite ciuitatis iniuriam: adhuc etiam veterum instituta conuulsa. Nam illi qdem armis confidunt ait simul ꝛ audacia: nos aūt in omnipotēte dn̄o q pōt ꝛ venientes aduersū nos ꝛ vniuersum mundū vno nutu delere: ꝯfidimus. Ammonuit auteȝ eos ꝛ đ auxilijs dei que facta sunt erga parētes. ꝛ q̄ sub sennacherib centū octogintaquinqȝ milia perierūt: ꝛ de prelio qđ eis aduersus galathas fuit in babylonia. vt omnes vbi ad rem ventum ē macedonibus socijs hesitantibus ipsi sex milia soli pemerunt centū viginti milia ꝓpter auxiliū illis datum de celo: ꝛ beneficia ꝓ his plurima cō secuti sunt. His verbis constantes effeti sunt: ꝛ prolegibus ꝛ patria mori parati. Constituit itaqȝ fratres suos duces vtrique ordini simonem ꝛ iosephum ꝛ ionathan: subiectis vnicuiqȝ millenis ꝛ quingentenis: ad hoc etiam ab esdra lecto illis scō libro ꝛ dato signo adiutorij dei: in prima acie ipe dux commisit cum nicanore. Et facto sibi adiutore omnipotente. interfecerūt super nouem milia hominū. maiorem autem partem exercitus nicanoris vulneribus debilem factum fugere compulerunt. Pecunijs vero eorū qui ad emptionem ipoꝛuȝ venerant sublatis ipsos vsqȝquaqȝ persecuti sunt: sed reuersi sunt ora conclusi. Nam erat ante sabbatū: quam ob cām non pseuerauerunt in seq̄ntes. Arma aūt iporum ꝛ spolia congregantes sabbatū agebāt benedicentes dn̄m: qui liberauit eo in festo die: misericordie initiū stillans in eos. Post sabbatū vero debilibus ꝛ orphanis ꝛ viduis diuiserunt spolia: ꝛ residua ipsi cum suis habuere. His itaqȝ gestis ꝛ coiter ab omnibus facta obsecratione: misericordem dn̄m postulabant: vt in finem seruis suis reconciliareť. Et ex his qui cū timotheo ꝛ bachide erāt ꝯ se ꝯtendentes sup viginti milia interfecerūt ꝛ munitiōes excelsas obtinuerunt: ꝛ plꝰes predas diuiserunt: equam portionē debilibus pupillis ꝛ viduis: sed ꝛ senioribus facientes. Et cum arma eoꝝ diligenter collegissent: oia cōposuerunt in locis opportunis. Residua ꝟo spolia hierosolymā detulerūt: ꝛ philarchen q cū timotheo erat interfecerūt virum scelestum q in multis iudeos afflixerat. Et cū epinichia agerēt in hierosolymis eos qui sacras ianuas incenderūt: idest calisthenen cuȝ in quoddam domicilium refugissent: incēderūt digna eis mercede pro impietatibus suis reddita. Facinorosissimus auteȝ nicanor: qui mille negociantes ad iudeoꝝ venditionē adduxerat: humiliatus auxilio dn̄i ab his quos nullos existimauerat. deposita veste glorie per mediterranea fugiens solus venit antiochiā: sūmā infelicitateȝ de interitu sui exercitus cōsecutus. Et q ꝓmiserat romanis se tributuȝ restituere de captiuitate hierosolymorum: predicabat nunc protectorem deum habere iudeos ꝛ obipsuȝ inuulnerabiles esse: eo q̄ sequerentur leges ab ipso constitutas.

## Capitulum. IX.

Eodeȝ tempore antiochus inhoneste reuertebať de perside. Intrauerat .n. i eā q̄ dicitur persipolis ꝛ temptauit expoliare templum ꝛ ciuitatē opprimere: sed multitudine ad arma concurrente in fugam versi sunt: et ita ꝯtigit vt antiochus post fugam turpiter rediret. Et cuȝ venisset circa egbathanan: recognouit que erga nicanorem ꝛ timotheuȝ gesta sunt. Elatus autē in ira: arbitrabať se iniuriam illoꝝ q se fugauerant posse in deos retorquere: ideoqȝ iussit agitari currum suuȝ sine intermissione agens iter: celesti eū iudicio purgente: eo q̄ ita superbe locutus est se venturū hierosolymam ꝛ cōgeriem sepulchri iudeoꝝ eam facturū. Sed q vniuersa cōspicit dn̄s deus israel: percussit eum insanabili ꝛ inuisibili plaga. Ut .n. finiuit hūc ip sum ꝑmonem: apprehendit eum dolor dirus viscerū ꝛ amara internoꝝ tormenta. Et qdem satis iuste: qppe qui multis ꝛ nouis cruciatibꝰ aliorū torserat viscera licet ille nullo modo a sua malitia cessaret. Super hoc autem superbia repletus. ignem spirans aio in iudeos: ꝛ precipiens accelerari negocium: contigit illum impetu euntem de curru cadere: ꝛ graui corporis collisione mēbra vexari. Isqȝ qui sibi videbať etiam fluctibus maris impare: supra humanum moduȝ

superbia repletus: ꝛ montium altitudines insta
tera appendere: nunc humiliatus ad terram in
gestatorio portabatur: manifestam dei virtutē
in semetipso contestans: ita vt de corpore impij
vermes scaturirent: ac viuentes in doloribꝰ car
nes eius effluerent: odore etiā illius ꝛ fetore ex
ercitus grauaretur. Et qui paulo ante sidera ce
li contingere se arbitrabatur: cum nemo pote-
rat propter intolerantiam fetoris portare. Hic
igitur cepit ex graui superbia deductus ad agni
tionē sui venire diuina ãmonitus plaga: ꝑ mo
menta singula doloribus suis augmenta capiē
tibus. Et cum nec ipse iam fetorem suum ferre
posset. ita ait. Iustum est subditū esse deo ꝛ mor
talem nō paria deo sentire. Orabat aūt hic scele
stus dn̄m a quo nō esset misericordiam consecu
turus: ꝛ ciuitatem ad quā festinans veniebat vt
eam ad solum deduceret ac sepulchrum ꝯgesto
rū faceret: nunc optat liberā reddere. ꝛ iudeos
quos nec sepultura q̄dem se dignos habiturum
sed auibus ac feris diripiendos traditurū. ꝛ cū
paruulis exterminaturū dixerat. equales nunc
atheniensibus facturū pollicetur: templū: etiam
sanctū qd̄ prius expoliauerat: optimis donis or
naturū: ꝛ sancta vasa multiplicaturum. ꝛ perti-
nentes ad sacrificia sumptus de redditibꝰ suis:
prestaturū sup hec ꝛ iudeū se futurū: ꝛ omnem
locū terre ꝑambulaturū: ꝛ predicaturū dei ptā-
tē. Sed nō cessantibus doloribus: superuenerat
eni in eū iustū dei iudiciū: desperans scripsit ad
iudeos in hunc modum deprecationis epistolā
hec cōtinentem. Optimis ciuibus iudeis. plu-
rimā salutē ꝛ bene valere: ꝛ eē felices: rex ꝛ ꝓn
ceps antiochus. Si bene valetis ꝛ filij vestri et
ex sententia vobis cuncta sūt: maximas agimus
gratias. Et ego in infirmitate constitutus: vrī
autem memor benigne reuersus de perfidis lo
cis ꝛ infirmitate graui apprehensus necessariū
duxi ꝓ cōi vtilitate curam habere: nō desperās
memetipm̄: sed spem multam habens effugien
di infirmitatem. Respiciens autē q ꝛ pater me
us q̄bus tp̄ibus in locis superioribus ducebat
exercitum: ostēdit qui post se susciperet ꝑncipatū
vt si quid ꝯtrarium accideret aut difficile nūcia
ret: scientes hi qui in regionibus erant cui esset
rerū sūma derelicta non turbarentur. ad hec cō
siderans de ꝓximo potentes quosq ꝛ vicinos:
tp̄ibus insidiantes ꝛ euentum expectantes: desi
gnaui filium meū antiochum regem: quem sepe
recurrens in superiora regna multis vestrū com
mendabam: ꝛ scripsi ad eum que subiecta sunt.
Oro itaq vos ꝛ peto memores bn̄ficiorum pu
blice ꝛ priuatim. vt vnusq̄sq conseruet fidē ad
me ꝛ ad filium meū. Confido. n. cum modeste
ꝛ humane acturū ꝛ seq̄ntem propositū meū: cō-
munē vobis fore. Igit homicida ꝛ blasphemꝰ
pessime ꝑcussus. ꝛ vt ipse alios tractauerat: pe-
regre in montibus miserabili obitu vita functꝰ ē.
Trāsferebat aūt corpus philippus collactaneus
eius: qui metuēs filiū antiochi: ad ptolomeum
philometorē in egyptū abijt. X

[M]Achabeus aūt ꝛ q cū eo erant domio se
ꝓtegente tēplū quidē ꝛ ciuitatē recepit:
aras autē quas alienigene per plateas
extruxerant itemq delubra: demolitus est. Et
purgato templo aliud altare fecerunt: ꝛ de igni
tis lapidibus igne concepto sacrificia obtulerūt
post biennium: ꝛ incensū ꝛ lucernas: ꝛ panes
propositionis posuerunt. Quibus gestis roga
bant dn̄m ꝓstrati in terram: ne amplius talibꝰ
malis inciderent. Sed ꝛ si quādo peccassent: vt
ab ipo mitiꝰ corriperent. ꝛ nō barbaris ac blas
phemijs hoibus traderent. Qua die aūt tem-
plū ab alienigenis pollutū fuerat: cōtigit eadem
die purificationē fieri vicesima ꝛ q̄nta mensis
qui fuit casleu. Et cū leticia diebus octo egerūt
in modum tabernaculorū: recordantes q ante
modicum tp̄is diē solennē tabernaculorum in
montibus ꝛ in speluncis more bestiarū egerāt.
propter quod tirsos ꝛ ramos virides ꝛ palmas
preferebant ei: qui prosperauit mundare locū
suū. Et decreuerunt cōi precepto ꝛ decreto vni
uerse genti iudeorū oībus ānis agere dies istos
Et antiochi quidē qui appellatus est nobilis: vi
te excessus ita se habuit. Nunc autē de eupatore
antiochi impij filio q̄ gesta sūt narrabimus bre
uiantes mala que in bellis gesta sunt. Hic enī
suscepto regno cōstituit super negocia regni ly
siam quendam phenicis ꝛ syrie militie principē
Nā ptolemeus qui dicebatur macer iusti tenax
erga iudeos: esse constituit: ꝛ precipue propter
iniquitatem que facta erat in eos: ꝛ pacifice age-
re cum eis. Sed ob hoc accusatus ab amicis a-
pud eupatorem: cum freq̄nter proditor audiret
eo q cyprum creditam sibi a philometore deser
uisset: ꝛ ad antiochū nobilē translatus: etiā ab
eo recessisset: veneno vitā finiuit. Gorgias au
tem cū esset dux locorū: assumptis aduenis fre-
q̄nter iudeos debellabat. Iudei vero q tenebāt
opportunas munitiones: fugatos ab hierosoly
mis suscipiebant: ꝛ bellare tēptabant. Hi vo
qui erant cū machabeo ꝑ orationes dn̄m rogan
tes vt esset sibi adiutor: impetū fecerunt i muni-
tiones idumeorum: multaq vt insistentes loca

obtinuerunt: occurrẽtes interemerunt: ⁊ oẽs si
mul nõ minus vigintiq̃nq; milibus trucidaue
runt. Quidã aũt cũ ꝯfugissent in duas turres
valde munitas. omnẽ apparatũ ad repugnan
dum habentes: machabeus ad eoꝝ expugna-
tionẽ relicto simone ⁊ iosepho. itẽq; zacheo cis
q; qui cũ ipsis erant satis multis: ipse ad eas q̃
amplius vrgebant pugnas conuersus ẽ. Hi
vero qui cũ simone erant cupiditate ducti a qui
busdã q in turribus erant suasi sunt pecunia: ⁊
septuagita milibus didrachmis acceptis dimi
serunt quosdã effugere. Cũ aũt machabeo nun
ciatũ esset quod factũ est: pricipibus ppl'i ꝯgre-
gatis: accusauit ꝙ pecunia fratres vendidisset
aduersarijs eoꝝ dimissis. Hos igitur prodito
res factos interfecit: ⁊ ꝯfestim duas turres oc-
cupauit. Armis aũt ac manibus oia prospere
agendo: in duabꝰ munitionibus plusq; vigin
ti milia peremit: ⁊ timotheus qui prius a iude-
is fuerat superatꝰ: conuocato exercitu peregri-
ne multitudinis ⁊ congregato equitatu asiano
aduenit: q̃si armis iudeã capturus. Machabe
us autẽ ⁊ q cũ ipso erant appropinquãte illo de
precabantur dñm caput terra aspergentes: lũ-
bosq; cilitijs precincti: ad altaris crepidinez ꝓ
uoluti: vt sibi ꝓpitius: inimicis aũt eorum essz
inimicus. ⁊ aduersarijs aduersaretur sic̃ lex di
cit. Et ita post orõnem sumptis armis longius
de ciuitate procedentes. ⁊ proximi hostibus ef-
fecti resederunt. Primo aũt solis ortu vtrique
cõmiserũt. isti quidẽ victorie ⁊ ꝓspitatis spon-
sorẽ cũ ꝟtute dñm hñtes: illi autez ducem belli
aĩmũ habebant. Sz cũ vehemens pugna esset:
apparuerunt aduersarijs de celo viri q̃nque in
eq̃s. frenis aureis decori. ducatum iudeis pre-
stantes. ex quibꝰ duo machabeũ mediũ hñtes
armis suis circũseptum icolumen cõseruabãt:
in aduersarios autem tela ⁊ fulmina iaciebant:
ex quo et cecitate cõfusi et repleti perturbatione
cadebant. Interfecti sũt autẽ vigiti milia q̃ngẽ
ti peditũ. et equites sexcẽti. Timotheus ꝟo cõ
fugit i gazarã presidiũ munituz cui preerat cere
as: machabeus aũt et qui cum eo erant letantes
obsederũt presidiũ diebus q̃ttuor. At hi q itus
erant loci firmitate confisi supra modũ maledi-
cebant. ⁊ sermones nephãdos iactabãt. Sz cũ
dies q̃nta illucesceret: vigiti iuuenes ex his qui
cũ machabeo erant: accensi animis ꝓpter blas
phemiã viriliter accesserũt ad muꝝ ⁊ feroci aĩo
incedẽtes ascẽdebant: sed ⁊ alij similiter ascen-
dentes turres portasq; succendere aggressi sũt
atq; ipsos maledicos viuos ꝯcremare. Per
cõtinuũ aũt biduũ: ꝑsidio vastato timotheuz oc
cultantẽ se in q̃dã reptum loco pemerũt. ⁊ frẽm
illius cereã ⁊ apollophanẽ occiderunt. Quibꝰ
gestis. i hymnis ⁊ ꝯfessioĩbus bñdicebant dñz
q magna fecit i isrl'. ⁊ victoriã dedit illis. XI

Sed paruo pꝰ tp̃e lysias ꝓcurator regis
⁊ ꝓpinquꝰ ac negocioꝝ prepositus gra
uiter ferens de his que acciderant: con
gregatis octoginta milibus ⁊ eq̃tatu vniuerso
veniebat aduersũ iudeos existimãs se ciuitatez
q̃dẽ captã gentibus hitaculum facturꝝ: templũ
ꝟo in pecunie questũ sicut cetera delubra gen
tium hituꝝ. ⁊ ꝑ singulos ãnos venale sacerdo
tium: nusq̃ recogitans dei ptãtẽ: sz mẽte effre
natus in multitudine peditũ ⁊ in milibus eq̃tũ
⁊ in octoginta elephãtis ꝯfidebat. Ingressus
aũt iudeã ⁊ appropians bethsure q̃ erat in ãgu
sto loco ab hierosolyma interuallo q̃nq; stadio
rum: illud ꝑsidiũ expugnabat. Vt aũt macha-
beus ⁊ q cuz eo erant: cognouerunt expugnari
ꝑsidia: cũ fletu ⁊ lachrymis rogabant dñm. et
ois turba simul: vt bonũ angelũ mitteret ad sa
lutẽ israel. Et ipse primus machabeus sumptis
armis ceteros adhortatus ẽ simul secuz ꝑiculũ
subire ⁊ ferre auxiliũ fr̃ibus suis. Cumq; parit
ꝓmpto aĩo ꝓcederẽt hierosolymis: appuit pre
cedẽs eos eques in veste candida: armis aure
is hastã vibrans. Tũc oẽs simul bñdixerũt mi
sericordẽ dñm ⁊ ꝯualuerunt animis nõ solum
hoĩes sed ⁊ bestias ferocissimas ⁊ muros fer-
reos parati penetrare. Ibant igitur ꝓmpti: de
celo hñtes adiutorẽ ⁊ miserantem suꝑ eos dñm
Leonũ autẽ more impetu irruentes in hostes
ꝓstrauerunt ex eis vndeci milia peditũ: ⁊ eq̃tũ
mille sexcẽtos: vniuersos autẽ in fugã verterũt
plures aũt ex eis vulnerati nudi euaserũt. Sed
⁊ ipse lysias turpiter fugiens euasit. Et q̃r non
insensatus erat: secũ ipse reputans factã erga se
diminutionẽ. ⁊ intelligens iuictos eẽ hebreos
oĩpotẽtis dei auxilio nitentes: misit ad eos: ꝓ
misitq; se consensuꝝ oĩbus que iusta sunt: ⁊ re
gẽ compulsuꝝ amicum fieri. Annuit autẽ ma-
chabeus precibus lysie: in oĩbus vtilitati consu
lens. Et q̃cunq; machabeus scripsit lysie de iu
deis eam rex concessit: nam erant scripte iude-
is epistole a lysia siquidem hunc modum con-
tinentes. Lysias: ppl'o iudeoꝝ salutem Johan
nes ⁊ abessalon qui missi sunt a vobis tradẽtes
scripta postulabant: vt ea q̃ ꝑ illos significabãt
implerẽ. Quecũq; igitur regi potuerunt ꝑfer
ri: exposui: ⁊ que res permittebat: concessit. Si
igit̃ in negocijs fidẽ ꝯseruaueritis: etiam dein

ceps bonoꝝ vobis causa eē tēptabo: de ceteris
autē p̄ singula vba mandaui ꝛ istis: ꝛ his qui
a me missi sunt colloq̄ vobiscū. Bn̄ valete. An
no centesimo quadragesimooctauo mēsis dio
scori die vicesima ꝛ quarta. Regis aūt ep̄la ista
continebat. Rex antiochus lysie fri: salutem.
Patre nostro inť deo trāslato nos volētes eos
q̄ sunt in regno nr̄o sine tumultu agere ꝛ reb⁹
suis adhibere diligentiā: audiuimus iudeos nō
consensisse patri meo vt transferrenť ad ritum
grecoꝝ: s; tenere velle suū institutū: ac ꝓpterea
postulare a nobis cōcedi sibi legitima sua. Uo
lentes igiť hanc quoq; gentē quietam eē: statu
entes iudicauimus templū restitui illis: vt age
rent ꝯm suoꝝ maioꝝ consuetudinē. Bene igiť
feceris: si miseris ad eos ꝛ dexteraꝫ dederis: vt
cognita nostra volūtate bono animo sint: ꝛ vti
litatibus proprijs deseruiant. Ad iudeos vo re
gis ep̄la talis erat. Rex antiochus: senatui iu/
deoꝝ: ꝛ ceteris iudeis. salutē. Si valetis: sic est
vt volum⁹: s; ꝛ ipsi bn̄ valem⁹. Addit nos me
nelaus dicēs velle vos descendere ad vr̄os qui
sunt apud nos. His igiť q̄ cōmeāt vsq; ad diē
tricesimū mensis xādici dam⁹ dextras securita
tis: vt iudei vtanť cibis ꝛ legibus suis sicut ꝛ p̄
us: ꝛ nemo eoꝝ vllo modo molestiā patiať de
his que p̄ ignorantiam gesta sunt. Misim⁹ aūt
ꝛ menelaū qui vos alloquatur. Ualete. Anno
centesimo q̄dragesimooctauo xandici mensis
q̄ntadecima die. Miserūt aūt etiam romani epi
stolam ita se hn̄tem. Quint⁹ mēmi⁹ ꝛ titus ma
nilius legati romanoꝝ: pp̄lo iudeoꝝ: salutem.
De his q̄ lysias cognatus regis cōcessit vobis
ꝛ nos cōcessimus: de q̄bus aūt ad regē iudica/
uit referendū: confestim aliquem mittite diligē
tius inter vos ꝯferentes: vt decernamus sicut
ꝯgruit vobis. Nos.n. ātiochiā accedim⁹. Jdō
q; festinate rescribere: vt nos quoq; sciamus
cuius estis voluntatis. Bene valete. Anno cē
tesimo quadragesimooctauo quintadecima die
mensis xandici.

XII

His factis pactōib⁹ lysias ꝑgebat ad re
gem: iudei aūt agriculture operam da
bāt. Sed hi q̄ resederant timotheus. et
appollonius gennei filius: sed ꝛ hieronymus
ꝛ demophon sup hus ꝛ nicanor cypriarches nō
sinebant eos in silētio agere: ꝛ q̄ete. Joppite ve
ro tale quoddā flagitiū ꝑpetrarūt. Rogauerūt
iudeos cū q̄bus hitabant ascendere scaphas q̄s
pauerāt cū vxoribus ꝛ filijs: q̄si nullis inimici
tijs inter eos subiacentib⁹. Scd̄m cōe itaq; de
cretū ciuitatis: ꝛ ipsis acq̄escentibus pacisq; cā
nihil suspectū hn̄tibus: cū i altū ꝓcessissent. sub
merserunt nō minus ducētos. Quā crudelita
tē iudas in sue gentis hoies factā vt cognouit:
p̄cepit viris q̄ erant cū ipso. ꝛ inuocato iusto iu
dice deo venit aduersus iterfectores fratruꝫ. ꝛ
portū q̄dē nocte succendit: scaphas exussit: eos
aūt q̄ ab igne refugerant: gladio ꝑemit. Et cuꝫ
hec ita egisset discessit q̄si iteꝝ reuersur⁹: ꝛ vni/
uersos ioppitas eradicaturus. Sꝫ cū cognouisset ꝛ
eos q̄ erant iamnie velle pari nō facere habitā/
tibus secum iudeis: iamnitis q̄ꝫ nocte superuenit
ꝛ portuꝫ cū nauibus succēdit. ita vt lumē ignis
appereret hierosolymis ab stadijs ducētis q̄dra
ginta. Inde cū iā abijssent noueꝫ stadijs ꝛ iter
facerēt ad timotheū: cōmiserunt cuꝫ eo arabes
q̄nq; milia viri ꝛ eq̄tes q̄ngenti. Cūq; pugna
valida fieret ꝛ auxilio dei ꝓspere cessisset: resi/
dui arabes victi: petebāt a iuda dextras sibi da
ri, ꝓmittentes se pascua daturos: ꝛ in ceteris ꝓ
futuros. Judas autē arbitratus vere in multis
eos vtiles, ꝓmisit pacē: dextrisq; acceptis disces
sere ad tabernacula sua. Aggressus est aūt ꝛ ci/
11 De pullo asine: de ficu quam dominus maledixit cum esuriit: de templo eiicit vēdentes et ementes. Sacerdotes et scribe querebant quomodo eum perderent: ficum aridam factam radicitus: non hesitādum in corde: credite: quia accipietis que petitis: dimittite siquid habetis aduersus aliquem in oratione. Interrogatus in quā potestate hec facis.

12 Parabolam de vinea et colonis: de denario cesaris: de muliere que septem fratres habuit: de primo mandato interrogatur et interrogantem dicit non esse longe a regno dei: dicit. Quomodo dicunt scribe christum esse filium dauid cum sit dominus dicit cauere a scribis: de vidua et gazophylatio.

13 De templi structura: de vēturis ante diē iudicii: de passione martyrum: de abhominatione et fuga et pregnantibus: de tribulationibus: abbreuiatio dierū: de pseudo christis et prophetis: sol obtenebratur et luna non dabit splendorem suum: stelle erunt decidentes etc. De aduentu christi: parabola ficus: diem et horā nemo scit vigilate et orate nescitis tempus.

14 De vnguento effuso super caput iesu: proditio iude: cum discipulis manducauit pascha: dicit vnus vestrum tradat me: de sacramento corporis et sanguinis etc. et captio iesu.

15 Vinctum iesum duxerunt ad pilatum: et illusio: et crucifixio: et mors: et sepultura iesu christi.

16 Resurrectio et ostensio eius: et quod predicare iubet euangelium.

Explicit Registrum. Incipit euangelium secundum marcum. Capitulum I

Initium euāgelii iesu christi filii dei: sicut scriptum est in Esaia propheta. ¶ Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam: qui preparabit viam tuam ante te. ¶ Vox clamantis in deserto. Parate viam domini: rectas facite semitas eius. Fuit in deserto iohānes baptizans et predicans baptismum penitentie in remissionem peccatorum. ¶ Et egrediebatur ad eū omnis iudee regio: et hierosolymite vniuersi et baptizabantur ab illo in iordanis flumine: et confitentes peccata sua. ¶ Et erat iohannes vestitus pilis camelorum: et zona pelicea circa lumbos eius: et locustas: et mel siluestre edebat: et predicabat dicēs ¶ Venit fortior me post me: cuius non sū dignus procumbens soluere corrigiā calciamentorum eius. ¶ Ego baptizaui vos in aqua: ille vero baptizabit vos spiritu sancto. ¶ Et factum est in diebus illis venit iesus a nazaret galilee et baptizatus est a iohanne in iordane. Et statim ascendēs de aqua: vidit celos apertos: et spiritum sanctum tanquam columbam descendentem et manentem in ipso. Et vox facta est

a Malach. 3. Mt. xi. c. Luc. 7. d. Esa. 40. Mat. 3. a. Jo. i. c.
Mat. 3. b. Luc. 3. a. Jo. 3. c. Mt. 3. a.
B Mt. 3. c. Lu 3. d. Jo. i. d. Mt. 3. c. L. 3. d. Jo. i. d. Act. 19. a. Mat. 3. f. Esa. 42. M. 3. g. et 17. b. L. 3. e.

2.Pe.i.d. Mt.4.a. Luc.4.a. Esa.43. Mt.4.c. Mt.4.d.

de celis. ¶ Tu es filius meus dilectus: in te cõplacui. ¶ Et statim spirit⁹ expulit eũ in desertum. Et erat in deserto quadraginta diebus ꝛ quadraginta noctibus: ꝛ temptabat a sathana. ¶ Eratq; cũ bestijs ꝛ angeli ministrabant illi. ¶ Postq̃ aũt traditus est iohãnes: venit iesus in galileam. Predicans euangelium regni dei: ꝛ dicens. Quoniam impletum est temp⁹ ꝛ appropinquabit regnum dei. ¶ Peniteminí ꝛ credite euangelio. Et preteriens secus mare galilee vidit simonem ꝛ andream fratrem eius mittentes retia i mare. Erant enim piscatores. ¶ Et dixit eis iesus. Venite post me ꝛ faciam vos fieri piscatores hominum. Et protinus relictis retibus secuti sunt eum. ¶ Et progressus inde pusillum vidit iacobum zebedei ꝛ iohannem fratrẽ eius ꝛ ipsos componentes retia in naui: et statim vocauit illos. Et relicto patre suo zebedeo in naui cum mercennarijs secuti sunt euz. ¶ Et ingrediuntur capharnaum: ꝛ statim sabbatis ingressus in synagogam docebat eos. ¶ Et stupebãt super doctrina eius. Erat enim docens eos quasi potestatem habens: ꝛ non sicut scribe. ¶ Et erat in synagoga eorum homo in spiritu imundo: ꝛ exclamauit dicens. Quid nobis ꝛ tibi iesu nazarene. ¶ Venisti perdere nos. Scio q͛ sis sanctus dei. Et cõminatus est ei iesus dicens. Obmutesce: et exi de homine. Et discerpens eum spiritus imundus: et exclamans voce magna: exijt ab eo. Et mirati sunt omnes: ita vt conquirerent inter se dicentes. Quid nam est hoc. Que nã doctrina hec noua. Quia in potestate spiritibus imundis imperat: et obediunt ei. Et pcessit rumor eius statim in omnem regionem galilee. ¶ Et protinus egrediẽtes de synagoga: venerunt in domum simonis et andree cum iacobo ꝛ iohanne. Recumbebat autẽ socrus simonis febricitans: ꝛ statim dicunt ei de illa. et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius ꝛ continuo dimisit eam febris ꝛ ministrabat eis. ¶ Vespere autem facto cum occidisset sol afferebant ad eum omnes male habentes ꝛ demonia habentes erat oĩs ciuitas congregata ad ianuam ¶ Et curauit multos qui vexabantur varijs lãguoribus. Et demonia multa ejciebat ꝛ non

Mt.4.e. Ac.3.d. Mat.4.c. ꝛ.8.c.L.5.b Mar.4.f. D Luc.4.c. Mt.7.g. Luc.2.g. Luc.4.c. Luc.4.f. E Mt.8.c. L.4.f. Luc.4.g. i.3.c. F

sinebant ea loqui quoniam sciebant eum. Et diluculo valde surgẽs egressus abijt in desertum locum: ibiq; orabat. et prosecutus est eum simon: ꝛ qui cum illo erant et cum inuenissent eum dixerunt ei: quia omnes querunt te: ꝛ ait illis. Eamus in proximos vicos ꝛ ciuitates vt ꝛ ibi predicem. Ad hoc enim veni. et erat predicãs in synagogis eorum ꝛ in omni galilea ꝛ demonia eijciens. ¶ Et venit ad eum leprosus deprecans eum: ꝛ genuflexo dixit Si vis potes me mundare. Iesus autẽ misertus eius extendit manuz suam: ꝛ tãgens eum ait illi. Volo mundare. Et cũ dixisset statim discessit ab eo lepra ꝛ mundatus est. Et comminatus est ei statimq; eiecit illum: ꝛ dicit ei. ¶ Vide nemini dixeris: sed vade ostende te principi sacerdotum ꝛ offer pro emundatione tua que precepit moyses in testimonium illis. Et egressus cepit predicare: ꝛ diffamare sermonem: ita vt iam non posset manifeste introire in ciuitatem sed foris in desertis locis esse: ꝛ conueniebant ad euz vndiq;.

II

Et iterum intrauit capharnaũ post dies octo: ꝛ auditũ est q͛ in domo esset ꝛ conuenerũt multi: ita vt non caperet neq; ad ianuã: ꝛ loquebatur eis verbum. ¶ Et venerunt ad euz ferentes paralyticum: qui a quattuor portabantur. Et cum non possent offerre eum illi pre turba: nudauerunt tectum vbi erat ꝛ patefacientes submiserunt grabatuz in quo paralyticus iacebat. Cum autem vidisset iesus fidem illorum: ait paralytico. Fili dimittuntur tibi peccata tua. Erãt aũt illic qdã de scribis sedentes: ꝛ cogitãtes in cordibus suis. Quid hic sic loquitꝰ Blasphemat. ¶ Quis potest dimittẽ peccata nisi solus deus. ¶ Quo statim cognito iesus spiritu suo: quia sic cogitarent intra se: dicit illis. Quid ista cogitatis i cordibus vestris. ¶ Quid est facilius dicere paralytico: dimittuntur tibi peccata tua: an dicere surge tolle grabatum tuũ: ꝛ ambula. Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata: ait paralytico. ¶ Tibi dico surge tolle grabatum tuum ꝛ vade in domum tuaz. Et statim surrexit ille: ꝛ sublato grabato abijt inde coram omnibus: ita vt mirarentur omnes: ꝛ honorificarent deum

B Mat.8.a. Luc.5.c. Mat.8.a Luc.5.c. A Mt.9.a. Luc.5.d. Jo.5.a. B Lu.7.g. Luc.5.d. i.Cor.2.d. Mat.9.a. Luc.5.c. C Mt.9.b. Luc.5.c. Jo.5.b.

dicētes: q2 nunq̄ sic vidimus. ¶ Et egressus ē rursus ad mare: oīsq3 turba veniebat ad eum: τ docebat eos: τ cum preteriret vidit leui alphei sedentem ad teloneū τ ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. ¶ Et factu3 est cum accumberet in domo illius: multi publicani τ peccatores simul discumbebant cu3 iesu τ discipulis eius. Erant enim multi qui seq̄bantur eum. Et scribe τ pharisei videntes: quia manducaret cum publicanis τ peccatoribus: τ dixerunt discipulis eius ¶ Quare cum publicanis τ peccatoribus manducat τ bibit magister vester. Hoc audito iesus ait illis. Non necesse habēt sani medico: sed qui male habent. ¶ Nō enim veni vocare iustos: sed peccatores Et erant discipuli iohannis τ pharisei ieiunantes: τ veniunt τ dicunt illi. ¶ Quare discipuli iohannis τ phariseorum ieiunant: tui autem discipuli non ieiunant. ¶ Et ait illis iesus. Nunquid possunt filij nuptiarum quādiu sponsus cum illis est ieiunare. Quanto tempore habent secum sponsum non possunt ieiunare. Venient autem dies cu3 auferetur ab eis spōsus: τ tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo assumentum panni rudis assuit vestimento veteri. Alioquin aufert supplementum nouum a veteri: τ maior scissura fit. Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin dirumpet vinum vtres τ vinum effundetur τ vtres peribunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet. ¶ Et factum est iteru3 cum dominus sabbatis ambularet per sata: τ discipuli eius ceperūt pregredi τ vellere spicas. Pharisei autem dicebant ei Ecce quid faciunt discipuli tui sabbatis: quod non licet. Et ait illis. ¶ Nunquam legistis quid fecerit dauid quando necessitate3 habuit τ esurijt ipse: τ qui cū eo erāt quomodo introiuit in domum dei sub abiathar principe sacerdotum: τ panes ꝓpositionis manducauit quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus τ dedit eis qui cum eo erant. Et dicebat eis. Sabbatum propter hominem factu3 est τ non homo propter sabbatum. ¶ Itaq3 dominus est filius hominis etiam sabbati.

III

Mat.9.b. Luc.5.f. D Mat.9.b. Luc.5.f. Mat.9.c. Luc.5.f. E i.Timo.i.c. Luc.5.f. Mat.9.c. Luc.5.g. F Mt.13.a. Luce.6.a. B Mt.12.a. Luc.6.a. i.Reg.21. Mat.12.a. Luc.6.a.

Et introiuit iterum in synagoga3 τ erat ibi homo habens manum aridam. ¶ Et obseruabant eum si sabbatis curaret: vt accusarent illu3. Et ait homini habenti manum arida3: Surge in medium: dicit eis. ¶ Licet sabbatis benefacere an male: animam saluam facere an perdere. At illi tacebant. Et circūspiciens eos cum ira contristatus super cecitate cordis eoru3: dicit homini: extende manum tuam. τ extendit τ restituta ē manus illi. ¶ Exeuntes autem pharisei: τ statim cum herodianis consilium faciebant aduersus eum: quomodo eū perderent. Jesus autem cu3 discipulis suis secessit ad mare: τ multa turba a galilea τ iudea secuta est eu3. Et ab hierosolymis τ ab idumea τ transiordanem: τ qui circa tyru3 et sydonem: multitudo magna audientes q̄ faciebat venerunt ad eum. Et dixit iesus discipulis suis: vt in nauicula sibi deseruirent ꝓpter turbam ne comprimerent eū. Multos enim sanabat: ita vt irruerent in eum vt illum tangerēt quotquot habebāt plagas. Et spiritus immundi cum illum videbant procidebant ei τ clamabant dicentes. Tu es filius dei. Et vehementer comminabatur eis: ne manifestarent illū ¶ Et ascendens in montem vocauit ad se quos voluit ipse: τ venerunt ad eum. Et fecit vt essent duodecim cum illo τ vt mitteret eos predicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates: τ eijciendi demonia. ¶ Et imposuit simoni nomen petrus. Et iacobum zebedei: τ iohannē fratrem iacobi: τ imposuit eis nōia boanerges: quod est filij tonitrui. Et andream τ philippum: τ bartholomeum τ mattheū τ thomam τ iacobum alphei: τ thadeum τ simonem chananeu3: τ iudam scarioth qui tradidit illum. et veniunt ad domum τ conuenit iterum turba: ita vt non poss3 neq3 panem manducare. τ cum audissent sui: exierunt tenere eum. Dicebant enim quoniam in furorem versus est. ¶ τ scribe qui ab hierosolymis descenderant dicebant: quoniam beelzebub habet: τ quia in principe demoniorum eijcit demonia. ¶ τ conuocatis eis: in parabolis dicebat illis. Quomodo potest sathanas sathanā eijcere. et si regnum in se diuidatur: non potest regnu3 illud stare. τ si domus sup

A Mt.12.b. Lu.13.c. et.14.a. Mt.12.b. Luc.6.b. et.14.a. B Mt.12.b. Jo.10.g. Mt.4.g. Luc.4.e. Jo.6.a. C Luc.4.g. Mt.10.a. Luc.6.c. D Mt.10.a. Luc.6.c. Act.i.b. E Mt.12.e. Luc.ii.b. Mt.12.b. Luc.ii.c.

F
ſemetipſam diſpertiatur: non pōt domus
illa ſtare. Et ſi ſathanas ꝯſurrexerit in ſe
metipſum: diſpertitus eſt : ⁊ non poterit
ſtare ſed finem habet. nemo poteſt vaſa
fortis igreſſus in domum diripere niſi ꝑ
B
us fortem alliget: ⁊ tunc domum eius di
Mt.i2.d. Luc.i2.b.
ripiet. ¶ Amen dico vobis: quoniam oia
dimittētur filijs hominum peccata ⁊ blaſ
phemie quibus blaſphemauerunt. Qui
autem blaſphemauerit in ſpirituz ſanctū
non habebit remiſſionem in eternum: ſʒ
reus erit eterni delicti: quoniam dicebāt
Mt.i2.g. Luc.8.c.
ſpiritum immundum habet. ¶ Et veniūt
mater eius ⁊ fratres: ⁊ foris ſtantes mi-
ſerunt ad eum vocantes euʒ. Et ſedebat
circa eum turba: ⁊ dicunt ei: Ecce mater
ſua ⁊ fratres tui foris querunt te. Et rn̄-
dens eis ait: Que ē mater mea ⁊ fratres
mei. Et circūſpiciēs eos q in circuitu eiꝰ
ſedebant ait. Ecce mater mea ⁊ frēs mei
Qui eni fecerit voluntatē dei: hic frater
meus ⁊ ſoror mea ⁊ mater eſt. IIII

A
Et iterum cepit docere ad mare ⁊
ꝯgregata eſt ad eum turba multa
ita vt in nauim aſcendēs ſederet
in mari. ⁊ oīs turba circa mare ſuꝑ terrā
erat: ⁊ docebat eos in parabolis multa ⁊
dicebat illis in doctrina ſua. Audite: ecce
Mt.i3.a Luc.8.a
exijt ſeminans ad ſeminandum. ¶ Et dū
ſeminat: aliud cecidit circa viā ⁊ venerūt
volucres celi ⁊ comederunt illud. Aliud
vero cecidit ſuper petroſa vbi non habuit
terrā multam: et ſtatiʒ exortū ē: quoniaʒ
Ec.i4. Eſaie 40. Ja.i.b. i.Pe.i.d.
non habebat altitudinē terre: ¶ ⁊ quādo
exortus eſt ſol exeſtuauit. Et eo quod nō
habebat radiceʒ exaruit. Et aliud cecidit
B
i ſpinas: ⁊ aſcēderūt ſpine ⁊ ſuffocauerūt
.2.Cor.9.b.
illud: ⁊ fructuʒ non dedit. ¶ Et aliud ceci
dit in terram bonaʒ ⁊ dabat fructum aſcē
dentem ⁊ creſcentem ⁊ afferebat vnū tri
ceſimum: ⁊ vnum ſexageſimum: ⁊ vnuʒ
centeſimum. Et dicebat: Qui habet au-
res audiendi audiat: Et cum eſſet ſingu
laris: interrogauerunt eum hi qui cuʒ eo
erant duodecim: parabolam. Et dicebat
Mt.i3.b. L. 8.b. Jo.i2.f. Eſa.6. Act. 28.d.
eis. ¶ Vobis datuʒ eſt noſſe myſteriuʒ
regni dei: illis aūt q foris ſūt i parabolis
omnia fiunt: ¶ vt videntes videant ⁊ nō
videant: ⁊ audientes audiant ⁊ non itelli
gāt: ne quādo ꝯuertātur ⁊ dimittātur eis
peccata. Et ait illis: Neſcitis ꝑabolaʒ hāc
C
Et quō omēs parabolas cognoſcetis.
Mt.i3.c. Luc.8.b
¶ Qui ſeminat verbū ſeminat. Hi auteʒ
ſunt qui circa viam vbi ſeminatur verbū
⁊ cum audierint cōfeſtim venit ſathanas
⁊ aufert verbum quod ſeminatum eſt in
cordibus eorum. Et hi ſunt ſimiliter qui
ſuper petroſa ſeminantur qui cum audie
rint verbum ſtatim cum gaudio accipiūt
illud ⁊ non habent radicem in ſe: ſed tem
porales ſunt: deinde orta tribulatione ⁊ ꝑ
ſecutione propter verbum: confeſtim ſcā
daliçantur. Et alij ſunt qui in ſpinis ſemi
D
nantur. Hi ſunt qui verbum audiunt ⁊
erumne ſeculi ⁊ deceptio diuitiaruʒ: ⁊ cir
ca reliqua concupiſcentie introeuntes ſuf
focant verbum: ⁊ ſine fructu efficitur. Et
hi ſunt qui ſuper terram bonam ſemina-
ti ſunt qui audiunt verbum ⁊ ſuſcipiunt:
⁊ fructificant vnum triceſimum: vnuʒ ſe
Mt.5.b. L.8.c.⁊.ii.e
xageſimum ⁊ vnum centeſimuʒ. ¶ Et di
cebat illis. Nūquid venit lucerna vt ſub
modio ponatur aut ſub lecto. Nonne vt
Mat.io.e. Luc.8.c
ſuper candelabrum ponatur. ¶ Non eſt
enim aliquid abſconditum quod non ma
E
nifeſtetur: nec factum eſt occultum quod
non veniat in palaʒ. Siquis habet aures
audiendi audiat. Et dicebat illis. Vide-
Mat.7.a. Lu.6.f.M. i3.b.⁊.25.c. L.8.c.⁊ i9.d
te quid audiatis. ¶ In qua menſura men
ſi fueritis: remetietur vobis: ⁊ adijcietur
vobis Qui enim habet dabitur illi: ⁊ qui
non habet: etiam quod habet auferetur
ab eo. Et dicebat: Sic eſt regnuʒ dei quē
admodum ſi homo iaceat ſementem i ter
raʒ: ⁊ dormiat: ⁊ exurgat nocte ⁊ die: ⁊ ſe
men germinat: ⁊ increſcat: dum neſcit il-
le. Vltro enim terra fructificat: primum
herbā: deide ſpicā deide plenū frumētū i
ſpica: Et cum ex ſe produxerit fructus ſta
F
tim mittit falcem: quoniam adeſt meſſis.
Et dicebat cui aſſimilabimus regnuʒ dei
aut cui parabole comparabimus illud.
Mt.i3.d. Luc.i3.d.
¶ Sicut granum ſinapis quod cum ſemi
natuʒ fuerit in terra minus eſt omnibus
ſeminibus que ſunt in terra. et cum natū
fuerit aſcendit in arborem et fit maius oi
bus oleribus: et facit ramos magnos: ita
vt poſſint ſub vmbra eius aues celi habi
Mt.i3.e.
tare. ¶ Et talibus multis parabolis loq̄-
batur eis verbum: prout poterat audire
ſine parabola autem non loquebatur eis
B
Seorſum auteʒ diſcipulis ſuis diſſerebat
Luc.9.b. Jo.6.a.
omnia. ¶ Et ait illis in illa die cum ſero
eſſet factum. Tranſeamus contra. Et di

mittentes turbam assumunt eũ ita vt erat in naui: ⁊ alie naues erant cum illo. ¶ Et facta est procella magna venti: ⁊ fluctus mittebat in nauim: ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in pupi sup ceruical dormiens: et excitant euȝ: et dicunt illi. Magister non ad te pertinet: quia perimus. Et exurgens comminatus est vento et dixit mari. Tace obmutesce. Et cessauit ventus: et facta est tranquillitas magna: et ait illis. ¶ Quid timidi estis. Necdũ habetis fidem. Et timuerunt timore magno: et dicebant ad alterutruȝ. ¶ Quis putas est iste: qȝ ventus et mare obediunt ei: V

Et venerunt transfretum maris in regionem gerasenorum. ¶ Et exeunti ei de naui statim occurrit de monumẽtis homo in spiritu immundo: qui domicilium habebat in monumẽtis Et neqȝ catenis iam quisqȝ poterat eum ligare: quoniam sepe compedibus: et catenis vinctus dirupisset: catenas et compedes comminuisset: et nemo poterat eũ domare. Et semper die ac nocte i monumentis et in montibus erat clamans et cõcidens se lapidibus. Videns autem iesũ a longe cucurrit et adorauit eũ: et clamãs voce magna dixit. Quid mihi et tibi iesu fili dei altissimi. Adiuro te per deum ne me torqueas. Dicebat enim illi. Exi spiritus immunde ab homine isto. Et interrogabat eum. Quod tibi nomen est. Et dicit ei. Legio mihi nomẽ est: qȝ multi sumus. Et deprecabatur eum multuȝ ne se expelleret extra regionem. ¶ Erat autem ibi circa montẽ grex porcoꝝ magnus pascens in agris. Et deprecabant euȝ spũs dicentes. Mitte nos in porcos: vt in eos introeamus. Et ꝯcessit eis statim iesus. Et exeuntes spũs immundi introierunt in porcos: et magno impetu grex precipitatus est in mari ad duo milia: et suffocati sũt in mari. ¶ Qui autẽ pascebant eos fugerunt et nunciauerũt in ciuitatẽ et i agros Et egressi sunt videre qd esset facti: et venerunt ad iesum: et vident illum qui a demonio vexabaẗ sedentẽ vestitũ et sane mẽtis: et timuerunt. Et narrauerunt illis q viderant qualiter factuȝ esset ei qui demonium habuerat: et de porcis. Et rogare ceperunt eum vt discederet de finibus eorum. ¶ Cũqȝ ascenderet nauim: cepit illũ deprecari qui a demonio vexatus fuerat: vt esset cum illo. et non admisit eum: sed ait illi. Vade in domuȝ tuã ad tuos et annuncia illis quanta tibi dñs fecerit: et misertus sit tui. Et abijt ⁊ cepit predicare in decapoli: quanta sibi fecisset iesus et oẽs mirabantur. ¶ Et cum ascendisset iesus i naui rursus trans fretum: conuenit turba multa ad euȝ: ⁊ erat circa mare. Et venit qdem de archisynagogis nomine iayrus: ⁊ videns eum procidit ad pedes eiꝰ ⁊ deprecabatur eum multum dicẽs: quoniam filia mea in extremis est. Veni ipone manum tuam super eam: vt salua sit ⁊ viuat. Et abijt cum illo: ⁊ sequebatur euȝ turba multa: ⁊ comprimebant eum. ¶ Et mulier que erat in profluuio sãguinis annis duodecim ⁊ fuerat multa perpessa a compluribus medicis ⁊ erogauerat oia sua: nec quicqȝ profecerat: sed magis deterius habebat: cum audisset de iesu vẽit in turba retro: ⁊ tetigit vestimentuȝ eius Dicebat enim: quia si vel vestimentum eius tetigero: salua ero. Et confestim siccatus est fons sãguinis eius: et sensit corpore: qȝ sanata esset a plaga. Et statim iesus a semetipso cognoscens virtuteȝ que exierat de illo: conuersus ad turbã aiebat Quis tetigit vestimenta mea. Et dicebãt ei discipuli sui. Vides turbam cõprimentem tẽ: et dicis quis me tetigit. Et circunspiciebat videre eaȝ que hoc fecerat. Mulier vero timens et tremens sciens quod factum esset in se: venit et procedit ante eũ et dixit ei omnem veritatem. Ille autem dixit ei. ¶ Filia fides tua te saluaȝ fecit vade i pace: et esto sana a plaga tua. Adhuc eo loquente veniunt nuncij ad archisynagogum dicentes: quia filia tua mortua ẽ. Quid vltra vexas magistruȝ. Iesus autem audito verbo quod dicebatur: ait archisynagogo. Noli timere tñmodo crede. Et non admisit quẽqȝ se sequi. nisi petrum et iacobum et iohannem fratrẽ iacobi: et veniunt in domum archisynagogi. Et vidit tumultũ et flentes et eiulãtes mlˀtum ⁊ ingressus ait illis. Quid turbamini ⁊ ploratis. ¶ Puella non est mortua: sed dormit. Et irridebant eum. Ipse vero eiectis omnibus assumit patrem ⁊ matrem puelle: ⁊ qui secum erant ⁊ ingrediuntur vbi puella erat iacens: ⁊ tenens

Mat. 8. c. Luc. 8. c. — Mat. 8. c. — Mat. 8. f. Luc. 8. d. — A Mat. 8. f. — B — Mat. 8. g. Luc. 8. e. — Mat. 8. g. Lu. 8. e. — C — Luc. 8. e. — D — Mat. 9. d. L. 8. f. Jo. 4. g. — Mat. 9. d. Luc. 8. f. — E — F Mat. 9. e. L. 7. g. ⁊ 18. g. — G Mat. 9. e.

Mat.9.e. Mat.9.f.

manum puelle ait illi. Thabitacumi: qđ est interpretatum ¶ puella tibi dico surge τ confestim surrexit puella: τ ambulabat Erat autem annorum duodecim. Et obstupuerunt stupore magno. ¶ Et precepit illis vehementer vt nemo id sciret: τ iussit dare illi manducare.

VI

A — Mt.13.g. Luc.4.c. Jo.4.f.

E ¶ Tegressus inde abijt in patriã suam τ sequebant eum discipuli sui. Et facto sabbato cepit in synagoga docere τ multi audientes ãmirabant in doctrina eius dicentes. Vñ huic hec oĩa. Et que est sapientia que data est illi: virtutes tales que per manus eius efficiuntur. ¶ Nõne hic est faber filius marie: frater iacobi τ ioseph τ iude τ simõis Nõne τ sorores eius hic nobiscum sunt. Et scandalicabant in illo. ¶ Et dicebat illis iesus: qꝛ non est ꝓpheta sine honore nisi in patria sua: τ in domo sua: τ in cognatione sua. Et non poterat ibi virtutẽ vllam facere: nisi paucos infirmos ipositis manibus curauit: τ mirabat ꝓpter incredulitatem eoꝝ: τ circuibat castella ĩ circuitu docens. ¶ Et vocauit duodecim τ cepit eos mittere binos: τ dabat illis potestatem spirituum imundoꝝ. Et p̄cepit eis ne qđ tollerent in via nisi virgã tantũ nõ peram: non panem: neqꝫ in çona es: ¶ sed calciatos sandalijs: τ ne induerent duabus tunicis. ¶ Et dicebat eis. Quocunqꝫ introieritis in domum: illic manete donec exeatis inde: ¶ τ qcunqꝫ non receperint vos neqꝫ audierint: exeuntes inde excutite puluerẽ de pedibus vestris ĩ testimonium illis. Et exeuntes predicabant vt penitentiam agerent: τ demonia multa eiciebant ¶ τ vngebant oleo mltos egros τ sanabant. ¶ Audiuit rex herodes: manifestum.n. factum est nomẽ ei⁹ τ dicebat. Quia iohannes baptista resurrerit a mortuis: τ ꝓpterea virtutes operantur in illo. Alij autẽ dicebant qꝛ helias est. Alij vero dicebãt qꝛ ꝓpheta est q̄si vnus ex ꝓphetis. Quo audito herodes ait. Quem ego decollaui iohannem hic a mortuis resurrerit. ¶ Ipse.n. herodes misit ac tenuit iohannem τ vinxit eũ in carcerem ꝓpter herodiadem vxorem philippi fratris sui: qꝛ duxerat eã. ¶ Dicebat.n. iohãnes herodi. Nõ licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias aũt

[Margin: Mat.13.g. Jo.6.e. Mat.13.g. Luc.4.d. Jo.4.f. B Mat.10.a. Luc.9.a Eph.6.e. Mat.10.b. Luc.10.b. Mat.10.c. Luc.9.a Ja.5.e. Mat.14.a. Luc.9.a. Mat.14.a. Luc.9.b. C Mat.14.a. Luc.3.d Mat.14.a.]

insidiabatur illi: τ volebat occidere eum nec poterat. Herodes autẽ metuebat iohannem sciens eum virum iustum τ sanctum: τ custodiebat eum: τ audito eo multa faciebat τ libenter euꝫ audiebat. Et cũ dies oportunus accidisset herodes natalis sui cenam fecit principibus τ tribunis τ p̄mis galilee. Cunqꝫ introisset filia ipsius herodiadis τ saltasset τ placuisset herodi: simulqꝫ recumbentibus: rex ait puelle. ¶ Pete a me qđ vis τ dabo tibi. Et iurauit illi: qꝛ qcquid petieris dabo tibi: licet dimidium regni mei. Que cuꝫ exisset dixit matri sue. Quid petã. At illa dixit. Caput iohãnis baptiste. Cunqꝫ itroissꝫ statim cum festinatione ad regem petiuit dicẽs. Volo: vt ꝓtinus des mihi in disco caput iohannis baptiste. Et ꝯtristat⁹ est rex. Propter iusiurandũ τ ꝓpter simul discumbentes noluit eam cõtristare sed misso spiculatore p̄cepit afferri caput eius in disco: τ decollauit eum in carcere Et attulit caput eius in disco: τ dedit illđ puelle: τ puella dedit matri sue. ¶ Quo audito discipuli ei⁹ venerunt τ tulerunt corpus eius et posuerunt illud in monumento. Et ꝯuenientes apostoli ad iesum et annunciauerunt ei oĩa q̃ egerant et docuerant. Et ait illis. Venite seorsum i desertum locum: et regescite pusillũ. Erãt enim qui veniebant et redibãt multi. Et nec spacium manducandi habebant: et ascendentes in nauim abierunt in desertũ locum seorsum. Et viderunt eos abeuntes: et cognouerunt multi: et pedestres de oĩbus ciuitatibus cucurrerunt illuc et p̄uenerunt eos. ¶ Et exiens vidit turbam multam iesus: et misertus est super eos qꝛ erant sicut oues non habentes pastorem: et cepit illos docere multa. Et cũ iam hora multa fieret: accesserunt discipuli eius dicentes. Desertus est locus hic et iam hora p̄terijt. Dimitte illos: vt eũtes in ꝓrimas villas τ vicos emant sibi cibos quos manducent. Et rñdens ait illis ¶ Date illis manducare. Et dixerunt ei. Euntes emamus ducentis denarijs panes: τ dabimus illis manducare. Et dic eis. ¶ Quot panes habetis. Jte τ videte Et cum cognouissent dicunt. Quinqꝫ. Et duos pisces. Et p̄cepit illis vt accumbere facerent oẽs s̄m contubernia super

[Margin: 2.Reg.19. Hester.5. D Mt.14.e E Mat.9.g. 15.f.j.8.a. Mat.14.c Lcu.9.b. Mat.14.d. Luc.9.b. Jo.6.a. F]

viride fenu3. Et discubuerunt i partes p centenos ⁊ qnqgenos. ¶ Et acceptis qui q3 panibus ⁊ duobus piscibus intuēs in celū benedixit ⁊ fregit panes ⁊ dedit disci pulis suis vt ponerēt ante eos: ⁊ duos pi sces diuisit omnibus. Et manducauerūt oēs ⁊ saturati sūt. Et sustulerūt reliqas frag mētoꝝ duodecim cophinos plenos: ⁊ de piscibus. Erāt aūt qui manducauerūt qn q3 milia viroꝝ. Et statim coegit discipu/los suos ascēdere nauim vt precederēt eū transfretu3 ad besaidā: dū ipse dimitteret pplm. Et cū dimisisset eos abijt in mon tem orare. ¶ Et cū sero esset erat nauis in medio maris ⁊ ipse solus in terra Et vi/dit eos laborātes i remigando: erat enim ventus ꝯrius ei. ¶ Et circa quartā vigili am noctis venit ad eos ambulans supra mare: ⁊ volebat ꝑterire eos. At illi vt vi derunt eum ambulantē supra mare puta/uerūt fantasma eē ⁊ exclamauerunt. Oēs eni viderunt eū: ⁊ cōturbati sunt. Et sta/tim locutus est cū eis: ⁊ dixit eis. Confidi te: ego sū nolite timere. ¶ Et ascendit ad il los in nauim: ⁊ cessauit vent⁹: ⁊ plus ma gis intra se stupebant. Nō eni intellere/runt de panibus. Erat eni cor eoꝝ obce/catū. Et cū transfretassent venerunt i ter ram genasareth: ⁊ applicuerunt. Cunq3 egressi essent de naui: continuo cognoue runt eum: ⁊ pcurrētes vniuersam regio ne3 illam ceperant in grabatis eos qui se male habebāt circūferre vbi audiebant eū esse. Et quocūq3 introiebat in vicos vel i villas: aut ciuitates: i plateis ponebāt in firmos. ¶ Et deprecabātur eu3 vt vel fim briā vestimenti ei⁹ tangerent: ⁊ quotquot tangebant eum salui fiebant. VII

Et conuenerunt ad eū pharisei et qdā de scribis venientes ab hiero solymis. Et cū vidissent quosda3 ex discipulis ei⁹ cōmunibus manibus id est non lotis manducare panes: vitupa/uerūt. Pharisei āt ⁊ oēs iudei nisi crebro lauerint manus non manducant: tenētes traditione3 senioꝝ: ⁊ a foro veniētes nisi baptizent nō comedūt ⁊ alia multa sunt q̄ tradita sunt illis suare: baptismata calicū ⁊ vrceoꝝ ⁊ eramētoꝝ ⁊ lectoꝝ. ¶ Et inter rogabāt eū pharisei ⁊ scribe: Quare disci puli tui nō ābulant iuxͣ traditionē senioꝝ s3 cōib⁹ manib⁹ mādu cāt panem: At ille

rñdens dixit eis. Bñ ꝓphetauit esaias ð vobis hypocritis: sicut scriptū est. ¶ Po pulus h labijs me honorat: cor aūt eoꝝ lō ge est a me. In uanū aūt me colunt: docē tes doctrinas ⁊ ꝓcepta hoium. Relinquē tes enim mandatū dei tenetis traditiōes hoiu3: baptismata vrceoꝝ ⁊ calicū: ⁊ alia his facitis multa. ⁊ dicebat illis. ¶ Bene irritū fecistis ꝓceptū dei: vt traditionē ve stram sueris. Moyses enim dixit. ¶ Ho nora prēm tuū ⁊ mrē3 tuā. ¶ ⁊ q maledixe rit prī vel matri morte moriatur. Vos āt dicitis. Si dixerit hō patri aut matri cor/ban quod est donū qdcūq3 ex me tibi pro fuerit: ⁊ vltra nō dimittitis eū quicq3 face re patri suo aut matri: rescindētes verbū dei p traditionē vrā3 quā tradidistis. Et similia huiusmodi multa facitis. Et aduo cās iteꝝ turbas dicebat illis: Audite me oēs ⁊ intelligite. Nihil est extra hoiem in troiens in eū quod possit eū coinqnare: s3 q̄ de hoie ꝓcedunt illa sunt que coinqnāt hoiem. Si quis habet aures audiendi au diat. ¶ ⁊ cū introisset in domū a turba: inter rogabant eū discipuli eius pabolā: ⁊ ait il lis. ¶ Sic ⁊ vos imprudētes estis: Non intelligitis q2 oē extrinsecus introiēs i ho minē nō pōt eū coinqnare q2 nō itrat i cor eius: sed in ventrē vadit ⁊ in secessu3 exit purgans oēs escas. Dicebat autē qm̄ illa q̄ de hoie exeunt illa coinqnāt hoie3. ¶ Ab intus eni de corde hoiu3 male cogitatōes ꝓcedunt: adulteria: fornicatōes: homici/dia: furta: auaritie: neqtie: dol⁹: ipudici/tie: oculus mal⁹: blasphemia: supbia stul ticia. Oia hec mala ab intus ꝓcedunt: et coinqnāt hoie3. Et inde surgens abijt i fi/nes tyri ⁊ sydonis: ⁊ ingressus domū ne minē voluit scire ⁊ nō potuit latere. ¶ mu lier eni stati vt audiuit de eo cui⁹ filia ha bebat spm̄ imundū itrauit ⁊ ꝓcidit ad pe des eius. Erat eni mulier gentilis syro/phenissa genere. Et rogabat eū vt demo niū eijceret de filia eius. Qui dixit illi. Si ne ꝑus saturari filios. ¶ Non ē eni bonū sumere panē filioꝝ ⁊ mittere cāibus. At illa rñdit: ⁊ dixit illi. Vtiq3 dñe. Nā ⁊ ca telli comedūt sub mēsa de micis pueroꝝ. Et ait illi. Propter hunc sermonē vade exijt demoniū a filia tua. Et cū abisset do/mu3: inuenit puellā iacentē supra lectū: et demonium exijsse. Et iteꝝ exiens de finib⁹

Margin notes: Mat.15.g. Lu.9.b. Jo.6.b. | B Mat.14.e. Lu.6.b. Jo.6.b. Mat.14.e. | Mat.14.g. Luc.8.c. | Mat.14.g. | A | B Mat.15.a. | Esa.29. Mat.15.b. | C Act.5.c. Exo.20.deu. 5.Exo.21. Leuit.20. | D Mat.15.d. Heb.5.d. | E Mat.5.c. | Mat.15.d. | F Mat.15.c.

tyri venit p sidonez ad mare galilee inter medios fines decapoleos. Et adducũt ei surdũ ꝛ mutũ. Et depcabanł eũ vt impo-

B

natilli manũ. Et apprehẽdens eũ de turba seorsum: misit digitos suos in auricula eius: ꝛ expuẽs tetigit linguã eius: ꝛ suspiciẽs in celũ ingemuit: ꝛ ait illi. Effeta: qđ est adapire. Et statim apte sunt aures eius: ꝛ solutũ est vinculũ lingue eius ꝛ loquebał recte. ¶ Et precepit illis: ne cui dicerent. Quãto aũt eis p̃cipiebat tãto magis plus p̃dicabant ¶ ꝛ eo amplius ammirabanł: dicẽtes. Bene oĩa fecit ꝛ surdos fecit audire: ꝛ mutos loqui.

Mat.9.f.ꝛ 12.b.ꝛ.17.c. l.9.b. Luc.9.e.

VIII

A

In diebus illis iterũ cũ turba mlta esset cũ iesu nec haberẽt qđ mãducarent: conuocatis discipulis ait illis: Misereor sup turbã: qꝛ ecce iam triduo sustinẽt me nec habẽt qđ mãducent: ꝛ si dimisero eos ieiunos i domũ suã: deficiẽt i via. ¶ Quidã enim ex eis de lõge venerũt. Et rñderũt ei discipuli sui. Vñ illos qs poterit hic saturare panibus i solitudine. Et interrogauit eos. Quot panes habetis. ¶ Qui dixerunt: Septẽ. Et p̃cepit turbe discũbere sup terrã. ¶ Et accipiẽs septẽ panes gr̃as agẽs fregit ꝛ dabat discipulis suis vt apponerẽt: ꝛ apposuerũt turbe. Et habebãt pisciculos paucos: ꝛ ipsos bñdixit: ꝛ iussit apponi. Et manducauerũt ꝛ saturati sunt: ꝛ sustulerunt qđ supaurat de fragmentis septem sportas. Erãt aũt qui manducauerãt quasi quattuor milia: ꝛ dimisit eos. Et statiz ascẽdẽs naui cũ discipulis suis: venit i partes dalmanutha. ¶ Et exierũt pharisei ꝛ ceperunt conquirere cum eo: querẽtes ab illo signũ de celo tẽptantes eũ. Et ingemiscens spũ ait: ¶ Quid gnãtio ista signum querit. Amen dico vobis: si dabił generationi isti signum. Et dimittens eos ascendit iterum naui: ꝛ abijt transfretũ. Et obliti sunt panẽ sumere: ꝛ nisi vnũ panẽ non habebant secũ in naui. ¶ Et precipiebat eis dicens. Videte ꝛ cauete a fermento phariseorum: ꝛ fermento herodie. Et cogitabant ad alterutrũ dicentes: quia panes non habemus. Quo cognito: ait illł iesus. Quid cogitatis quia panes nõ habetis: Nondũ cognoscitis nec intelligitis?

D

Adhuc cecatuz habetis cor vestrũ. ¶ Oculos habentes non videtis ꝛ aures habentes non auditis. ¶ Nec recordamini quãdo quinqꝫ panes fregi in quinqꝫ milia: ꝛ quot cophinos fragmentorum plenos sustulistis: Dicunt ei. Duodecim. Quãdo ꝛ septem panes in q̃ttuor milia: quot sportas fragmentorum tulistis. ¶ Et dicũt ei. Septẽ. Et dicebat eis. Quomodo non dum intelligitis. ꝛ veniunt bethsaida: et adducunt ei cecum: ¶ ꝛ rogabant eum vt illum tangeret. Et apprehensa manu ceci eduxit eum extra vicum: ꝛ expuens i oculos eius impositis manibus suis interrogauit eum si quid videret. ꝛ aspiciens ait Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius ꝛ cepit videre: ꝛ restitutus est: ita vt clare videret omnia. ꝛ misit illum in domum suam: dicens. Vade in domum tuam: ꝛ si in vicuz introieris nemini dixeris. ¶ ꝛ ingressus est iesus ꝛ discipuli eius castella cesaree philippi: ꝛ in via interrogabat discipulos suos dicens eis. Quem me dicũt esse homines. Qui responderunt illi dicentes. Alij iohannem baptistam: alij Heliam. Alij vero quasi vnum de prophetis. Tunc dicit illis. vos vero quem me esse dicitis. Respondens petrus ait ei. Tu es christus. ꝛ comminatus est eis: ne cui dicerent de illo. ¶ Et cepit docere eos quoniam oportet filiuz hominis pati multa ꝛ reprobari a senioribus ꝛ a summis sacerdotibus ꝛ scribis ꝛ occidi: ꝛ post tres dies resurgere. Et palam verbum loquebatur: ꝛ apprehendẽs eum petrus cepit increpare eum. Qui cõuersus ꝛ videns discipulos suos: comminatus est petro dicens. ¶ Vade retro me sathana: quoniam non sapis que dei sunt: sed que sunt hominum. ¶ Et conuocata turba cum discipulis suis: dixit eis. Si quis vult me sequi: deneget semetipsum ꝛ tollat crucem suam: ꝛ sequatur me. ¶ Qui enim voluerit animam suam saluam facere perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me ꝛ euangelium: saluam faciet eam. Quid enim proderit homini si lucretur mundum totum: ꝛ detrimentum anime sue faciat. Aut quid homo commutationis dabit pro anima sua. ¶ Qui eniz me confessus

Marginal references: Mat.15.f. ꝫ.6.c. — Esaie.60. — l.eodẽ.d. ꝫ.6.f. Jo.6.b. — B — Mat.16.a. Joh.6.d. C Mat.12.f. Luc.11.d. — Mat.16.b. Luc.12.a. — Ps.113. — Jo.6.b. ꝫ.6.f. — ꝫ.eodẽ.a. — Mat.20.g. — E — Mt.16.d. Luc.6.c. — F — Mat.16.e. — B Mat.16.g. Mt.10.g.ꝛ 16.f. L.14. ꝛ.9.c.ga.2. Mat.19.f. Luc.17.g. — Mat.10.f.

fuerit ꝛ verba mea i generatione ista adultera ꝛ peccatrice: ꝛ filius confitebit͛ eū cum venerit in gloria pr̄is sui cum angelis sanctis. IX.

Et dicebat illis. ¶ Amen dico vobis: q2 sūt q̄dam de hic stantibus q nō gustabūt morte͂ donec videant regnū dei veniēs i ꝟtute. ¶ Et post dies sex: assumpsit iesus petrū ꝛ iacobū ꝛ iohāne͂: ꝛ ducit illos in monte͂ excelsū solos ꝛ trāsfiguratus est corā ipis. Et vestimēta eius facta sunt splēdentia ꝛ cādida nimis velut nix. qualia fullo nō pōt super terrā cādida facere. Et apparuit illis helias cū moyse: ꝛ erāt loq̄ntes cum iesu Et rn̄dens petrus ait iesu. Rabbi: bonū est hic esse: ꝛ faciamus tria tabernacula: tibi vnū: ꝛ moysi vnū ꝛ helie vnū. Non eni sciebat q̄d diceret. Erāt eni timore exterriti. Et facta est nubes obūbrans eos ꝛ venit vox de nube dicēs. Hic est filius meus charissimus audite illū. Et statim circūspiciētes nemine͂ ampli⁹ viderūt nisi iesū tm̄ secū. ¶ Et descēdentibus illis de mōte p̄cepit illis ne cuiq̄ q̄d vidissent narrarēt nisi cū fili⁹ hois a mortuis resurrexerit. Et ꝟbū ꝯtinuerūt apud se: ꝯq̄rētes q̄d eēt cū a mortuis resurrexerit. Et iñrogabāt eū dicētes. ¶ Quid ergo dicūt pharisei ꝛ scribe q2 heliā oporteat venire p̄mū. Qui rn̄dens ait illis. Helias cum venerit p̄mo restituet oia. ꝛ quō scriptū ē i filiū hois: vt mlt̄a patiat͛ ꝛ ꝯtēnat͛. Sꝫ dico vobis: q2 ꝛ helias venit ꝛ fecerūt illi quecūq̄ voluerūt sicut scriptū est de eo Et veniēs ad discip̄los suos vidit turbā magnā circa eos: ꝛ scribas ꝯquirētes cū illis. Et ꝯfestī ois ppl̄s vidēs iesū stupefactus est ꝛ expauerūt: ꝛ accurentes salutabāt eū. Et interrogauit eos. Quid inter vos ꝯquiritis. ¶ Et rn̄dēs vn⁹ d̄ turba dixit. Mḡr attuli filiū meū ad te habētem spm̄ mutū: q vbicūq̄ eū apprehēderit: allidit illū: ꝛ spumat ꝛ stridet dētibus ꝛ arescit. Et dixi discip̄lis tuis vt eijceret illū: ꝛ nō potuerunt. Qui rn̄dens dixit. ¶ O generatio incredula q̄diu apd̄ vos ero. Quādiu vos patiar. Afferte illū ad me. Et attulerūt eū. Et cū vidisset eū statī spūs ꝯturbauit illū ꝛ elisus in t̄rā volutabat͛ spumans. Et interrogauit p̄rem eius. Quātū tpis est ex quo ei hoc accidit. At ille ait. Ab infantia. Et freque͂ter eū in ignem ꝛ in aquā misit: vt eū p̄deret Sed siquid potes: adiuua nos misertus nostri. Jesus aute͂ ait illi. Si potes credere oia possibilia sunt credenti. Et continuo exclamans pater pueri cum lachrymis aiebat. Credo dn̄e: adiuua incredulitatem meam. Et cum vidisset iesus concurrentem turbam: cōminatus est spiritui imundo dicēs illi. Surde ꝛ mute spiritus: ego p̄cipio tibi exi ab eo: ꝛ amplius ne introeas in eum. Et clamās ꝛ mltū discerpens eum exijt ab eo ꝛ fact⁹ est sicut mortuus ita vt multi dicerent: quia mortuus est. Jesus aute͂ tenens manū eius eleuauit eum: ꝛ surrexit. Et cum introisset in domum: discipuli secreto interrogabāt eum. ¶ Quare nos non potuimus eijcere eum. Et dixit illis. Hoc genus in nullo potest exire: nisi in oratione ꝛ ieiunio. Et inde ꝓfecti p̄tergrediebātur galileam: nec volebat quem q̄ scire. ¶ Docebat aute͂ discipulos suos: ꝛ dicebat illis: q̄m filius hominis tradet͛ in manus hominū ꝛ occident eū ꝛ occisus tertia die resurget. At illi ignorabāt ꝟbū et timebāt iñrogare eū. Et venerūt capharnaū. Qui cū domi eēt iñrogabat eos Quid in via tractabatis. ¶ At illi tacebāt Si quidem in via inter se disputauerunt quis eorum maior esset. Et residens vocauit duodecim ꝛ ait illis. ¶ Si quis vult primus esse: erit oīum nouissimus ꝛ omnium minister. ¶ Et accipiens puerū statuit eum in medio eorum quem cum cōplexus esset ait illis. ¶ Quisquis vnū ex huiusmodi pueris receperit in noie meo me recipit: ꝛ quicunq̄ me susceperit: nō me suscipit sed eum qui misit me. ¶ Respondens illi iohannes dicens. Magister: vidimus que͂dam in nomine tuo eijcientē demonia q non sequitur nos: et ꝓhibuimus eum. Jesus aute͂ ait. Nolite ꝓhibere eū. ¶ Nemo est enim q facit virtutē in nomine meo. ꝛ possit cito male loqui de me. Qui enim non est aduersū vos pro vobis est. ¶ Quisquis enim potum dederit vobis calicem aque frigide in nomine meo: quia xp̄i estis. Ame͂ dico vobis nō perdet mercede͂ suā ¶. Et q̄squis scandalizauerit vnū ex his pusill' credētib⁹ i me bonū ē ei mag' si circūda

Lu.9.c.ꝛ.i2.b — A — Mt.16.g / Luc.9.d. — Mat.17.a. / Luc.9.d. — B — Mat.9.f.ꝛ / i2.b.ꝛ.17.c. / s.7.g. — Mt.17.c. — C — Mt.17.d / Luc.9.c. — Mat.7.e / Luc.9.e. — D — Mt.17.f. — E — Mt.17.f. / Luc.9.e.s.g / f.ꝛ.i.io.e — Mt.18.a. / Luc.22.c. / Mat.20.f — Mat.18.a. / Luc.9.f. / Mt.18.a. / Luc.9.f. / Luc.9.f. — F — i. Cor.12.a — Mt.10.g. — Mat.18.a / Luc.7.a.

retur mola asinaria collo eius ⁊ in mare
B
mitteret. Et si scādelizauerit te manꝰ tua
abscide illā. Bonū est tibi debilē itroire
in vitā ꝙ̄ duas manus habētem : ire in
Esa.66.
gehennā in ignē inextinguibilem ¶ vbi
Ezech.20
vermis eorū non moritur: ⁊ ignis nō ex
tinguit. Et si pes tuus te scandalizat: am
puta illū. Bonū est tibi claudū introire
E
in vitā eternā: ꝙ̄ duos pedes habentem
mitti in gehennā ignis inextinguibilis:
vbi vermis eoꝝ non moritur: ⁊ ignis ñ
Mat.18.b
extiguitur. Quod si oculus tuus scandi
zat te: eijce eum. ¶ Bonū est tibi luscum
introire in regnū dei: ꝙ̄ duos oculos ha
bentē: mitti in gehennā ignis: vbi ver/
mis eoꝝ non moritur: ⁊ ignis nō extin/
guitur. O is eni igne saliet: ⁊ ois victi/
Mat.5.b
ma sale salietur ¶ Bonū est sal. Quod si
Luc.14.g
sal in sulsū fuerit in quo illō ꝯdietis. Ha
bete i vobis sal: ⁊ pacē hēte iter vos. X
A
ET inde exurgēs venit in fines
Mat.19.a
iudee vltra iordanē: ⁊ cōueniunt
iteꝝ turbe ad eū: ⁊ sicut cōsueue/
rat iterū docebat illos: ⁊ accedētes pha/
risei introgabāt eū si licet viro vxorē di/
mittere: tēptantes eum. At ille rñdēs di
xit eis: Quid vobis p̄cepit moyses: Qui
Deut.24.
dixerunt. ¶ Moyses permisit libelluz re
Mat.5.c ⁊.19
pudij scribere ⁊ dimittere. Quibus rñ/
dens iesus ait: Ad duritiā cordis vestri
Gen.p̄.
scripsit vobis preceptū istud. ¶ Ab initō
Mat.19.b.
aūt creature masculū ⁊ feminam fecit eos
Gen.2.
deus. Propter hoc relinquet hō patrē
Eph.5.d
suū ⁊ matrē ⁊ adherebit ad vxorē suam
i.Cor.6.d
¶ ⁊ erunt duo in carne vna. Itaqꝫ iam
B
non sunt duo: sed vna caro. Quod ergo
deus cōiunxit: hō non separet. Et in do
mo iteꝝ discipuli eius de eodē interroga
uerūt eū. ¶ Et ait illis: Quicūqꝫ dimise
rit vxorē suā ⁊ aliaz duxerit: adulterium
cōmittit sup eaz. Et si vxor dimiserit vi/
Mat.5.e.⁊
rū suū ⁊ alij nupserit mechat. ¶ Et offere
19.b. L.16.d
bant illi puulos vt tangeret illos: disci/
Mat.19.c
puli aūt cōminabāt offerētibus. Quos
Luc.18.c.
cū videret iesus: indigne tulit. ¶ Et ait il
lis: Sinite puulos venire ad me: ⁊ ne ꝓ
Mat.19.d
hibueritis eos. Taliū eni est regnū dei.
Luc.18.c.
Amē dico vobis qsqs non receperit re/
gnū dei velut puulus: nō intrabit in il/
lud. Et ꝯplexās eos ⁊ imponēs manus
sup illos bñdicebat eos. Et cū egressus
esset in via ꝓcurrens quidam genuflexu

āt eū: rogabat euz dicens : ¶ Magister
Mat.19.d.
bone qd faciā vt vitā eternā percipiam:
18.d. E
Jesus aūt dixit ei: Quid me dicis bonū:
Exo.20.
Nemo bonus nisi vnus deus. ¶ Prece
8.a. B.4.
pta nosti: ne adulteres: ne occidas: ne fu
reris: ne falsuz testimonium dixeris: ne
fraudē feceris: honora patrē tuū ⁊ m̄rem
¶ At ille rñdēs ait illi: Magister hec oia
Ecc.3.
obseruaui a iuuētute mea. Jesus āt itui
tus eū dilexit eū ⁊ dixit ei. Vnū tibi deest
¶ Vade quecūqꝫ habes vende ⁊ da pau
Mat.19.c.
peribus ¶ ⁊ habebis thesaurum in celo: ⁊
12.d.⁊.18.d
veni sequere me. ¶ Qui contristatus in
Mat.6.d
verbo: abijt merēs. Erat eni habens mł
Luc.12.d
tas possessiōes. Et circūspiciēs iesus ait
2.Cor.7.c
discipulis suis. Quā difficile q pecunias
Mat.19.e
habēt: in regnū dei introibūt. Discipu/
li aūt obstupescebant in verbis eius. At
iesus rursus rñdens ait illis: Filioli: ꝙ̄
difficile est cōfidentes in pecunijs in re/
gnū dei itroire ¶ Facilius est camelū per
foramē acus transire: ꝙ̄ diuitē intrare i
Mat.19.f
regnū dei. Qui magis āmirabant dicē/
Luc.18.c.
tes ad semetip̄os. Et qs pōt saluus fieri
D
Et intuēs illos iesus ait. ¶ Apud hoies
impossibile est sed non apud deuz. O ia
Mat.19.f.
eni possibilia sunt apud deū: ⁊ cepit ei pe
L.1.d ⁊.18.
trus dicere. Ecce nos dimisimus oia: ⁊
Mat.19.f.
secuti sumꝰ ⁊c. ¶ Rñdēs iesus ait: Amē
Luc.18.c.
dico vobis: nemo est q reliquerit domū
Deut.33.
aut frēs: aut sorores: aut patrē: aut ma/
Mat.19.g.
trem: aut filios: aut agros: propter me ⁊
Lu.18.c
ꝓpt euāgeliū q nō accipiet cēties tm̄ nūc
in tpe h̄: domos ⁊ frēs ⁊ sorores: ⁊ m̄res
⁊ filios: ⁊ agros cū ꝑsecutiōibꝰ ⁊ i seculo
E
futuro vitā etnā. ¶ Mlti āt erūt ꝑmi no/
uissimi: ⁊ nouissimi ꝑmi. Erāt aut i via
ascēdēte hierosolymā: ⁊ p̄cedebat illos ie
Mat.19.g
sus ⁊ stupebāt ⁊ seq̄ntes timebant. ¶ Et
Luc.13.f.
assumēs iteꝝ duodeci cepit illis dicere q̄
eēnt ei vētura. Qr ecce ascēdimꝰ hieroso
Mat.16.c.
lymā: ⁊ filiꝰ hois tradet ꝑncipibꝰ sacerdo
17.f.⁊.20.d
tū ⁊ scribis ⁊ seniorībꝰ: ⁊ dānabūt eū mor
Luc.18.f.
te: ⁊ tradēt eū gētibꝰ ⁊ illudēt ei: ⁊ ꝯspuēt
eū ⁊ flagellabūt eū ⁊ iterficiēt eū ⁊ tertia die
resurget: ⁊ accedūt ad eū iacobus ⁊ iohā/
nes filij zebedei dicētes. ¶ Mgr volumꝰ
vt qdcūqꝫ petierimus facias nob. At ille
dixit eis. Quid vultis vt faciā vob: ⁊ dixe
Mat.20.c
rūt. Da nob vt vnꝰ ad dexterā tuā: ⁊ aliꝰ
ad sinistrā tuā sedeamꝰ i glīa tua. Jesus
aūt ait eis. Nescitis qd petatis. Potestis
F

F

bibere calicē quē ego bibo aut baptiſmo q̄ ego baptiꝫor baptiꝫari. At illi dixerunt ei. Poſſumus. Jeſus autē ait eis. Calicē q̄dē quē ego bibo bibetis: ⁊ baptiſmo q̄ ego baptiꝫor baptiꝫabimini: ſedere aūt ad dexterā meā vel ad ſiniſtrā nō eſt meū dare vobis: ſ; q̄bus paratū ē. ¶ Et audiētes decē idignati ſūt de iacobo ⁊ iohāne. Jeſus autē vocās eos: ait illis. ¶ Scitis q̄a hi q̄ videnť p̄ncipari gētibus dn̄anť eis: ⁊ p̄ncipes eoꝝ poteſtatē habēt ipſoꝝ. Nō ita ē autē in vobis: ſ; q̄cunq; voluerit fieri maior erit veſter miniſter: ⁊ q̄cunq; voluerit in vobis p̄mus eē: erit oīuꝫ ſeruus. Nā ⁊ filius hoīs nō venit vt miniſtraretur ei: ſ; vt miniſtraret: ⁊ daret aīam ſuā redēptionē ꝓ multis. ¶ Et veniunt hiericho. Et ꝓficiſcente eo de hiericho: ⁊ diſcipulis eius ⁊ pl'ima multitudine: fili⁹ thimei barthimeus cecus ſedebat iuxta viam mēdicans. Qui cuꝫ audiſſet q2 ieſus naꝫaren⁹ ē: cepit clamare ⁊ dicere. Jeſu fili dauid miſerere mei. Et cōminabanť illi multi vt taceret. At ille multo magis clamabat: fili dauid miſerere mei. Et ſtās ieſus p̄cepit illum vocari. Et vocāt cecuꝫ dicentes ei. Animequior eſto ſurge vocat te. Qui ꝓiecto veſtimēto ſuo: exiliēs venit ad eum. Et reſpōdens ieſus dixit illi. Quid tibi vis faciā. Cecus autē dixit ei. Rabboni vt videā. Jeſus autem ait illi Uade: Fides tua te ſaluum fecit. ¶ Et cōfeſtī vidit: ⁊ ſeq̄bať eum in via.

Mt.20.f. — Mt.20.f. Luc.22.c. — B — Mt.20.g. Luc.18.g. — Mt.20.g.

XI

A — Mt.21.a. L. 9.d. Jo.12.b

¶ Et cū appropinquarēt hieroſolyme ⁊ bethanie ad montē oliuaꝝ mittit duos ex diſcipl'is ſuis: ⁊ ait illis. Jte in caſtellū q̄d ꝯtra vos eſt: ⁊ ſtatim introeuntes illuc inuenietis pullū ligatū ſup quē nemo adhuc hoīum ſedit. Soluite illum: ⁊ adducite. Et ſiq̄s vobis dixerit q̄d facitis: dicite q2 dn̄o neceſſarius eſt: ⁊ ꝯtinuo illum dimittet huc. ¶ Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum āte ianuam foris in biuio ⁊ ſoluunt eum. Et q̄dam de illic ſtātibus dicebant illis. Quid facitis ſoluentes pullum. Qui dixerūt eis ſicut p̄ceperat illis ieſus: ⁊ dimiſerunt eis Et duxerunt pullum ad ieſuꝫ: ⁊ iponunt illi veſtimenta ſua ⁊ ſedit ſup eum. ¶ Multi autē veſtimenta ſua ſtrauerunt in via. Alij autem frōdes cedebāt de arboribus ⁊ ſternebant in via. Et q̄ p̄ibant: ⁊ q̄ ſequebanť clamabāt dicētes. O ſanna bn̄dictus q̄ venit in noīe dn̄i: benedictū q̄d venit regnū p̄ris nr̄i dauid: oſanna i excelſis. ¶ Et introiuit hieroſolymā i tēplum: ⁊ circūſpectis oīb⁹ cū iā veſpera eſſet hora exijt i bethaniā cū duodeci. Et alia die cū exirent a bethania eſurijt. ¶ Cūq; vidiſſ; a lōge ficū hn̄tē folia: venit ſi q̄d forte iueniret in ea: ⁊ cum veniſſet ad eā nihil iuenit p̄ter folia. Non. n. erat tp̄s ficoꝝ. Et rn̄dēs dixit ei. Jā nō amplius i eternum ex te q̄ſq; fructuꝫ manducet. Et audiebāt diſcipuli eius: ⁊ veniunt iteꝝ hieroſolymā. ¶ Et cū introiſſet in tēplū cepit eijcere vēdentes ⁊ emētes i tēplo ⁊ mēſas nūmularioꝝ ⁊ cathedras vēdentiū colūbas euertit. Et nō ſinebat vt quiſq; trāſferret vas p̄ tēplū: ⁊ docebat dicēs eis. Nonne ſcriptū ē: ¶ q2 domus mea domus orōnis vocabiť oībus gētibus. Uos aūt feciſtis eā ſpeluncā latronum. ¶ Quo audito: p̄ncipes ſacerdotū ⁊ ſcribe q̄rebant quō eum pderent. Timebant eni eū: qm̄ vniuerſa turba āmirabať ſup doctrina eius. Et cū veſp̄a facta eēt egrediebať de ciuitate. ¶ ⁊ cū mane tranſirent: viderūt ficū aridā factā a radicibus. Et recordatus petr⁹ dixit ei: Rabbi. ecce ficus cui maledixiſti aruit Et rn̄dēs ieſus ait illis. ¶ Habete fidem dei. Amē dico vob: q2 q̄cūq; dixerit huic mōti tollere ⁊ mittere i mare ⁊ nō heſitauerit in corde ſuo: ſ credideritq2 q̄dcūq; dixerit fiat: fiet ei. ¶ Propterea dico vob oīa q̄cūq; orātes petitis credite q2 accipietis: ⁊ euenient vobiſ. ¶ Et cū ſtabitis ad orandū: dimittite ſi q̄d habetis aduerſus aliquē vt ⁊ p̄r vr̄ q̄ i celꝭ ē dimittat vob peccata vr̄a. Q̄ ſi vos non dimiſeritis: nec p̄r vr̄ q̄ in celis eſt dimittet vobis peccata vr̄a. Et veniūt rurſus hieroſolymaꝫ. Et cum ambularet i tēplo: accedunt ad eū ſūmi ſacerdotes ſcribe ⁊ ſeniores: ⁊ dicūt ei ¶ Jn q̄ p̄tāte hec facis ⁊ q̄s dedit tibi hāc p̄tātē vt iſta facias: Jeſus aūt rn̄dens ait illis. Jnterrogabo vos ⁊ ego vnū v̄bū ⁊ rn̄dete mihi: ⁊ dicā vobis in q̄ p̄tāte hec faciā: Baptiſmū iohānis de celo erat: an ex hoīb⁹. Rn̄dete mihi. At illi cogitabāt ſecum dicētes. Si dixerimus de celo dicet nob: q̄re ḡ nō credidiſtis ei: Si dixerimus ex hoībus timem⁹ pplm. O ēs eniꝫ hēbant iohannē q2 vere ꝓpheta eſſet. Et

B — Mt.21.a. Luc.19.c. — Mt.21.b. Luc.19.f. Joh.12.b.

C — Mat.21.c. — Mt.21.c. Luc.13.b. — D — Mt.21.b. Luc.19.g. Joh.2.d. — Eſa.56. Hiere.7. Mat.21.g. Luc.16.g. Jo.7.e.⁊.g. — E — Mt.21.c. Luc.13.b. — Mat.17.e. .⁊.21.c. Luc. 7.b. — Mat.21.d. Jo.15.b. — F — Mat.6.c. — Mat.21.d. Luc.20.a. — B

rñdentes dicunt iesu. Nescimus. Et rñ/
dens iesus ait illis. Neqꝫ ego dico vobis
in q̄ ptāte hec faciam.

XII

A
Mat.21.f.
Luc.20.b.
Esaie.5.

E ¶ T cepit illis in parabolis loqui. ¶ Vineā pastinauit hō: ⁊ circūde dit septē ⁊ fodit lacū: ⁊ edificauit turrim ⁊ locauit eā agricolis: ⁊ pegre ꝓ/ fectus ē. Et misit ad agricolas in tpe suū vt ab agricolis acciperet de fructu vinee Qui apphensum eum ceciderūt ⁊ dimiserunt vacuū. Et iteꝝ misit ad illos aliū ser uum: ⁊ illū in capite vulnerauerunt ⁊ cō/ tumelijs affecerunt. ¶ Et rursum aliū mi sit ⁊ illum occiderunt ⁊ plures alios q̄sdā cedētes: alios vo occidētes. ¶ Adhuc g̊ vnum habens filiū charissimū ⁊ illum mi sit ad eos nouissimuꝫ dicēs: q: reuerebū tur filium meū. Coloni autē dixerunt ad inuicē. ¶ Hic est heres. Venite ⁊ occida/ mus eum ⁊ nr̄a erit hereditas. Et apphē dentes euꝫ ⁊ occiderunt ⁊ eiecerunt extra vineā. Quid g̊ faciet dñs vinee. Veniet ⁊ pdet colonos: ⁊ dabit vineā alijs. Nec scripturā hanc legistis: lapidē quē repro bauerunt edificātes hic factꝰ ē i caput an/ guli: a dño fc̄m ē istud: ⁊ ē mirabile i ocul nr̄is. ¶ Et q̄rebāt eum tenere. ⁊ timuerūt turbā. Cognouerunt eni qm̄ ad eos pa/ bolā hāc dixerit. ¶ Et relicto eo abierunt.

Mat.23.f.
Heb.1.a.
B
Gen.37.
Mat.21.f.
Mat.21.g.
Luc.20.c.
Act.4.b.1.
Pe.2.a.
Mat.21.g.
Luc.19.g.⁊.
20.c.⁊.22.a.
Jo.7.e.⁊.g.
Mat.22.c.
Luc.20.d.

A Qvid g̃ ampli⁹ iudeo ẽ: aut q̃ vtilitas circũcisiõis? Multũ p omnez modũ. Primũ quidẽ: q2 credita sunt illis eloquia dei. Quid eni si qdã illorũ non crediderunt? Nunqd icredulitas illoꝝ fidẽ dei euacuauit. Absit. ¶ Est aũt deus verax: ¶ ois aũt hõ mẽdax: sicut scriptũ ẽ. ¶ vt iustificeris i ſmonib⁹ tuis ⁊ vincas cũ iudicaris. Si aũt iniquitas nr̃a iustitiã dei cõmẽdat: qd dicemus? Nunqd iniqu⁹ ẽ deus q infert irã. Scđm hoiem dico? Absit. Alioqn quõ iudicabit deus B hũc mundũ. Si.n. Vitas dei i meo mẽdacio abundauit i gloriã ipsius quid adhuc ⁊ ego tãq; peccator iudicor: nõ sicut blasphemamur: ⁊ sicut aiunt qdam nos dicẽ: faciamus mala vt veniant bona? Quorũ damnatio iusta ẽ. Quid g̃? Precellimus eos. Nequaq;. Causati eni sumus iudeos ⁊ grecos oẽs sub peccato eẽ: sicut scriptũ ẽ. ¶ Quia non est iustus quisq; non ẽ intelligens: nõ ẽ requirẽs deuz. Oẽs declinauerunt sil': inutiles facti sunt: non est qui facit bonum: non est vsq; ad vnum. Sepulchrũ patens est guttur eoꝝ: linguis suis dolose agebant: venenũ aspiduz sub labijs eoꝝ. Quoꝝ os maledictiõe ⁊ amaritudine plenũ est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio C ⁊ infelicitas in vijs eorum: ⁊ viam pacis non cognouerunt: non est timor dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniam quecunq; lex loquitur: his qui in lege sũt loquitur. Vt omne os obstruatur ⁊ subditus fiat omnis mundus deo: quia ex operibus legis non iustificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nũc autẽ sine lege iusticia dei manifesta est: testificata a lege ⁊ ꝓphetis. Justicia aũt dei p fidẽ iesu christi: i oẽs ⁊ sup omnes q credũt in eũ. Nõ eni ẽ distinctio. Omnes enim peccauerunt: ⁊ egent D gloria dei. Justificati gratis p gratiã ipi⁹ p redẽptionẽ q̃ est i christo iesu. quẽ ꝓposuit de⁹ ꝓpitiatorẽ p fidẽ i sãguie ipsi⁹ ad oñsione iusticie sue pp remissionẽ pcedẽtiũ delictoꝝ i sustentatõe dei ad ostẽsionẽ iusticie eius in h tpe vt sit ipse iust⁹ ⁊ iustificãs eum q ex fide ẽ iesu xpi. Vbi ẽ g̃ gl'atio tua? Exclusa est. Per quaz legem ſ actoꝝ? Non. Sed p legem fidei. Arbitramur eni iustificari hoiem p fidẽ sine operibus legis. An iudeorum deus tm̃? Nonne et gentium? Immo et gentium. Qm̃ quidem vnus est deus qui iustificat circuncisionẽ ex fide: et preputiuz p fideꝫ. Legẽ g̃ destruim⁹ p fidem? Absit. Sed legem statuimus.

IIII

A Qvid g̃ dicemus inuenisse abrahã patreꝫ nostruz ſm carneꝫ? Si.n. abrahaz ex opib⁹ legis iustificat⁹ ẽ habet gloriã: sed nõ apud deuz. Quid eni dić scriptura? ¶ Credidit abraã deo ⁊ reputatuz ẽ illi ad iusticiã. Ei autẽ q opať merces non imputať ſm grãm: sed scđm debitũ. Ei vo qui non opať: credẽti autẽ i eũ qui iustificat impiũ reputať fides eius ad iusticiã ſm ꝓpositũ grẽ dei: sicut ⁊ dauid dić btitudinẽ hois cui de⁹ accepto fert iusticiã sine opibus. ¶ Bti quoꝝ remisse sunt iniquitates: ⁊ q̃ru; tecta sunt peccata B Btũs vir cui non iputauit dñs peccatuz Btitudo g̃ hec in circũcisione tm̃ manet: an etiã in preputio? Dicim⁹ eni q2 reputata est fides abrae ad iusticiã. Quõ g̃ reputata ẽ? In circũcisiõe: an i ꝑputio? Nõ in circũcisione: sed in ꝑputio. Et signuz accepit circũcisiõis signaculũ iusticie fidei q̃ est in ꝑputio: vt sit pr oiuz credẽtiũ p ꝑputiũ vt reputeť ⁊ illis ad iusticiaz. Et sit pr circũcisiõis nõ his tm̃ q sũt ex circũcisione: sꝫ ⁊ his qui sectanť vestigia fidei q̃ ẽ in preputio patris nr̃i abrae. Nõ eni p legeꝫ ꝓmissio abrae aut semini ei⁹ vt heres eẽt mũdi: sed p iusticiã fidei. Si.n. qui ex C lege heredes sũt: exinanita ẽ fides: abolita ẽ ꝓmissio. Lex eni i;ã opať. Vbi eni nõ est lex: nec puaricatio. Jo ex fide: vt ſm

Job.4.d. 1.s.c. Ps.115. Ps.50. Ps.13. Gen.15. Gal.3.a. Ps.31.

grãm firma sit ꝓmissio omni semini. Nõ ei q ex lege ẽ solũ: sed ⁊ ei q ex fide ẽ abrae q pater est oium nostrũ: sicut scriptum ẽ. ¶ Qꝛ patrẽ multaꝝ gentiũ posui te añ deũm cui credidisti: qui viuificat mortuos ⁊ vocat ea q̃ nõ sunt: tanq̄ꝫ ea q̃ sunt. Qui ꝯ̃ spem in spẽ credidit: vt fieret pat̃ multaꝝ gentiũ: ẜm ꝙ dictũ est ei. ¶ Sic erit semen tuũ sicut stelle celi ⁊ arena maris. Et nõ ĩfirmatus ẽ in fide nec ꝯsiderauit corpus suũ emortuũ: cum iã fere centũ eẽt annoꝝ: ⁊ emortuã vuluã sare. In repromissione etiã dei nõ hesitauit diffidẽtia: sꝫ cõfortatus ẽ fide: dãs gloriã deo plenissime sciens qꝛ q̃cunq̄ꝫ ꝓmisit deus potẽs est ⁊ facere. Ideo ⁊ reputatũ ẽ illi ad iusticiaꝫ. Non ẽ autẽ scriptum tm̃ ꝓpter ip̃ꝫ: qꝛ reputatũ est illi ad iusticiã: sꝫ ⁊ ꝓpter nos q̧bus reputabit̃ credentibus in eũ: q suscitauit iesũ xp̃m dñm nr̃m a mortuis: q traditus est ꝓpter delicta nostra: ⁊ resurrexit ꝓpter iustificationẽ nostram. V

Iustificati ergo ex fide pacem habeamus ad deũ p dñm nr̃m iesuꝫ xp̃m p quẽ habemus accessũ p fidẽ in gratiã istã: in q̃ stamus ⁊ gloriamur in spe glr̃ie filioꝝ dĩ: ñ solũ aũt sꝫ ⁊ glr̃iamur in tribulatõibus: sciẽtes ꝙ tribulatio patientiã operat̃. ¶ patientia aũt ꝓbationẽ: ꝓbatio vero spẽ. Spes aũt nõ confundit: qꝛ charitas dei diffusa ẽ i cordib⁹ nostris: p spm̃ scm̃ q datus ẽ nobis. Ut qd eni xp̃s cũ adhuc infirmi essemus ẜm tẽpus ꝓ ipiis mortu⁹ ẽ. Uix. n. ꝓ iusto qs morit̃. Nã ꝓ bono forsitan qs audeat mori. Cõmendat aũt charitatẽ suã deus i nobis: ¶ qm̃ si cũ adhuc pctõres essemus ẜm tẽpus xp̃s ꝓ nobis mortuus ẽ: mlt̃o igit̃ magis nunc iustificati in sanguie ip̃ius salui erimus ab ira per ip̃m. Si. n. cũ inimici essemus: recõciliati sumus deo p mortẽ filij eius: multomagis reconciliati salui erimus in vita ipsius. Nõ solũ autẽ sed ⁊ gloriamur in deo p dñm nr̃m iesum xp̃ꝫ: p quẽ nunc recõciliationẽ accepim⁹. ¶ Propterea sicut p vnũ hoiem pctm̃ i hũc mundũ itrauit: ⁊ p pctm̃ mors: ⁊ ita i oẽs hoies mors ptransijt: in q̊ oẽs peccauert. Usq̄ꝫ ad legem. n. pctm̃ erat in mundo. Pctm̃ autẽ nõ iputabat̃: cum lex nõ essꝫ sed regnauit mors ab adã vsq̄ꝫ ad moysẽ etiã in eos q nõ peccauerunt in similitudinẽ ꝑuaricationis ade: q est forma futuri. Sed nõ sicut delictum: ita ⁊ donum. Si enim vnius delicto multi mortui sũt: multomagis grã dei ⁊ donũ in grã vnius hominis iesu xp̃i: in plures abundauit. Et nõ sicut per vnũ pctm̃: ita ⁊ donum. Naꝫ iudiciũ qdem ex vno in ꝯdẽnationẽ: grã aũt ex multis delictis in iustificationẽ. Si enim vnius delicto mors regnauit p vnũ multomagis abundantiã grẽ ⁊ donatõis ⁊ iusticie accipientes in vita regnabunt p vnum iesũ xp̃m. Igit̃ sicut p vnius delictum in oẽs hoies in ꝯdẽnationem: sic ⁊ p vnius iusticiã in oẽs hoies in iustificationẽ vite. Sicut. n. p inobedientiaꝫ vnius hoĩs pctores cõstituti sunt multi: ita ⁊ p vnius obeditionẽ iusti cõstituent̃ multi. Lex aũt subintrauit: vt abundaret delictum. Ubi aũt abundauit delictum: superabundauit ⁊ grã: vt sicut regnauit pctm̃ i mortẽ: ita ⁊ grã regnet p iusticiã in vitam eternã: p iesum xp̃m dñm nostrũ. VI

Quid ergo dicemus. Manebim⁹ in pctõ vt gratia abundet. Absit. Qui. n. mortui sumus pctõ: quõ adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres: qꝛ qcunq̄ꝫ baptiçati sumus in xp̃o iesu: in morte ipsius baptiçati sumus. Consepulti. n. sumus cũ illo p baptismũ i mortem: vt quõ xp̃s surrexit a mortuis p gloriã patris: ¶ ita ⁊ nos in nouitate vite ambulemus. Si. n. cõplantati facti sumus similitudini mortis eius. simul ⁊ resurrectionis erimus. Hoc scientes qꝛ vet⁹ hõ noster simul crucifixus ẽ vt destruat̃ corpus pcti: vt vltra nõ seruiam⁹ pctõ. Qui enim mortuus est: iustificatus est a pctõ. Si aũt mortui sumus cũ xp̃o: credim⁹ qꝛ simul etiam viuemus cum illo: sciẽtes ꝙ xp̃s resurgens ex mortuis iam nõ morit̃ mors illi vltra non dñabit̃. Quod enim mortuus est pctõ: mortuus ẽ semel: ꝙ aũt viuit viuit deo. Ita ⁊ vos existimate vos mortuos quidẽ esse pctõ: viuentes autem deo in xp̃o iesu. Non ergo regnet pctm̃ i vestro mortali corpore: vt obediatis cõcupiscentijs eius. Sed neq̄ꝫ exhibeatis mẽbra vestra arma iniquitatis peccato: sꝫ exhibete vos deo tanq̄ꝫ ex mortuis viuẽtes ⁊ membra vestra arma iusticie deo. Peccatum. n. vobis nõ dñabit̃. Non. n. sub lege estis: sed sub gratia. Quid ḡ. Pec-

Gen. 17. — Gene. 13. ⁊ 26. D — A — Jac. 1. a. — B — Heb. 9. d. — 1. Pe. 3. d. — C — A — Eph. 4. c — Col. 3. b. — B — C

tabimus qm̄ non sumus sub lege: sȝ sub gratia. Absit. An nescitis qm̄ cui exhibetis vos seruos ad obediendū: serui estis eius cui obedistis: siue peccati ad mortem siue obeditionis ad iusticiā. Gratias aūt deo qꝫ fuistis serui pctī: obedistis autē ex corde in eam formā doctrine in q̄ traditi estis. ¶ Liberati aūt a pctō serui facti estis iusticie. Humanū dico: ꝓpter īfirmitatē carnis vestre. Sicut n. exhibuistis membra vestra seruire imundicie ꝛ iniqtati ad iniqtatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iusticie in sāctificationē. ¶ Cū enim serui essetis peccati liberi fuistis iusticie. Quem ergo fructum habuistis tūc in illis: in qbus nunc erubescitis. Nam finis illoꝝ mors est. Nunc vero liberati a pctō: serui autē facti deo: habetis fructū vestrū i sanctificationem: finē vero vitā eternā. Stipendia enī pctī mors: gratia āt dei vita etna: in xp̄o iesu dn̄o nr̄o. VII

Baruch.4. D

Job.8.a. Ezech.36. Esa.i.

A

i.Cor.7.d.

AN ignoratis fratres: scientibus enim legem loquor: q: lex in hoīe dn̄atur quāto tēpore viuit. ¶ Nā que sub viro est mulier viuente viro alligata est legi. Si aūt mortuꝰ fuerit vir eiꝰ soluta est a lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera: si fuerit cū alio viro si autem mortuus fuerit vir eius: liberata est a lege viri: vt non sit adultera: si fuerit cū alio viro. Itaqꝫ fratres mei ꝛ vos mortificati estis legi p corpus xp̄i vt sitis alterius: q ex mortuis resurrexit vt fructificetis deo. Cum enim essemus in carne: passiones peccatoꝝ que per legem erant operabant̄ in membris nostris: vt fructificarent morti. Nunc autē soluti sumus a lege mortis in qua detinebamur: ita vt seruiamus in nouitate spūs ꝛ non in vetustate littere. Quid ergo dicemus. Lex peccatum est. Absit. Sed peccatū non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam: nisi lex diceret. ¶ Nō cōcupisces. Occasione autē accepta. pctm̄ per mandatum operatum est in me oēm concupiscentiam. Sine lege enim pctm̄ mortuum erat. Ego autem viuebā sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum: peccatum reuixit. Ego autē mortuus sum: ꝛ inuentū est mihi mandatum qd̄ erat ad vitam: hoc esse ad mortē. Nā peccatum occasione accepta per mandatū

B

Deut.5.c.7

E

seduxit me ꝛ p illud occidit. ¶ Itaqꝫ lex qdem sancta: ꝛ mandatū sanctū ꝛ iustum ꝛ bonū. Quod ḡ bonū est: mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum vt appareat pctm̄ p bonū operatū est mihi mortē: vt fiat supra modū peccās pctm̄ p mandatū. Scimus enī q: lex spiritualis est. Ego aūt carnalis sū: venūdatꝰ sub peccato. Qd̄ enī operor nō intelligo. Nō enī qd̄ volo bonū: hoc ago: sed qd̄ odio malū: illud facio: Si autem quod nolo illud facio consentio legi quoniā bona ē. Nunc autem iā nō ego operor illud: sed qd̄ habitat ī me peccatū. Scio. n. q: nō habitat in me hoc est i carne mea bonū. Nā velle adiacet mihi pficere aūt bonū nō inuenio. Nō enī qd̄ volo bonū h facio: sed qd̄ nolo malū hoc ago. Si āt qd̄ nolo illud facio: iā non ego operor illud. sȝ qd̄ hītat in me pctm̄. Inuenio igit̄ legē volenti mihi facere bonū qm̄ mihi malū adiacet. Cōdelector enī legi dei ſm interiorē hoiem. Video autē aliā legē in mēbris meis: repugnātē legi mētis mee: ꝛ captiuātē me in lege pctī q̄ ē i mēbris meis. Infelix ego hō qs me liberabit de corpe mortis huius. Gra dei: p iesum xp̄m dn̄m nr̄m. Igitur ego ipse mēte ſuio legi dī: carne āt legi pctī. VIII

i.Timot.i.

D

A

NIhil ḡ nunc dānatiōis ē his q sūt in xp̄o iesu q nō ſm carnē ambulant. Lex enī spūs vite i[illegible]o i[illegible] liberauit me a lege pctī ꝛ mortis. [illegible] ipossibile erat legi in q̄ infirmabat̄ p carnē: deus filiū suū mittens i silitudinē carnis pctī: ꝛ de pctō dānauit pctm̄ in carne vt iustificatio legis ipleret̄ i nobis: q non ſm carnē ambulamus: sed ſȝ spm̄. Qui enī ſm carnē sunt que carnis sunt sapiūt: q vo ſm spm̄ sunt: que sunt spūs sentiūt. Nam prudentia carnis mors ē: prudētia aūt spūs vita ꝛ pax. Qm̄ sapientia carnis inimica est deo. Legi enī dei non est subiecta: nec enī pōt. Qui autē in carne sunt deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis sed in spiritu: si tamen spiritus dei habitat in vobis. Si quis autem spm̄ christi non habet: hic non est eius. Si aūt christus in vobis est: corpus qdē mortuū est ꝓpter peccatum spiritus vero viuit propter iustificationē. Quod si spiritus eius q suscitauit iesū a mortuis: habitat in vobis qui suscitauit iesum chri/

stum a mortuis: viuificabit ⁊ mortalia cor
B
pora vestra: ꝓpter inhabitantẽ spũʒ eius
in vobis. Ergo frẽs debitores sumꝰ: nõ
carni vt ꝭm carnem viuamus. Si enim
ꝭm carnem vixeritis: moriemini: si autẽ
spũ facta carnis mortificaueritis viuetis.
Quicunqʒ.n. spũ dei aguntur: hi sũt filij
dei. Non.n. accepistis spũʒ seruitutis ite
rum in timore: sed accepistis spũm adop
tionis filioꝝ dei: in quo clamamus abba
pater. Ipse.n. spũs testimoniũ reddit spi
ritui nostro: ꝙ sumus filij dei. Si autem
i. Cor.12.b.
filij ⁊ heredes: ¶ heredes quidem dei: cohe
Heb.4.d.
redes autẽ xp̄i: si tamẽ cõpatimur vt ⁊ cõ
glorificemur. Existimo.n. ꝙ nõ sunt cõ/
digne passiones huius tẽporis ad futurã
Esa.40.
gloriã q̃ reuelabit̃ in nobis. ¶ Nam expe
C
ctatio creature reuelationẽ filioꝝ dei expe
ctat. Vanitati.n. creatura subiecta ẽ non
volens: sed ꝓpter eũ q subiecit eam in spe
qr ⁊ ipsa creatura liberabit̃ a seruitute cor
ruptionis in libertatem glorie filioꝝ dei.
Scimus.n. ꝙ ois creatura ingemiscit ⁊
parturit vsqʒ adhuc. Nõ solum aũt illa: sʒ
⁊ nosipsi primitias spũs habentes: ⁊ ipsi
intra nos gemimus adoptionẽ filioꝝ dei
expectantes redẽptionẽ corporis nostri.
Spe.n. salui facti sumus. Spes aũt que
videt̃: nõ est spes. Nam qꝺ videt qs qd
sperat? Si aũt qꝺ nõ videmus: speramꝰ:
per patientiã expectamus. Similit̃ autem
⁊ spũs adiuuat infirmitatẽ nostram. Nã
D
quid oremus sicut oportet: nescimus: sed
ip̄e spũs postulat ꝓ nobis gemitibus in/
enarrabilibus. Qui autem scrutat̃ corda:
scit quid desideret spũs: qr ꝭm deum po/
stulat ꝓ sanctis. Scimus autẽ qm̃ diligẽ
tibus deũ oia cooperant̃ in bonum: his q
ꝭm ꝓpositum vocati sunt sancti. Nam q̊s
p̄sciuit: ⁊ p̄destinauit cõformes fieri ima/
ginis filij sui: vt sit ip̄e p̄mogenitꝰ i mult̃
fribꝰ. Quos aũt p̄destinauit hos ⁊ vocauit
⁊ q̊s vocauit: hos ⁊ iustificauit. Quos aũt
iustificauit illos ⁊ magnificauit. Quid g̊
dicemus ad hec. Si deus ꝓ nobis: quis
ꝯtra nos. Qui etiam ꝓprio filio suo non
pepercit: sed ꝓ nobis omnibus tradidit
illum. Quõ non etiam cum illo oia nobis
donauit. Quis accusauit aduersus elec/
tos dei. Deus q iustificat. Quis est qui
cõdemnet. Christus iesus q mortuus est
immo q ⁊ resurrexit: q est ad dexteram dei:
q etiam ĩterpellat ꝓ nobis. Quis g̊ nos
separabit a charitate xp̄i. Tribulatio an an/
gustia: an fames: an nuditas: an pericu/
lum: an p̄secutio: an gladius. Sicut scri/
Ps.43.
ptum est. ¶ Quia ꝓpter te mortificamur
tota die: estimati sumus sicut oues occisio
nis. Sed in his oibus superamus ꝓpter
eum q dilexit nos. Certus sum.n. qr neqʒ
mors: neqʒ vita: neqʒ angeli: neqʒ p̄nci/
patus: neqʒ virtutes: neqʒ istantia: neqʒ
futura: neqʒ fortitudo: neqʒ altitudo: ne/
qʒ ꝓfundũ: neqʒ creatura alia poterit nos
separare a charitate dei: que ẽ in xp̄o iesu
dño nostro.

IX

A
Veritatẽ dico in xp̄o iesu non mẽ/
tior: testimoniũ mihi p̄hibente cõ
scientia mea in spũ sancto: qm̃ tri/
sticia mihi magna est: ⁊ continuus dolor
cordi meo. Optabam.n. ego ipse anathe
ma esse a xp̄o ꝓ fratribus meis q sunt co/
gnati mei ꝭm carnem q sunt israelite: q̈ꝝ
adoptio est filioꝝ: ⁊ gloria ⁊ testm̃ ⁊ legis
latio ⁊ obsequium ⁊ ꝓmissa: quoꝝ p̄res
ex quibus est xp̄s ꝭm carnem: q est sup̄ oia
deus bñdictus in secula amen. Nõ autem
ꝙ exciderit verbum dei. Non.n. omnes
B
q ex circuncisione sunt israel: hi sunt israe
lite: neqʒ qui semen sunt abrahe oẽs filij.
Gal.4.d.
¶ Sed in isaac vocabit tibi semen. i. non
q filij carnis: hi filij dei: sed q filij sunt ꝓ/
missionis: estimant̃ in semine. Promissi
onis.n. verbum hoc ẽ. Scd̃m h̄ tempus
veniã ⁊ erit sare filius. Non solum autem
illa: sed ⁊ rebecca ex vno ꝯcubitu habens
isaac patris nostri. Cum.n. nondum nati
fuissent: aut aliquid boni egissent aut ma
li: vt ꝭm electionem ꝓpositum dei mane
ret: nõ ex operibus: sed ex vocatiõe dictum
Gen.25.
est ei: ¶ qr maior seruiet minori: sicut scri/
Malachie.
ptum est. ¶ Jacob dilexi: esau autem odio
habui. Quid ergo dicemus. Nunqd ini
quitas apud deum. Absit. Moysi.n. di/
Exo.33.
cit. ¶ Miserebor cui misertus sum: ⁊ mi/
C
sericordiam p̄stabo cui miserebor. Igit̃
non volentis neqʒ currentis: sed miseren
tis est dei. Dicit.n. scriptura pharaoni.
Quia i hoc ip̄m excitaui te vt ostendam in
te virtutem meã: ⁊ vt annunciet̃ nomen
meũ in vniuersa terra. Ergo cuius vult
miseret̃: ⁊ quẽ vl't idurat. Dicis itaqʒ mi
hi. Quid adhuc q̄rit̃. Voluntati.n. eius
quis resistit. O hõ: tu q es: qui respõdeas

Esaie. 45
Eccl. 8.
Hiere. 18

deo. ¶ Nũqd dicit figmentũ ei q se finxit: qd me fecisti sic ¶ An nõ hʒ ptãtem figlꝰ luti ex eadẽ massa facere aliud qdẽ vas i honorẽ: aliud ꝟo i ꝯtumeliã. Qḋ si deꝰ volẽs oñdere irã ⁊ notã facere potẽtiã su aʒ: sustinuit i multa patiẽtia vasa ire apta in iteritũ: vt oñderet diuitias glie sue i va sa mie q̃ pparauit i gl'iã. Quos ⁊ vocauit nõ solũ ex iudeis sed ẽt ex gẽtibus sicut in osee dicit. Vocabo nõ plebẽ meã: plebeʒ meã: ⁊ nõ dilectã: dilectã ⁊ nõ miam ꝯse cutã: miam ꝯsecutã. Et erit i loco vbi di/ ctũ ẽ eis nõ plebs mea vos: ibi vocabun tur filij dei viui. Esaias aũt clamat ꝓ isrl' Si fuerit numerus filioꝝ isrl' tãq̃ arena maris reliq̃e salue fiãt. Verbũ eni ꝯsum mãs ⁊ abbreuiãs i eq̃tate: q2 ꝟbũ breuia tũ faciet dñs sup t'rã. ¶ Et sicut p̃dixit esa ias: nisi dñs sabaoth reliq̃sset nob semen sicut sodoma facti essemus ⁊ sicut gomor ra siles fuissemus. Quid ĝ dicemꝰ. Qḋ gẽtes q̃ nõ sectabãt iusticiã: apphẽderũt iusticiã: iusticiã aũt q̃ ex fide ẽ: isrl' ꝟo se/ ctando legẽ iusticie i legẽ iusticie nõ pue/ nit. Quare. Q2 nõ ex fide: sed q̃si ex opi bus. Offenderũt eni i lapidẽ offẽsionis sic scriptũ ẽ. Ecce pono i sion lapidẽ offẽ siõis ⁊ petrã scãdali: ⁊ ois q credit i eũ nõ confundetur. X

Esaie. i.

A

Fratres: volũtas qdã cordis mei ⁊ obsecratio ad deũ fit ꝓ illis i sa lutẽ. Testimoniũ eni phibeo ill' q' emulationẽ qdẽ dei hñt sed nõ ẜm sciẽ tiã. Ignorãtes eni iusticiã dei ⁊ suã q̃ren tes statuere. iusticie dei nõ sũt sbiecti. Fi/ nis eni legis xp̃s: ad iusticiã oĩ credenti. Moyses. n. scripsit: q̃m iusticiã q̃ ex le/ ge ẽ: q fecerit hõ viuet i ea. Que aũt ex fi de est iusticia sic dicit Ne dixeris i corde tuo: qs ascendet in celũ. i. xp̃m deducere aut quis descẽdet in abyssũ. hoc ẽ xp̃m a mortuis reuocare. Sed qd dicit scriptu/ ra. Prope ẽ ꝟbũ i ore tuo ⁊ i corde tuo. Hoc ẽ ꝟbũ fidei qḋ p̃dicamus: q2 si ꝯfi tearis in ore tuo dñm ihm: ⁊ in corde tuo credideris q' deus illũ suscitauit a mortu is. saluus eris. Corde eni credit' ad iusti ciã: ore aũt ꝯfessio fit ad salutẽ. Dicit eni scriptura. Ois q credit in illũ: nõ ꝯfũdet' Nõ. n. ẽ distinctio iudei ⁊ greci. ¶ Nam idẽ dñs oium. diues in oẽs q iuocãt illũ. ¶ Ois eni qcũq' iuocauerit nomen dñi

B

C
1. Cor. 8. b.
Ja. i. a
Johe. 2. Mt
... e. 2. 24. b.

saluus erit. Quõ ĝ iuocabũt: i quẽ nõ cre diderũt. Aut quõ credẽt ei quẽ nõ audie rũt. Quõ aũt audiẽt sine p̃dicante. Quõ ꝟo p̃dicabũt: nisi mittant'. sicut scriptum est. Quã speciosi pedes euãgelizãtiũ pa cẽ euãgelizantiũ bona. Sed nõ oẽs obe diũt euangelio. Esaias eniʒ dicit. ¶ Dñe quis credidit auditui nr̃o. Ergo fides ex auditu: auditus aũt p ꝟbum xp̃i. Sʒ di/ co. Nũqd nõ audierũt. Et qdã. ¶ In oẽs terrã exiuit sonus eoꝝ: ⁊ i fines orbis t're ꝟba eoꝝ. Sed dico. Nunqd isrl' nõ cog̃ uit. Primus moyses dicit. Ego ad emu lationẽ vos adducã in oẽm gentẽ: i gen tẽ isipientẽ in irã vos mittaʒ. Esaias aũt audit ⁊ dicit. Inuẽtus sũ a nõ q̃rentibus me: palã apparui his q me nõ interroga bant. Ad isrl' aũt dicit. Tota die expandi manus meas ad populuʒ nõ credentẽ: sʒ ꝯtradicentẽ mihi. XI

Mr. 13. c.
Act. 2. b.

D

Esaie. 53.

Ps. 18.

Dico ĝ. Nũqd deꝰ repulit poplm suuʒ. Absit. Naʒ ⁊ ego israelita sũ ex semie abrahã de tribu benia min. Nõ repulit deus plebẽ suã quã pre sciuit. An nescitis in helia qd dicit scriptu ra queadmodũ interpellat deũ aduersuʒ is/ rael. ¶ Dñe, pphetas tuos occiderũt: alta ria tua suffoderũt: ⁊ ego relictus suʒ solꝰ ⁊ q̃runt aiaʒ meã. Sʒ qd dicit illi diuinũ rñsuʒ. Reliq mihi septẽ milia viroꝝ: qui nõ curuauerũt genua añ baal. Sic ĝ ⁊ in hoc tpe reliq̃e ẜm electionẽ grẽ dei salue facte sunt. Si aũt grã: iaʒ nõ ex operibus Alioqn grã iaʒ nõ ẽ grã. Quid ĝ. Qḋ q̃ rebat isrl' h nõ est ꝯsecutus: electio aũt cõ secuta est. ceteri ꝟo excecati sũt sicut scri ptuʒ est. Dedit illis deus spm̃ ꝯpunctõis oculos vt nõ videãt: ⁊ aures vt nõ audi ant: vsq' in hodiernũ diẽ. Et dauid dic. ¶ Fiat mẽsa eoꝝ corã ipis i laq̃uʒ: ⁊ i capti onẽ ⁊ in scãdalũ ⁊ i retributionẽ ill'. Ob scurent' oculi eoꝝ ne videant ⁊ dorsũ eoꝝ semp icurua. Dico ergo. Nũqd sic offẽ/ derunt vt caderẽt. Absit. Sed illoꝝ deli cto: salus est gentibus vt illos emulent'. Qḋ si delictũ illoꝝ diuitie sunt mundi et diminutio eoꝝ diuitie gentiũ. q̃tomagis plenitudo eoꝝ. Vobis eni dico gentibꝰ Quãdiu qdem ego sum gentiũ apl's mi/ nisterium meum honorificabo: si quomõ ad emulandũ ꝓuocẽ carnẽ meã ⁊ saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio

A

3. Reg. 19

B

Ps. 68.

eoꝝ recõciliatõ ē mũdi q̃ assũptio nisi vita
ex mortuis. Q̃ȯ si delibatio scã ē ⁊ massa

C

Et si radix sca ⁊ rami. Q̃ȯ si aliq ex rãis
fracti sũt: tu aũt cũ oleaster cēs i certus es
i illis. ⁊ socius radicis ⁊ pinguedis oliue
factus es. Noli gl̃ari aduersus ramos.
Q̃ȯ si gl̃aris nõ tu radicē portas sed ra
dix te. Dicis ḡ. Fracti sũt rami vt ego in
serar. Bñ ꝓpter icredulitatē fracti sunt
Tu aũt fide stas. Noli altũ sapꝫ: sꝫ time.
Si eni deus naturalibꝰ ramis nõ pepꝑcit
ne forte nec tibi parcat: vide ḡ bonitatē et
seueritatē dei. In eos qdē q ceciderũt se-
ueritatē: i te autē bonitatē dei: si pmanse
ris i bonitate: Aliogn ⁊ tu excideris. Sꝫ
⁊ illi si nõ pmanserit i incredulitate isererꝫ
Potēs ē eni deus iteꝝ isērere illos. Nã
⁊ si tu ex naturali excisus es oleastro: ⁊ cõ
tra naturã isertus es i bonaꝫ oliuaꝫ q̃to-
magis hi q ſm naturaꝫ insererꝫ sue oliue.

D

Nolo eni vos ignorare frēs mysteriuꝫ
h̃ vt nõ sitis vobisipis sapiētes: qꝛ cecitas
ex pte ꝯtingit in isrl̃ donec plenitudo gen
tiũ itraret: ⁊ sic oīs isrl̃ saluꝰ fieret sic̃ scri
ptũ ē. Veniet ex sion: q eripiat ⁊ auertat
ipietateꝫ ab iacob. Et h̃ illis a me testm̃:
cũ abstulero pctã coꝝ. Scd̃m euangeliũ
qdē inimici ꝓpter vos: ſm electionē aũt
charissimi ꝓpter prēs. Sine penitentia
eni sunt dona ⁊ vocatio dei. Sicut eni ali
qñ ⁊ vos nõ credidistis deo nunc aũt mi
sericordiã: ꝯsecuti estis ꝓpter icredulita-
tē illoꝝ ita ⁊ isti nũc nõ crediderũt i vr̃aꝫ
mīscordiaꝫ: vt ⁊ ipi mīscordiam ꝯseq̄n
tur. Cõclusit eni deus oia i incredulitate
vt oium misereatꝫ. O altitudo diuitiaruꝫ
sapie ⁊ scie dei q̃ꝫ incõprehēsibilia sũt iu-
dicia eius ⁊ iuestigabiles vie eiꝰ. ¶ Quis

i. Cor. 3. d

eni cognouit sensuꝫ dñi. aut qs ꝯsiliarius
eius fuit. Aut quis prior dedit illi: ⁊ retri
buetur ei. Qm̃ ex ipso ⁊ p ipm̃ ⁊ in ipso
sunt oia ipsi honor ⁊ gloria in secula secu
lorum. Amen. XII

A

Phil. 4. d

O Bsecro itaq̃ꝫ vos frēs p miseri
cordiã dei. ¶ vt exhibeatis corpo
ra vestra hostiã viuentē sanctam
deo placentē rationabile obsequiũ vestꝝ

Eph. 5. c.
i. Tessal. 4. a

Et nolite cõformari huic seculo: sed refor
mami in nouitate sensus vr̃i. ¶ vt ꝓbetis
q̃ sit voluntas dei bona ⁊ bñplacens ⁊ p
fecta. Dico eni p gratiam q̃ data est mihi
oibus qui sunt inter vos: nõ plus sapere
q̃ꝫ oportet sapere sed sapere ad sobrietatē

B

i. Cor. 12. b
Eph. 4. a

⁊ vnicuiq̃ꝫ sicut deus diuisit mensuram fi
dei. ¶ Sicut eni in vno corpore mlt̃a mē-
bra habemus omnia auteꝫ membra non
eundem actuꝫ habent: ita multi vnũ cor
pus sumus in christo: singuli auteꝫ alter
alterius membra habentes donatiões se
cundũ grãm q̃ data est nobis differentes

C

Siue ꝓphetiã: ſm rationem fidei. Siue
ministerium in ministrando. Siue q do
cet in doctrina. Qui exhortatur in exhor
tando. Qui tribuit in simplicitate. Qui
prestet in sollicitudie. Qui miseretꝫ in hi-
laritate. Dilectio sine simulatiõe. ¶ O di
entes malum adherentes bono. ¶ Cha-
ritatem fraternitatis inuicem diligentes:
honore inuici p̃ueniētes. ¶ Sollicitudic
nõ pigri spũ feruētes dño ſuiētes. Spe
gaudentes: in tribulatione patiētes: ora-
tioni instantes. Necessitatibus scõꝝ cõ-
municantes. ¶ hospitalitatem sectantes

Esaie. 7.
Amos. 5.
Eph. 4. c
i. Pe. 2. c
Luc. 12. c
i. Pe. 5. b
Heb. 13. a

D

Mat. 5. a

Bñdicite psequentibus vos. Bñdicite
⁊ nolite maledicere. ¶ Gaudere cũ gau-
dentibus flere cũ flentibus. Id ipm iui-
cem sentientes. Nõ alta sapientes sꝫ hu-
milibus consentientes. ¶ Nolite esse pru
dentes apud vosmetipos. ¶ Nulli malũ
pro malo reddentes: ¶ prouidētes bona
non tantum coram deo sed etiam corã oi
bus hominibꝰ. ¶ Si fieri potest quod ex
vobis est cum omnibus hominibus pa-
cem habentes. Non vosmetipos defen-
dentes charissimi sed date locũ ire. Scri
ptum est enim. ¶ Mihi vindictaꝫ: ⁊ ego
retribuaꝫ dicit dominus. Sed si esurierit
inimicus tuus ciba illum si sitit potum da
illi. Hoc enim faciens carbones ignis
congeres sup caput eius. Noli vinci a
malo: sed vince i bono malũ. XIII.

Prouer. 3
Esaie. 5.
Prouer. 20.

i. Pe. 3. b
2. Cor. 8. d
Heb. 12. c
Deut. 32.

¶ Capitulum.

A

i. Pe. 5. c

O Mnis aia potestatibus sublimi
oribus subdita sit. ¶ Nõ est eniꝫ
potestas nisi a deo. Que autē sũt
a deo ordinata sunt. Itaq̃ꝫ q resistit ptãti
dei ordinationi resistit. Qui autē resistũt
ipsi sibi dãnationē acquirũt. Nam p̃nci-
pes non sunt timori boni operis sed mali
Vis autem non timere potestatem. Bo
num fac ⁊ habebis laudem ex illa. Dei
enim minister est tibi in bonum. Si au-
tem malum feceris time. Non eniꝫ sine
causa gladiũ portat Dei eni mister ē vin

dex in irã ei qui malũ agit. Jdeoq̃ necef
sitate subditi estote nõ solũ ꝓpt irã ʒ etiaʒ
ꝓpter cõsciam. Jdeo eni ⁊ tributa presta
tis. Ministri eni dei sunt in hoc ipsuʒ ser
uientes. ¶ Reddite ergo oibus debita. Cui
tributũ tributuʒ: cui vectigal vectigal: cui
timorẽ timorẽ: cui honorẽ honorẽ. ¶ Ne
mini qcq̃ʒ debeatis: nisi vt inuicẽ diliga
tis. Qui eni diligit ꝓximũ: legẽ ĩpleuit.
¶ Nã nõ adulterabis: nõ occides: nõ fu
raberis: nõ falsũ testimoniũ dices: nõ con
cupisces: ⁊ si qđ est aliud mandatũ in hoc
vbo instauratur: ¶ diliges ꝓximũ tuum
sicut teipm. Dilectio ꝓximi malũ non o
peratur. ¶ Plenitudo ergo legis est dile
ctio. Et hoc scientes tp̃s: q2 hora ẽ iã nos
de somno surgere. Nũc eni ꝓpior ẽ nr̃a
salus: q̃ʒ cũ credidim⁹. Nox pcessit: dies
aũt appropinquauit. Abijciamus ergo opera
tenebrarũ ⁊ induamur arma lucis: sic vt i
die honeste ambulem⁹. ¶ Nõ i comessatõ
nibus ⁊ ebrietatibus: nõ in cubilibus ⁊ i
pudicitijs: nõ in cõtẽtione ⁊ emulatione:
ʒ iduimini dñʒ iesũ xp̃m: ¶ ⁊ carnis curã
ne feceritis in desiderijs. XIIII

Mat. 22. d.
1. Joh. 3. d.
C
Deut. 5.
Gal. 5. c.
Mat. 22. g.
Leuit. 19.
Ja. 2. b.
D
Luc. 21. g.
Gal. 5. c.
1. Pe. 2. b.
A

I Nfirmũ aũt in fide assumite non in disceptatiõib⁹ cogitationũ. Ali
us eni credit manducare se omia.
Qui aũt infirmus ẽ olus mãducet. Js q
mãducat nõ mãducãtẽ non spernat ⁊ qui
nõ manducat mãducãtẽ nõ iudicet. De⁹
eni illũ assumpsit. ¶ Tu qs es qui iudicas
aliẽnũ suuʒ: Dño suo stat aut cadit. Sta
bit aũt. ¶ Potẽs est eni deus statuere illuʒ
Nã alius iudicat diẽ inter diẽ: alius autẽ
iudicat oẽm diẽ. Vnusqsq3 in suo sensu
abundet. Qui sapit diẽ: dño sapit ⁊ q mã
ducat: dño mãducat. Grãs eni agit deo.
Et qui nõ mãducat dño nõ manducat: et
grãs agit deo. Nemo eni nostrũ sibi viuit
⁊ nemo sibi moritur. Siue eni viuim⁹: dño
viuimus: siue morimur: dño morimur.
Siue ergo viuimus siue morimur dñi sum⁹
In hoc eni xp̃s mortu⁹ ẽ ⁊ resurrexit: vt
⁊ viuorũ ⁊ mortuorũ dñetur. ¶ Tu aũt qđ iu
dicas fratrẽ tuũ aut tu quare spernis fra
trẽ tuũ: Oẽs eni stabimus ante tribunal
xp̃i. Scriptũ est eni. ¶ Viuo ego dicit dñs
qm̃ mihi flectetur oẽ genu ⁊ oĩs lingua cõ
fitebitur deo. ¶ Jtaq3 vnusqsq3 nostrũ ꝓ
se rationẽ reddet deo. Nõ ergo amplius iui

Ja. 4. c.
B
Ja. 4. c.
Phil. 2. b.
C
2. Cor. 5. b

cẽ iudicem⁹. Sʒ hoc iudicate magis ne po
natis offẽdiculũ fratri vel scandalũ. Scio
⁊ confido in dño iesu: q2 nihil cõe ꝑ ipsuʒ
nisi ei qui existimat quid cõe eẽ: illi cõe ẽ.
Si eni propter cibũ fratr tu⁹ ꝯtristatur iã
non sʒ charitatẽ ambulas. Noli cibo tuo
illum perdere: ꝓ quo christus mortuus ẽ
Non ergo blasphemetur bonũ nostrum.
Non est eni regnũ dei esca ⁊ potus: ʒ iu
stitia pax ⁊ gaudiũ in spiritu sancto. Qui
enim in hoc seruit christo placet deo: ⁊ ꝓ
batus est hoibus. Jtaq3 q̃ pacis sũt secte
mur: que edificationis sunt in inuicẽ cu
stodiamus. Noli propter escaʒ destruere
opus dei. Oĩa quidẽ sunt mũda: sed ma
lũ est homini qui per offendiculũ mandu
cat. Bonũ est non mãducare carnẽ ⁊ nõ
bibere vinũ: neq3 in quo frater tu⁹ offẽdi
tur aut scandalizat aut infirmat. Tu fidẽ
quã habes penes temetipsũ: habe coram
deo. Beatus qui nõ iudicat semetipsũ in
eo q ꝓbat. Qui aũt discernit: si mãduca
uerit damnatus est: q2 nõ ex fide. Oẽ aũt
quod non ẽ ex fide: peccatum est. XV

D

D Ebemus autẽ nos firmiores ĩbe
cillitates infirmorũ sustinere: ⁊ nõ
nobis placere. Vnusquisq3 vestrũ
ꝓximo suo placeat i bonũ: ad edificationẽ
Eteni christus nõ sibi placuit: ʒ sicut scri
ptũ est. ¶ Jmproperia improperantiũ tibi
ceciderũt sup me. Quecũq3 eni scripta sũt
ad nostrã doctrinã scripta sũt: vt ꝑ patien
tiã ⁊ ꝯsolationẽ scripturarũ speʒ habeam⁹
Deus aũt patiẽtie ⁊ solatij det vobis idip
sum sape i alterutrũ sm iesuʒ xp̃m: vt vna
nimes vno ore honorificetis deũ ⁊ patreʒ
dñi nostri iesu christi. ¶ Propter qđ suscipi
te inuicem: sicut ⁊ christus suscepit vos in
honoreʒ dei. Dico enim christũ iesum mi
nistrũ fuisse circuncisionis ꝓpter verita
tem dei ad confirmandas ꝓmissiones pa
trum gentes autẽ super misericordia ho
norare deũ sicut scriptũ est. ¶ Propterea
ꝯfitebor tibi i gentibus dñe ⁊ nomini tuo
cãtabo. Et iterũ dicit. Letamini gẽtes cuʒ
plebe eius. Et iterũ. ¶ Laudate oẽs gẽtes
dñm ⁊ magnificate eũ oẽs popli. Et rur
sus esaias ait. ¶ Erit radix iesse ⁊ q exurget
regere gentes: in eũ gẽtes sperabũt. De
us aũt spei repleat vos omni gaudio ⁊ pa
ce in credendo vt abũdetis in spe ⁊ vtute

A
Ps. 68.
B
2. Reg. 22.
Ps. 116.
Esaie. 11.

spũſſancti. Certus ſum aũt fratres mei: ꝛ
ego ipſe de vobis: qm̃ ꝛ ipſi pleni eſtis di
lectione: repleti oĩ ſcia ita vt poſſitis alte/
rutrũ monere. Audacius aũt ſcripſi vo/
bis frẽs ex parte: tanq̃ʒ in memoriã vos
reducens ꝓpter gratiã q̃ data eſt mihi a
deo vt ſim miniſter xp̃i ieſu in gentib⁹ ſã
ctificans euangelium dei: vt fiat oblatio
gentiũ accepta ꝛ ſanctificata in ſpũ ſancto
Habeo igitur gloriã in xp̃o ieſu ad deuʒ
Non enim audeo aliquid loqui eoꝝ que
per me non efficit xp̃s in obedientiã gen
tium in verbo ꝛ factis: in virtute ſignoꝝ
ꝛ prodigioꝝ: in virtute ſpũſſãcti: ita vt ab
hierl'm per circuitũ vſq̃ʒ ad illyricũ reple
uerim euangeliũ xp̃i. Sic autẽ predicaui
euangeliũ hoc: non vbi noĩatus eſt xp̃s:
ne ſuper alienũ fundamentũ edificarẽ: ſʒ
ſicut ſcriptuʒ eſt. ¶ Qm̃ quibus non ẽ an
nunciatum de eo videbunt: ꝛ q nõ audie/
runt de eo itelligent. Propter qd̃ ꝛ ipe/
diebar plurimũ venire ad vos: ꝛ ꝓhibi/
tus ſum vſq̃ʒ adhuc. Nunc vero vlterius
locũ nõ habens in his regionibus: cupi/
ditatẽ aũt hẽns veniendi ad vos ex mul/
tis iã p̃cedentib⁹ ãnis: cũ hiſpaniã ꝓfici/
ſci cepo ſpero q̈ p̃teriẽs iudeã vos ꝛ a vo
bis deducar illuc: ſi vobis p̃muʒ ex parte
fruitus fuero. Nũc igit̃ ꝓficiſcar in irl'm
miſtrare ſcis. Probauerunt.n. macedo
nia ꝛ achaia collationẽ aliquã facere i pau
pes ſanctoꝝ q ſunt in hierl'ʒ. Placuit.n.
eis ꝛ debitores ſunt eoꝝ. Nã ſi ſpũalium
eoꝝ p̃ticipes facti ſunt gẽtiles: debẽt ꝛ in
carnalibus miſtrare eis. Hoc igit̃ cũ cõ/
ſumauero ꝛ aſſignauero eis fructũ hunc:
p vos ꝓficiſcar in hiſpaniã. Scio ãt: qm̃
veniẽs ad vos in abundantia bñdictiõis
xp̃i veniã. Obſecro g̊ vos frẽs per dñm
noſtrũ ieſũ xp̃ʒ: ꝛ p charitatẽ ſancti ſpũs:
vt adiuuetis me in oronibus vr̃is ꝓ me
ad dcũ vt liberer ab ĩfidelibus q ſunt i iu/
dea: ꝛ obſequij mei oblatio accepta fiat in
hierl'm ſanctis: vt veniã ad vos i gaudio
p voluntatẽ dei vt refrigerer vobiſcum.
De⁹ ãt pacis ſit cũ oib⁹ vob amẽ. XVI
Commẽdo aũt vobis phebẽ ſoro
rẽ noſtrã q̃ ẽ in miniſterio eccl'ie
q̃ ẽ cenchris vt eã ſuſcipiat' i dño
digne ſanctis: ꝛ aſſiſtatis ei in q̃cunq̃ʒ ne
gocio veſtri idiguerit. Eteni ipſa q̃ʒ aſſti/
tit multis ꝛ mihiipſi. Salutate priſcã: ꝛ aq
lam adiutores meos in xp̃o ieſu: q ꝓ aĩa
mea ſuas ceruices ſuppoſuerũt: q̄bus nõ
ſolum ego gratias ago: ſed ꝛ cuncte eccle
ſie gentiũ ꝛ domeſticã eccleſiam eoꝝ. Sa
lutate ephenetũ dilectũ mihi q ẽ p̃mitiuus
eccleſie aſie in xp̃o ieſu. Salutate mariã q̃
multũ laborauit in vobis. Salutate ãdro
nicum ꝛ iuliã cognatos ꝛ cõcaptiuos me
os qui ſunt nobiles in apoſtolis: q ꝛ ante
me fuerunt in xp̃o ieſu. Salutate amplia
tuʒ dilectiſſimũ mihi in dño. Salutate vr
banũ adiutorẽ noſtrũ in xp̃o ieſu: ꝛ ſtachĩ
dilectũ meũ. Salutate appellen ꝓbum in
xp̃o. Salutate eos qui ſũt ex ariſtoboli do
mo. Salutate herodionẽ cognatuʒ meuʒ
Salutate eos qui ſunt ex narciſci domo:
qui ſunt in dño. Salutate triphenã ꝛ tri/
phoſam: que laborant in dño. Salutate p
ſidam chariſſimaʒ q̃ multum laborauit in
dño. Salutate rufum electũ in dño: ꝛ ma
trem eius ꝛ meam. Salutate aſyncretum
phlegontaʒ hermẽ patrobã hermã: ꝛ qui
cum eis ſunt fratres. Salutate philologũ
ꝛ iuliã nereum ꝛ ſororẽ eius ꝛ olympiadẽ
ꝛ oẽs qui cum eis ſunt ſanctos. Salutate
inuicẽ in oſculo ſancto. Salutãt vos oẽs
eccleſie xp̃i. Rogo autẽ vos fratres vt ob
ſeruetis eos qui diſſenſiones ꝛ offendicu
la preter doctrinã quã vos didiciſtis faci/
unt ꝛ declinate ab illis. Huiuſcemodi.n.
xp̃o dño noſtro non ſeruiunt: ſed ſuo vẽ
tri ꝛ per dulces ſermones ꝛ bñdictiones
ſeducunt corda innocentiũ: Veſtra enim
obediẽtia in omni loco diuulgata ẽ. Gau
deo igitur in vobis: ſed volo vos ſapien
tes eſſe in bono: ꝛ ſimplices in malo. De
us autẽ pacis conterat ſathanã ſub pedi/
bus veſtris velociter. Gratia dñi noſtri
ieſu xp̃i vobiſcũ. Salutat vos timotheus
adiutor me⁹: ꝛ lucius ꝛ iaſon ꝛ ſoſipater
cognati mei. Saluto vos ego tertius qui
ſcripſi epiſtolã in dño. Salutat vos caius
hoſpes meus ꝛ vniuerſa eccleſia. Salu/
tat vos eraſtus arcarius ciuitatis: ꝛ q̈rtus
frater. Gratia dñi noſtri ieſu xp̃i cũ oib⁹
vobis amen. Ei aũt q potẽs ẽ vos cõfir/
mare iuxta euãgeliũ meũ ꝛ p̃dicationẽ ie/
ſu xp̃i: ſcḋm reuelationẽ myſterij tp̃ib⁹ eter
nis taciti qd̃ nunc patefactum ẽ p ſcriptu/
ras prophetaꝝ ſcḋm p̃ceptum eterni dei ad
obeditionem fidei in cunctis gentibus co
gniti ſoli ſapienti deo per ieſum xp̃m: cui

C

Eſa. 52.

D

A

honor et gloria in secula seculorum amen.

Explicit epistola pauli ad Romanos Incipit prologus in primam epistolam ad Corinthios.

Epistola prima ad corinthios multas causas diuersasque complectitur. Quarum partem relatione fratrum cognouit apostolus. Partim ipsorum corinthiorum sunt litteris indicate. Nonullas vero pro officii sui cura: aut ordinat: aut emendat: et variis curationibus medetur: diuersa infirmitate languentibus. Nam apud eos primum curatur dissensionis vitium: quod multi pseudo apostolorum vnitatem intulerunt scindentes ecclesie vt proprii nominis facerent sectatores: quod his exprobratur verbis apostolus. Hoc autem dico quod vnusquisque vestrum dicit. Ego quidem sum pauli: ego autem apollo: ego vero cephe: ego autem christi. Et ob hoc quidem horum se dicit facere nominum mentionem et multomagis erubescant id se facere sub falsorum apostolorum nominibus quod etiam si sub pauli et petri fieret noie displiceret. Secunda causa eius inducitur qui paterne oblitus reuerentie vxorem sibi non erubuit facere de nouerca. Quod facinus licet fornicationem appellauerit apostolus. tamen ita condemnauit vt in vltionem facti auctorem talis operis diabolo iudicauerit deputandum imposita iudiciorum et litium tertia questione. Quarto loco matrimoniorum iura tractantur. His quinto loco virginitatis consilium velut ex vicino coniungitur. Sexto loco de escarum licentia disputatur. Septimo atque octauo loco de attondendo viris: et mulieribus velando capite ac sacramentorum communione precipitur. Nono loco emulatio que diuersitate donorum spiritualium nascebatur sub exemplo membrorum et corporis castigatur. Decimo resurrectionis spes multis et argumentis et rationibus approbatur. Vltimo de colligendis ad necessitatem sanctorum noie charitatis cura: vel edificatio cultui imponitur. Interseruntur his pauca que aut vt quibusdam videtur: pendent ex superioribus aut habent licet proprias tamen paruulas actiones.

Explicit prologus. Incipit argumentum.

Corinthii sunt achaici et hi similiter ab apostolo audierunt verbum veritatis: et subuersi sunt multifarie a falsis apostolis. Quidam a philosophie verbosa eloquentia: alii secta legis iudaice inducti sunt. Hos reuocat apostolus ad veram fidem et euangelicam sapientiam scribens eis ab epheso per timotheum discipulum suum.

Explicit argumentum.

Incipit epistola Pauli ad Corinthios Capitulum. I

a

Paulus vocatus apostolus iesu christi per voluntatem dei: et sosthenes frater ecclesie dei que est corinthi: sanctificatis in christo iesu vocatis sanctis: cum omnibus qui inuocant nomen domini nostri iesu christi in omni loco ipsorum et nostro. Gratia vobis et pax a deo patre nostro: et domino iesu christo. Gratias ago deo meo semper pro vobis in gratia dei que data est vobis in christo iesu quia in omnibus diuites facti estis in illo in omni verbo: et in omni scientia sicut testimonium christi confirmatum est in vobis ita vt nihil vobis desit in vlla gratia expectantibus reuelationem domini nostri iesu christi: qui et confirmabit vos vsque in finem sine crimine in die aduentus domini nostri iesu christi. Fidelis deus per quem vocati estis in societatem filii eius iesu christi domini nostri.

B

Obsecro autem vos fratres per nomen domini nostri iesu christi vt idipsum dicatis omnes et non sint in vobis scismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu: et in eadem scientia. Significatum est enim mihi de vobis fratres mei ab his qui sunt cloes: quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico: quod vnusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum pauli: ego autem apollo: ego vero cephe: ego

C

aũt christi. Diuisus ẽ xp̄s? Nunqd pau-
lus crucifix⁹ est ꝓ vobis? aut in noĩe pau
li batiçati estis? Gr̃as ago deo meo ꝙ ne
minẽ vestꝝ baptiçaui: nisi crispũ ⁊ caiũ
ne quis dicat ꝙ in noĩe meo baptiçati estis
Baptiçaui aũt ⁊ stephane domũ: ceteꝝ ne
scio si quẽ aliũ vr̃m baptiçauerim. Nõ eni
misit me xp̄s baptiçare: sed euangeliçare
non i sapiẽtia vbi vt nõ euacuet̃ crux chri-
sti. Verbũ eni crucis ꝑeuntib⁹ qdẽ stulti
tia est: his autẽ q salui fiunt idẽ nobis dei
virt⁹ est. Scriptũ est eni. ¶ Perdã sapiaꝫ
sapientiũ ⁊ prudentiã prudentiũ reproba
bo. Vbi sapiens: vbi scriba: vbi inqsitor
huius seculi? Nonne stultã fecit deus sa-

B

pientiã huius mundi? Nã qꝛ in dei sapiẽ
tia non cognouit mũdus ꝑ sapiam deũ:
placuit deo per stulticiã predicationis sal
uos facere credentes. Qm̃ ⁊ iudei signa
petũt: ⁊ greci sapiam querũt. Nos auteꝫ
predicam⁹ xp̄m crucifixũ: iudeis qdẽ scã
dalũ gentibus aũt stulticiã: ipsis aũt voca
tis iudeis atqꝫ grecis xp̄m dei virtuteꝫ ⁊
dei sapiam. Quia qđ stultũ est dei sapien
tius est hominibus: ⁊ qđ infirmuꝫ est dei
fortius est hominib⁹. Videte eni vocatõ
nẽ vr̃am fratres: quia non multi sapien-
tes ꝯm carnẽ non multi potẽtes: nõ mul
ti nobiles sꝫ q̃ stulta sunt mundi elegit de
us: vt confundat sapiẽtes: ⁊ infirma mũ
di elegit deus: vt ꝯfundat fortia: ⁊ igno-
bilia mundi: ⁊ ꝯtẽptibilia elegit deus: et
ea q̃ nõ sunt: vt ea que sunt destrueret: vt
non gloriet̃ oĩs caro in cõspectu eius. Ex
ipso autẽ vos estis in christo iesu qui fact⁹
ẽ nobis sapientia ⁊ iustitia ⁊ sanctificatio
⁊ redẽptio: vt queẽadmodũ scriptũ est: ¶ q
gloriatur: i dñ̃o glorietur. II

2. Cor. 10. d.
Hiere. 9.
A

Et ego cũ venisseꝫ ad vos fratres
veni nõ in sublimitate sermonis:
aut sapientie annũcians vobis te
stimoniũ xp̄i. Non enim iudicaui me sci-
re aliqd inter vos nisi iesum xp̄m: ⁊ hunc

B

crucifixũ. Et ego in infirmitate ⁊ timore:
⁊ tremore multo fui apud vos: ⁊ ꝯmo me
us ⁊ predicatio mea: non in ꝑsuasibilib⁹
humane sapiẽ vbis sed in [illegible]ensione spi
ritus ⁊ vtutis: vt fides vr̃a nõ sit in sapi
tia hoĩum: sꝫ i vtute dei. Sapiam aũt lo-
qmur iter ꝑfectos. Sapiam vo nõ hui⁹
seculi neqꝫ principum huius seculi qui de
struuntur: sed loqmur dei sapientiam in
mysterio q̃ abscondita est: quã predestina
uit deus ante secula in gloriã nr̃am: quaꝫ
nemo principũ huius secl'i cognouit. Si
enim cognouissent nunqꝫ dñm glorie cru
cifixissent. Sicut scriptũ est: ¶ ꝙ oculus ñ

Esa. 64.
C

vidit nec auris audiuit nec in cor homis
ascendit: q̃ p̄parauit deus his qui diligũt
illum. Nobis autẽ reuelauit deus ꝑ spm̃
suum. Spiritus enim oĩa scrutat̃ etiaꝫ ꝓ
funda dei. Quis eniꝫ scit hominũ q̃ sunt

D

hominis nisi spũs hoĩs q in ipso est? Ita
⁊ q̃ dei sũt nemo cognouit nisi spũs dei.
Nos aũt nõ spm̃ huius mundi accepim⁹
sed spm̃ qui ex deo est: vt sciamus q̃ a đo
donata sunt nobis: q̃ ⁊ loqmur non i do
ctis humane sapiẽ vbis: sed in doctrina
spũs spũalibus spũalia ꝯparãtes. Aialis
aũt homo non ꝑcipit ea que sunt spũs dei
Stulticia eni ẽ illi ⁊ non põt intelligere qꝛ
spiritualiter examinatur. Spũalis autem
iudicat omnia ⁊ ipse a nemine iudicatur:
sicut scriptum est. ¶ Quis eni cognouit sẽ
sum domini aut qs instruxit eum? Nos
autem sensum christi habemus. III

Ro. 11. d.
A

Et ego fratres non potui vobis lo
qui quasi spiritualibus: sed quasi
carnalibus. Tanquã paruulis in
christo lac vobis potum dedi non escam.
Nondum enim poteratis: sed nec nunc q
dem potestis. Adhuc enim carnales estis
Cum enim sit inter vos çelus ⁊ conten-
tio nonne carnales estis ⁊ ꝯm hoĩem ãbu
latis? Cũ eni qs dicat ego qdẽ sum pauli
alius aũt: ego apollo: nonne hoĩes estis?

B

Quid igit̃ est apollo? Quid vo paulus?
Ministri ei⁹ cui credidistis. Et vnicuiqꝫ
sicut dominus dedit. Ego plantaui apol
lo rigauit sed deus nunc incremẽtũ dedit
Itaqꝫ neqꝫ q plãtat ẽ aliqd: neqꝫ q rigat:
sꝫ q incrementũ dat deus. Qui plantat aũt
⁊ q rigat vnũ sunt. Vnusqsqꝫ aũt ꝓpriaꝫ
mercedẽ accipiet ꝯm suum laborem. Dei
eni sum⁹ adiutores. Dei agricultura estis
dei edificatio estis. Scđm gr̃am dei q̃ da
ta est mihi: vt sapiens architectus funda-
mentuꝫ posuit alius autem superedificat
Vnusquisqꝫ autem videat quomodo su-
peredificet. ¶ Fundamentum enim aliud

2. Timo. 2. c.
C

nemo potest ponere preter id quod posi-
tum est quod est christus iesus. Siquis
autem superedificat supra fundamentum
hoc aurum argentũ lapides preciosos li-

gna fenum stipulam vniuscuiusqȝ opus
manifestum erit. Dies eni dñi declarabit
qꝛ in igne reuelabit᷑: ⁊ vniuscuiusqȝ opus
quale sit ignis probabit. Sic cuius opus
manserit: qḋ supedificauit mercedem ac/
cipiet. Si cuius opus arserit detrimentū
patiet᷑ ipe autē saluus erit: sic tamē quasi
per ignē. ¶ Nescitis qꝛ templū dei estis: [1.Cor.6.d / Col.2.d]
⁊ spūs dei habitat in vobis. Si quis aūt
templū dei violauerit: disperdet illum de
us. Templū eni dei sanctū est quod estis
vos. Nemo se seducat. Si quis videt᷑ in [D]
ter vos sapiens esse in hoc seculo stultus
fiat vt sit sapiens. ¶ Sapientia enim hui⁹ [Ro.1.c]
mundi stulticia est apud deum. Scriptū
est eni. Comprehendā sapientes in astu
tia eoꝝ. Et iterū dñs nouit cogitationes
sapiētū qm̄ vane sunt. Nemo itaqȝ glo/
riet᷑ in hominibus. Oia. n. vestra sūt si/
ue paul⁹ siue apollo siue cephas siue mū/
dus siue vita siue mors siue p̄sentia siue
futura. Oia eni vestra sunt: vos autem
xp̄i xp̄s aūt dei. IIII

[A / 1.Timot.3.c / 2.Cor.6.a.⁊ 11.c / Eph.3.a]

S ¶ Ic nos existimet homo: vt mi/
nistros xp̄i: ⁊ dispensatores mini
strorꝝ dei. Hic iam querit᷑ inter
dispensatores: vt fidelis quis iueniatur.
Mihi aūt ꝓ minimo est vt a vobis iudi
cer aut ab humano die. Sed neqȝ meip̄z
iudico. Nihil eni mihi ꝯscius sum. ſȝ nō
in hoc iustificatus sum. Qui autē iudicat
me dñs est. Itaqȝ nolite ante tēpus iudi
care. quoadusqȝ veniat dñs qui ⁊ illumia
bit abscondita tenebrarum: ⁊ manifesta/
bit ꝯsilia cordiuȝ: ⁊ tunc laus erit vnicui
qȝ a deo. Hec autē fratres transfigura/ [B]
ui in me ⁊ apollo ꝓpter vos: vt in vobis
discatis: ne supra qȝ scriptū est vnus ad/
uersus alterū inflet᷑ ꝓ alio. Quis eniȝ te
discernit. Quid autē habes qḋ non acce
pisti. Si autē accepisti qd gloriaris quasi
nō acceperis. Iam saturati estis: iā diui/
tes facti estis. Sine nobis regnatis. Et
vtinam regnetis vt ⁊ nos vobiscū regne
mus. Puto enim qꝙ deus nos aplos no
uissimos ostendit tanqȝ morti destinatos
qꝛ spectaculum facti sumus mundo ⁊ an/
gelis ⁊ hoibus. Nos stulti ꝓpter christū [C]
vos autē prudentes in christo. Nos ifir
mi vos aūt fortes. Vos nobiles: nos āt
ignobiles. Vsqȝ in hanc horam ⁊ esuri/
mus ⁊ sitimus ⁊ nudi sumus ⁊ colaphis
cedimur ⁊ instabiles sumus ⁊ laboram⁹
opantes māibus nr̄is. Maledicimur et
bn̄dicimus. Persecutionē patimur ⁊ su
stinebim⁹. Blasphemamur ⁊ obsecra/
mus. Tanqȝ purgamēta hui⁹ mundi facti
sumus oium pipsima vsqȝ adhuc. Non
vt ꝯfundā vos hec scribo ſȝ vt filios me/ [D]
os charissimos moneo. Nā si decē milia
pedagogoꝝ habeatis in xp̄o sed nō mul
tos p̄res. Nam in xp̄o iesu ꝑ euangeliuȝ [Eph.5.a.]
ego vos genui. ¶ Rogo vos imitatores [Phil.3.d]
mei estote sicut ⁊ ego xp̄i. Ideo misi ad
vos timotheū q est filius me⁹ charissim⁹
⁊ fidelis i dño: q vos cōmonefaciat vias
meas q̄ sūt i xp̄o iesu: sicut vbiqȝ in oi ec
clesia doceo. Tanqȝ nō venturus siȝ ad vos
sic inflati sunt qdā. Veniā aūt ad vos ci/
to si dñs voluerit ⁊ cognoscā nō ſmonē
eoꝝ q inflati sunt: sed virtutē. Non eniȝ
in sermone est regnum dei sed in virtute
Quid vultis: in virga veniā ad vos: an
in charitate ⁊ spū māsuetudinis. V.

O Mnino audit᷑ inter vos fornica [A]
tio: ⁊ talis fornicatio q̄lis nec iter
gētes. ita vt vxorē p̄ris sui aliqs [B]
hēat. Et vos inflati estis ⁊ nō magis lu/
ctū habuistis vt tollat᷑ de medio vr̄m q h
opus fecit. Ego qdē absēs corpore: p̄ns
aūt spū iā iudicaui vt p̄ns eū q sic opat⁹ ē
in noie dñi nr̄i iesu xp̄i ꝯgregatis vobis
⁊ meo spū cū ꝟtute dñi iesu tradere hui⁹
mō i hoiem sathane in interitū carnis vt
spūs salu⁹ fit i die dñi nr̄i iesu christi. Nō
est bona gl̄iatio vr̄a. ¶ Nescitis qꝛ modi/ [Gal.5.d]
cū fermentū totā massā corrūpit. Expur/ [C]
gate vet⁹ fermentū vt sitis noua cōspsio
sicut estis azimi. Et eni pasca nr̄m imola
tus est christ⁹. Itaqȝ epulemur non i fer
mēto veteri neqȝ in fermēto malicie ⁊ ne
qtie: ſȝ i azimis sinceritatꝭ ⁊ ꝟitatꝭ. Scri [D]
psi vobis i epl'a. ne ꝯmisceamini fornica
riis. Nō vtiqȝ fornicariis hui⁹ mūdi aut
auaris aut rapacibus. aut idolis ſuienti/
bus aliogn debueratis de hoc mundo ex
isse. Nūc autē scripsi vobis nō ꝯmisceri.
Si isqȝ frat noiat᷑ inter vos ē fornicator:
aut auar⁹ aut idolis ſuiēs aut maledicus
aut ebrio[illegible]ut rapax: cū hmōi nec cibū
sumere. Quid eni mihi de his q foris sūt
iudicare. Nōne de his q intus sūt vos iu
dicatis. Nā eos q foris sūt deus iudicabit
Auferte malū ex vobisip̄is. VI.

A

AUdet aliqs vr̃m habens negociũ aduersus alterũ iudicari apud ini quos ꝛ nõ apud sanctos: An ne/ scitis qm̃ sancti de h̃ mundo iudicabunt? Et si i vobis iudicabitur mundus: indi/ gni estis qui de minimis iudicetis? Nesci tis qm̃ angelos iudicabimꝰ: quanto ma/ gis sclaria? Secularia igitur iudicia si ha bueritis: cõtemptibiles q sunt in ecclesia il los ꝯstituite ad iudicandũ. Ad verecũdiã vestrã dico. Sic non est int vos sapiens qsq̃ꝫ q possit iudicare int frẽm suũ: s; frat cũ fratre iudicio ꝯtẽdit: ꝛ h̃ apud ifideles Iã qdẽ oio delictũ est in vobis: ꝙ iudicia habetis int vos. Quare non magis iniu riã accipitis? Quare nõ magis fraudem patimini: Sed vos iniuriã facitis ꝛ frau/ datis: ꝛ hoc fratribꝰ. An nescitis: q₂ iniq regnũ dei nõ possidebũt? Nolite errare: neqꝫ fornicarij: neqꝫ idolis ꝟuiẽtes: neqꝫ adulteri: neqꝫ molles: neqꝫ masculoꝝ cõ cubitores: neqꝫ fures: neqꝫ auari: neqꝫ e briosi: neqꝫ maledici: neqꝫ rapaces rgnũ dei possidebũt Et hec aliqñ qdẽ fuistis: s; abluti estis: s; sanctificati estis: s; iustifica ti estis i noie dñi nr̃i iesu xp̃i: ꝛ in spũ dei nostri. O ia mihi licẽt: sed nõ oia expedi/ unt. O ia mihi licẽt: sed ego sub nullꝰ re digar potestate. Esca ventri: ꝛ vẽter escis deus aũt ꝛ hũc ꝛ hãc destruet. Corpus ãt nõ fornicatiõi s; dño: ꝛ dñs corpori. Deꝰ vo ꝛ dñm suscitauit: ꝛ nos suscitabit per virtutẽ suã. Nescitis qm̃ corpa vestra mẽ bra sunt xp̃i? Tollens g̃ mẽbra xp̃i faciã; mẽbra meretricꝭ. Absit? An nescitꝭ: qm̃ q adheret meretrici: vnu; corpus efficit: ¶ Erũt eni ingt duo in carne vna. Qui ãt adheret dño: vnus spũs est. Fugite forni cationẽ. O ẽ enim pctm̃ qdcũqꝫ fecerit hõ extra corpus est: q aũt fornicat: in corpus suũ peccat. ¶ An nescitis qm̃ mẽbra vr̃a tẽplũ sũt spũssancti qui in vobis ẽ quẽ ha betis a deo: ꝛ nõ estis vestri. ¶ Empti. n. estis precio magno: glorificate ꝛ portate deũ in corpore vestro.

C

D

Gen. 2.
Eph. 5. d.
Mat. 19. b.
Mar. 10. a.
s̃. 3. c.
2. Cor. 6. d.
s̃. 7. c.
i. Pe. i. d.

VII

A

DE quibus aũt scripsistis mihi: bo nũ est hoi mulierem nõ tangere. Propter fornicationẽ aũt vnusqs qꝫ suã vxorẽ habeat ꝛ vnaqq̃ꝫ suũ virum habeat. Vxori vir debitũ reddat: silr aũt ꝛ vxor viro. Mulier sui corpis ptãtẽ non h; s; vir. silr aũt ꝛ vir sui corpis ptãtem nõ h;: sed mulier. Nolite fraudare iuicẽ nisi forte ex ꝯsensu ad tp̃s vt vacetis oro ni: ꝛ iteꝝ reuertimini in idipsu; ne tẽptet vos sathanas ꝓpter incõtinẽtiã vestra;. Hoc aũt dico ꝟm indulgẽtiã: ꝛ nõ ꝟm im periũ. Volo aũt oẽs vos homines eẽ sic meipsum. Sed vnusqsqꝫ ꝓpriũ donũ h; ex deo: alius qdẽ sic: aliꝰ vo sic. Dico ãt nõ nuptis ꝛ viduis: bonũ ẽ illis si sic pmã serint sicut ꝛ ego. Qd si nõ se cõtinent nu bant. Meliꝰ ẽ eni nubere q̃ꝫ vri. His ãt q m̃rimonio iuncti sunt p̃cipio non ego: s; dñs vxorẽ a viro non discedere. Qd si discesserit manere innupta;: aut viro suo recõciliari. Et vir vxorem non dimittat

B

aut aliũ spm̃ accipitis quẽ non accepistis: aut aliud euangeliũ qd̕ nõ recepistis: recte pateremini. Existimo. n. nihil me minus fecisse a magnis ap̃l'is. Nã ⁊ si imperitus s̃mone sȝ nõ scia. In oĩbus aũt manifestus sum vobis. Aut nũqd pctm̃ feci meipsum humilians: vt vos exaltemini: Qm̃ gratis euangeliuȝ dei euangelizaui vobis: alias eccl'ias expoliaui accipiẽs stipendiũ ad ministeriũ vr̃m ⁊ cũ essem apd̕ vos ⁊ egerẽ nulli onerosus fui. Nã, qd̕ mihi deerat suppleuerũt fr̃es q venerãt a macedonia ⁊ in oĩbus sine onere me vobis seruaui ⁊ seruabo. Est v̱itas xp̃i in me qm̃ hec gloriatio nõ infringet̃ in me i regionib⁹ achaie. Quare: Quia non diligo vos: Deus scit. qd̕ aũt facio: ⁊ faciaȝ vt amputẽ occasionẽ eoꝝ q volũt occasionẽ: vt i q gloriant̃: tales inueniant̃ sicut et nos. Nã eiusmodi pseudo ap̃l'i sunt operarij subdoli: trãsfigurãtes se i ap̃los xp̃i Et nõ mirũ. Ipse eniȝ sathanas trãsfigurat se in angelũ lucis. Nõ est g̃ magnũ si ministri eius transfigurent̃ velut ministri iustitie: quoꝝ finis erit s̃m opa ipsoꝝ. Iterũ dico: ne qs me putet isipientẽ eẽ. Alioqn velut insipientẽ accipite me: vt ⁊ ego modicũ qd glorier. Qd̕ loq̄r nõ loquor s̃m deuȝ: sed quasi in insipientia: in hac substantia glorie. Qm̃ multi gloriant̃ s̃m carneȝ: ⁊ ego gloriabor. Libent̃ eni sufffertis insipientes: cuȝ sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim siqs vos in s̃uitutẽ redigit: siqs deuorat: si qs accipit: siqs extollit̃: siqs in faciẽ vos cedit. Scd̕m ignobilitatẽ dico: q̃si nos infirmi fuerimus in hac pte. In q̃ qs audet: in insipientia dico: audeo ⁊ ego Hebrei sunt: ⁊ ego. Israelite sunt ⁊ ego Semẽ abrahe sũt: ⁊ ego. ¶ Ministri xp̃i sunt: ⁊ ego. Vt minus sapiens dico plus ego. In laborib⁹ plurimis: in carcerib⁹ abundantius: in plagis supra moduȝ: in mortibus freq̄ter. A iudeis qnqes quadragenas vna minus accepi. Ter v̱gis cesus sũ: semel lapidatus suȝ: ter naufragium feci. Nocte ⁊ die in pfũdo maris fui. In itineribus sepe: periculis fluminum: piculis latronum: piculis ex genere: periculis ex gentibus: periculis in ciuitate: periculis in solitudine: periculis in mari: periculis in falsis fratribus. ¶ In labore ⁊ erumna in vigilijs multis. In fame ⁊ siti: ⁊ ieiunijs multis. In frigore ⁊ nuditate: preter illa que extrinsecus sunt istantia mea quotidiana: sollicitudo oĩuȝ eccl'iaꝝ. Quis ifirmat̃: ⁊ ego nõ ifirmor Quis scãdalizat̃: ⁊ ego nõ vror: Si gl'iari opꝫ: q̃ ifirmitatis mee sunt gl'iabor. Deus ⁊ pat dñi nr̃i iesu xp̃i scit q ẽ bñdictus in secula q nõ mẽtior. Damasci ppositus gentis arethe regis custodiebat ciuitatem damascenoꝝ: vt me ꝯprehenderet: ¶ ⁊ p fenestrã in sporta dimissus sũ per muruȝ: ⁊ sic effugi manus eius.

XII

Si gloriari opꝫ: nõ expedit qdem Veniã aũt ad visiones ⁊ reuelationes dñi. Scio hoieȝ i xp̃o ãte annos q̃ttuordecim siue in corpore siue ex̃ corpus nescio deus scit: raptũ huiusmodi vsq; ad tertiũ celũ. Et scio huiusmõi hominẽ: siue in corpore: siue extra corpus: nescio deus scit: qm̃ raptus est in paradisum: ⁊ audiuit arcana verba q̃ nõ licet homini loqui. Pro huiusmõi gloriabor: p me aũt nihil in ifirmitatibus meis. Naȝ ⁊ si voluero gloriari: nõ ero isipiẽs. Veritatẽ eni dicã. Parco aũt: ne quis me existimet supra id qd̕ videt in me: aut audit aliquid ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me: datus est mihi stimulus carnis mee ãgelus sathane qui me colaphizet. Propter qd̕ ter dñm rogaui vt discederet a me: ⁊ dixit mihi. ¶ Sufficit tibi gratia mea. Nã virtus in ifirmitate pficit̃. Libenter igit̃ gloriabor in ifirmitatibus meis: vt ihabitet in me virtus xp̃i. Propter qd̕ placeo mihi in ifirmitatibus meis: in contumelijs: in necessitatibus: i psecutionibus: in angustijs p xp̃o: Cuȝ eni infirmor tunc potens sũ. Factus sum insipiens: vos me coegistis. Ego eniȝ a vobis debui cõmendari. Nihil. n. min⁹ feci ab his q sunt supra modũ ap̃l'i. Tam ⁊ si nihil sũ signa tñ apostolatus mei facta sunt super vos in oĩ patientia: in signis ⁊ prodigijs ⁊ virtutibus. Quid ẽ eniȝ qd̕ minus habuistis pre ceteris eccl'ijs: nisi q egoipse non grauaui vos: Donate mihi hanc iniuriã. Ecce tertio h̕ paratus sũ venire ad vos ⁊ non ero grauis vobis. Nõ eni quero q̃ vestra sũt sed vos. Nec eni debẽt filij parentibus thesaurizare: sȝ parentes filijs. Ego aũt libentissime ipẽdã: ⁊ supipendar egoipse p aĩabus vr̃is

B C E i. Cor. 4. a. s. 6. a. i. Timo. 3. c. D 2. Thessa. 3. d Deut. 25.

Act. 9. c. A B Deut. 3. C

licet plus vos diligens: minus diligar. Sed esto. Ego vos nō grauaui sʒ cū essē astutus dolo vos cepi. Nunqd ꝑ aliquē eoꝝ quos misi ad vos circūueni vos. Rogaui titū ⁊ misi cū illo fratrē. Nūqd titus vos circūuenit. Nōne eodē spū ābulauimus. Nōne eisdē vestigijs? Olī putatis q excusemus nos apud vos? Corā deo i xpo loqmur. Oia.n. charissimi ꝓpt edificationē vrā. Timeo.n. ne forte cū venero: nō qles volo iueniā vos: ⁊ ego iueniar a vobis qualē nō vultis: ne forte ꝯtentiones: emulatiōes: aiositates: dissensiones: detractiōes: susurratiōes: iflationes seditiōes sint iter vos. Ne iterū cū venero humiliet me deus apud vos ⁊ lugeam multos ex his q ante peccauerūt ⁊ nō egerunt pniam sup imundicia ⁊ fornicatiōe ⁊ ipudicitia quā gesserūt. XIII

D

Ecce tertio hō venio ad vos: ¶ Vt i ore duoꝝ vel triū testiū stabit oē verbū. Predixi.n. ⁊ pdico: vt p̄sens vobis: ⁊ nunc absens his q ante peccauerūt ⁊ ceteris oibus: qm̄ si venero iterū nō parcā. An experimentū qritis eius q in me loqtur xps? Qui in vobis nō infirmat: sed potēs ē in vobis. Nā ⁊ si crucifixus ē ex ifirmitate: sed viuit ex virtute dei. Nā ⁊ nos ifirmi sumus in illo: sʒ viuemus in eo ex virtute dei in vobis? Vosmetipsos tēptate. si estis in fide: ipsi vos ꝓbate. An non cognoscitis vosmetipsos q: xps iesus in vobis ē? Nisi forte reprobi estis. Spero aūt q cognoscitis: q: nos non sumus reprobi. Oramus aūt deū vt nihil mali faciatis: nō vt nos ꝓbati parcamus: sed vt vos qd bonū ē faciatis. Nos aūt vt reprobi simus. Nō possumus eni aliqd aduersus veritatē: sed ꝓ veritate. Gaudemus.n. qm̄ infirmi sumus: vos aūt potētes estis. Hoc ⁊ oramus: vrām ꝯsumationē. Ideo.n. hec absens scribo vt nō pn̄s durius agā sm ptātem quam dn̄s dedit mihi in edificationē ⁊ nō in destructionē. De cetero fratres gaudete: pfecti estote: exhortamini: idipsum sapite. ¶ Pacē habete: ⁊ deus pacis ⁊ dilectiōis erit vobiscū. Salutate iuicē in osculo scō. Salutant vos oēs sancti. Gratia dn̄i nostri iesu xpi: ⁊ charitas dei: ⁊ cōicatio sctī spūs: sit cum oibus vobis. Amen.

A
Deut.17.
Mt.18.c.
Heb.10.d.
Joh.8.c.

B

C

D

Mt.5.a.

¶ Explicit epistola Pauli ad Corinthios secunda. Incipit argumentum in epistolam ad Galathas.

GAlathe sunt greci. Hi verbū veritatis pmū ab apostolo acceperūt: sed post discessū eius tēptati sunt a falsis aplis: vt in legem ⁊ in circūcisione verterent. Hos apostolus reuocat ad fidem veritatis: scribens eis ab epheso.

¶ Explicit argumentum. Incipit epla Pauli ad Galathas. Capl'm. I

PAulus apostolus nō ab hoībus: neqꝫ p hoiem: sed per iesū xp̄m ⁊ deū patrē q suscitauit eū a mortuis: ⁊ q mecū sunt oēs frēs: eccl'ijs galathie. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre nr̄o ⁊ domino iesu xpo: q dedit semetipsum ꝓ pctis nostris vt eriperet nos de pn̄ti seculo nequā sm voluntatē dei ⁊ pris nostri: cui ē glia in secula seculoꝝ amē. Miror q sic tā cito trāsferimini ab eo q vos vocauit in grām xpi in aliud euāgeliū: qd nō est aliud nisi sunt aliq q vos ꝯturbant: ⁊ volunt ꝯuertere euangeliū xpi. Sed licet nos aut angelus de celo euangeliçet vobis pter ꝙ qd euangeliçauimus vobis. anathema sit. Sicut pdixi ⁊ nunc iterū dico: siquis vobis euangeliçauerit pter id qd accepistis: anathema sit. Modo eni hoibus suadeo: an deo? An qro hoib⁹ placere? Si adhuc hominib⁹ placerē: xpi seru⁹ nō essē. Notū eni vobis facio frēs euangeliū qd euāgeliçatū est a me: q: nō ē sm hoiē. Neqꝫ.n. ego ab hoie accepi illud neqꝫ didici: sed p reuelationē iesu xpi. Audistis.n. ꝯuersationē meā aliqn̄ in iudaismo: qm̄ sup modum psequebar ecclesiā dei: ⁊ expugnabā illam: ⁊ ꝓficiebā in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: abundantius emulator existens paternaꝝ mearū traditionū. ¶ Cum autē placuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee: ⁊ vocauit p grām suam vt reuelaret filiū suū

A

B

C

.i. Cor.15.b.
Act.9.a.
⁊.22.b.

D

in me: vt euangeliçarē illū in gētibus ꝯti nuo nō acqeui carni ⁊ sanguini. Neqꝫ ve ni hierosolymā ad ātecessores meos apłos sed abij in arabiā ⁊ iterū reuersus suꝫ da/ mascū. Deide post ānos tres veni hiero solymā videre petrū ⁊ māsi apud eū die/ bus q̄ndecim. Aliū aūt apłoꝝ vidi nemi nē nisi iacobū frēm dn̄i. Que autē scribo vobis: ecce corā deo q꞉ nō mentior. Dei/ de veni in partes syrie ⁊ cilitie. Erā autē ignotus facie ecclesijs iudee: q̄ erāt in xp̄o Tm̄ aūt auditū habebant: qm̄ qui ꝑseque batur nos aliquādo: nunc euangeliçat fi dem quam aliquādo expugnabat: ⁊ in me clarificabant deum.

II

A

D Einde post ānos q̄ttuordeciꝫ ite/ rū ascendi hierosolymā cū barna ba assumpto ⁊ tito. Ascendi auteꝫ ꝯm reuelationē ⁊ cōtuli cū illis euangeliū qd̄ predico in gentibus. Seorsū aūt his q̄ videbanť aliqd esse: ne forte in vacuū cur rerem aut cucurrisseꝫ. Sed neqꝫ titus q̄ mecū erat: cū esset gētilis cōpulsus est cir cuncidi: sed ꝓpter subintroductos falsos fratres qui subintroierunt explorare liber tateꝫ nostrā quā habemus in xp̄o iesu: vt nos in seruitutē redigerēt. Quibꝰ neqꝫ ad horā cessimus subiectioni: vt veritas euangelij ꝑmaneat apud vos. Ab his āt q̄ videbanť esse aliqd: quales aliq̄n fuerit nihil mea interest. ¶ Deus eni ꝑsonā ho minis nō accipit. Mihi.n. qui videbanť esse aliquid nihil ꝯtulerunt: sed ecōtra cū vidissent q꞉ creditū ē mihi euangeliū ꝑpu tij: sicut ⁊ petro circūcisionis q̄ eni opera tus est petro ī apostolatū circūcisiōis opa tus est ⁊ mihi iter gentes: ⁊ cū cognouis/ sent grām q̄ data est mihi iacob ⁊ cephas ⁊ iohānes q̄ videbanť colūne eē: dextras dederunt mihi ⁊ barnabe societatꝭ: vt nos in gentes: ipsi aūt in circūcisionem: tm̄ vt pauperū memores essemus. Quod etiaꝫ sollicitus fui hoc ipsū facere. Cum aūt ve nisset petrus antiochiaꝫ: in faciē ei restiti: q꞉ reprehensibilis erat. Prius.n. q̄ꝫ ve/ nirent quidā a iacobo: cū gētibus edebat Cum aūt venissent subtrahebat ⁊ segre/ gabat se: timens eos qui ex circuncisione erant. Et simulationi eius consenserunt ceteri iudei: ita vt ⁊ barnabas duceretť ab eis in illam simulationem. Sed cum vi/ dissem q꞉ nō recte ambularent ad verita/ tem euangelij: dixi cephe coram oībus.

B

Ro.2.b.
Eph.6.b.
Col.3.d.
Act.10.c.
Ja.2.b.

C

D

Si tu cum iudeus sis: gentiliter viuis: ⁊ non iudaice quō gentes cogis iudaiçare? Nos natura iudei: ⁊ non ex gentibꝰ pec/ catores. Scientes autem q꞉ non iustificať hō ex operibus legis: nisi per fidem iesu xp̄i: ⁊ nos in xp̄o iesu credimus: vt iustifi cemur ex fide xp̄i: ⁊ non ex operibus legꝭ Propter quod ex operibus legis non iu stificabitur omnis caro. Quod si q̄rētes iustificari in xp̄o inuenti sumꝰ ⁊ ipsi pctō/ res: nunqd xp̄s peccati minister est? Ab/ sit. Si.n. que destruxi iterū hec reedifico: preuaricatorem me constituo. Ego enim per legem legi mortuus sum: vt deo viuā Christo confixus sum cruci. Viuo auteꝫ iam non ego: viuit vero in me xp̄s. Qd̄ autem nunc viuo in carne: in fide viuo fi lij dei. q̄ dilexit me ⁊ tradidit seipsū ꝓ me Non abijcio grām dei. Si.n. per legem iusticia: ergo gratis xp̄s mortuus est.

Capitulum. III

A

O Insensati galathe. quis vos fasci nauit non obedire veritati? Ante quoꝝ oculos xp̄s iesus ꝓscriptus est: ⁊ in vobis crucifixus. Hoc solū a vo bis volo discere: ex operibus legis sp̄ūm accepistꝭ an ex auditu fidei? Sic stulti estꝭ vt cum spiritu ceperitis: nunc carne con/ sūmamini. Tanta passi estis sine causa: si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis sp̄ūm ⁊ operatur virtutes in vobis ex ope ribus legis: an ex auditu fidei? Sicut scri ptum est: ¶ abraham credidit deo: ⁊ repu tatum est illi ad iusticiam. Cognoscite er/ go: q꞉ qui ex fide sunt: hi sunt filij abrahe. Prouidens auteꝫ scriptura: q꞉ ex fide iu stificat gentes deus: prenunciauit abrahe q꞉ benedicentur in te omnes gentes. Igi tur qui ex fide sunt: benedicentur cum fi/ deli abrahā. Quicunqꝫ.n. ex oꝑibus legꝭ sunt: sub maledicto sunt. Scriptuꝫ est.n. ¶ Maledictus omnis qui non perman/ serit in omnibus que scripta sunt in libro legis: vt faciat ea. Quoniā autem in lege nemo iustificatur apud deum: manifestū est: ¶ q꞉ iustus ex fide viuit. Lex autē nō est ex fide: sed qui fecerit ea: viuet in illis. Christus nos redemit de maledicto legꝭ factus pro nobis maledictum: q꞉ scriptuꝫ est: ¶ maledictus omnis qui pēdet ī ligno vt in gentibus benedictio abrahe fieret in xp̄o iesu: vt pollicitationem sp̄ūs accipia/ mus per fidem. ¶ Fratres ꝯm hominem

Gen.15.
Ro.4.a.
Ja.2.d.

B

Deut.27.

Abachuc.2

Deut.21.

Heb.9.c

dico: tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat. Abrahe dicte sunt promissiones: et semini eius. Non dicit et seminibus quasi in multis: sed quasi in vno: et semini tuo qui est christus. Hoc autem dico testamentum confirmatum a deo que post quadringentos et triginta annos facta est lex non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hereditas: iam non ex promissione. Abrahe autem per repromissionem donauit deus. Quid igitur lex. Propter transgressionem posita est: donec veniret semen cui promiserat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius non est: deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa dei? Absit. Si enim data esset lex que posset viuificare: vere ex lege esset iusticia. Sed conclusit omnia sub peccato: vt promissio ex fide iesu xpi daretur credentibus. Prius autem quam veniret fides sub lege custodiebamur: conclusi in eam fidem que reuelanda erat. Itaque lex pedagogus noster fuit in xpo: vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides: iam non sumus sub pedagogo. Omnes enim filij dei estis per fidem que est in xpo iesu. ¶ Quicunque enim in xpo baptizati estis xpm induistis. Non est iudeus neque grecus: non est seruus neque liber: non est masculus neque femina. Omnes enim vos vnum estis in xpo iesu. Si autem vos xpi: ergo semen abrahe estis: secundum promissionem heredes. IIII

Dico autem. Quanto tempore heres paruulus est: nihil differt a seruo cum sit dominus omnium: sed sub tutoribus et actoribus est vsque ad prefinitum tempus a patre. Ita et nos cum essemus paruuli sub elementis mundi eramus seruientes. ¶ At vbi venit plenitudo temporis: misit deus filium suum factum ex muliere factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret: vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem estis filij dei: misit deus spiritum filij sui in corda vestra clamantem: abba pater. Itaque iam non est seruus: sed filius. Quod si filius et heres per deum. Sed tunc quidem ignorantes deum his qui natura non sunt dij: seruiebatis. Nunc autem cum cognoueritis deum: imo cogniti sitis a deo: quomodo conuertimini iterum ad infirma et egena elementa quibus denuo seruire vultis? Dies obseruatis et menses et tempora et annos. Timeo vos: ne forte sine causa laborauerim in vobis. Estote sicut ego quia et ego sicut vos. Fratres obsecro vos nihil me lesistis. Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iam pridem: et temptationem vestram in carne mea non spreuistis neque respuistis sed sicut angelum dei excepistis me sicut xpm iesum. Vbi est ergo beatitudo vestra? Testimonium enim perhibeo vobis: quia si fieri posset oculos vestros eruissetis et dedissetis mihi. Ergo inimicus vobis factus sum verum dicens vobis? Emulantur vos non bene: sed excludere vos volunt: vt illos emulemini. Bonum autem emulamini in bono semper: et non tantum cum presens sum apud vos. Filioli mei: quos iterum parturio donec formetur xps in vobis. Vellem autem esse apud vos modo et mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis. Dicite mihi: qui sub lege vultis esse. Legem non legistis. ¶ Scriptum est enim: quia abraham duos filios habuit: vnum de ancilla: et vnum de libera. Sed qui de ancilla secundum carnem natus est: qui autem de libera: per repromissionem. Que sunt per allegoriam dicta. Hec enim sunt duo testamenta. Vnum quidem in monte sina in seruitutem generans que est agar. Sina enim mons est in arabia qui coniunctus est ei: que nunc est hierusalem et seruit cum filijs suis. Illa autem que sursum est hierusalem libera est que est mater nostra. Scriptum est enim. ¶ Letare sterilis que non paris erumpe et clama que non parturis: quia multi filij deserte magis quam eius que habet virum. Nos autem fratres secundum ysaac promissionis filij sumus. Sed quomodo tunc is qui secundum carnem natus fuerat persequebatur eum qui secundum spiritum: ita et nunc. Sed quid dicit scriptura? ¶ Eijce ancillam et filium eius. Non enim heres erit filius ancille cum filio libere. Itaque fratres non sumus ancille filij: sed libere: qua libertate nos christus liberauit. V

State: et nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego paulus dico vobis: quoniam si circumcidamini xps vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circumcidenti se: quoniam debitor est vniuerse legis faciende. Euacuati estis a christo: qui in lege iustificamini a gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem iustitie expectamus. Nam in christo ihesu neque circuncisio aliquid

Marginalia: E; D; Ro.6.a.; A; i.Timo.i.b.; B; E; Gene.xi.; D; Sap.3. Esa 54. Lu.23.d; Gen.xi.; A; 2.Cor.6.c. act.15.a. Eccle.13.

valet: neq; ꝑputiũ: sed fides que p charitatẽ opat. Currebatis bene. Quis vos impediuit veritati nõ obedire? Memini ꝯsenseritis. Persuasio hec nõ est ex eo q vocat vos. Modicũ fermentũ totã massaꝫ corrumpit. Ego ꝯfido in vobis i dño: q nihil aliud sapietis. Qui aũt ꝯturbat vos portabit iudiciũ qcũq; ẽ ille. Ego autẽ fratres si circũcisione adhuc pdico: qd adhuc persecutionẽ patior. Ergo euacuatũ ẽ scãdalũ crucis. Vtinã abscindãt qui vos cõturbãt. Vos eni in libertatẽ vocati estis fratres: tñ ne libertatẽ in occasionẽ detis carnis: sꝫ per charitatẽ spũs seruire inuicẽ. Ois.n. lex i vno sermone implet: Diliges ꝓximũ tuũ sicut teipsum. Quod si inuicẽ mordetis ꝛ comedetis: videte ne ab inuicẽ ꝯsumamini. Dico aũt in xpo Spiritu ambulate. ꝛ desideria carnis nõ pficietis. Caro eni concupiscit aduersus spiritũ: spũs autẽ aduersus carnẽ. Hec eni sibi inuicẽ aduersant: vt nõ quecũq; vultis illa faciatis: Quod si spiritu ducemini non estis sub lege. Manifesta sunt autẽ opera carnis que sunt fornicatio: imunditia: ipudicitia: luxuria idoloꝝ seruitus: veneficia: inimicitie: ꝯtentiões: emulatiões ire: rixe: dissensiões: secte: inuidia: hõicidia ebrietatis: comessationes: ꝛ his similia: que predico vobis sicut predixi: quoniaꝫ qui talia agunt regnum dei non ꝯseqntur. Fruct⁹ aũt spũs est charitas: gaudiuꝫ: par patiẽtia: bẽignitas: bonitas: lõganimitas: mansuetudo: fides: modestia continentia: castitas. Aduersus huiusce modi non est lex. Qui aũt sunt christi carnem suam crucifixerunt cum vitijs ꝛ cõcupiscentijs. VI

Leu.19. Mt 22.g. Mar. 12.c. L.10.g. Ro.13.c. Ja 2.b. Ro.13.d i. Pe.2.b.

Ezech.47. Apo.22.a. Ro.13.d. i. Pe.2.b.

I. Cor.5.b.

Si spiritu viuim⁹: spiritu ambulemus. Nõ efficiamur ianis glorie cupidi inuicẽ ꝓuocantes: inuicẽ inuidẽtes. Frẽs: ꝛ si ꝓocupat⁹ fuerit hõ in aliquo delicto: vos q spũales estis hi⁹ instruite in spũ lenitatis: ꝯsiderans teipꝫ ne ꝛ tu tẽpteris. Alt alti⁹ onera portate: ꝛ sic adipleoitis legẽ xpi. Nã si qs existiat se aliqd eẽ cũ nihil sit: ipe se seducit. Op⁹ ãt suũ ꝓbet vnusqsq; ꝛ sic in semetipõ tñ gloriã hẽbit ꝛ nõ in altero. Vnusqsq; eni onus suũ portabit. Comunicet ãt his qui cathecizat verbo: ei q se cathecizat in oib⁹ bonis. Nolite errare: deus non irridet.

Mt.28.c. Luc.17.a.

Que eni semiauerit homo: hec ꝛ metet Qm si seminat i carne sua: de carne ꝛ metet corruptionẽ: qui aũt seminat i spiritu: de spũ metet vitã eternã. Bonũ aũt facientes non deficiamus: tpe eni suo metemus nõ deficiẽtes. Ergo dum tẽpus habem⁹ operemur bonũ ad oẽs: maxime aũt ad domesticos fidei. Videte qualib⁹ litteris scripsi vobis mea manu. Quicũq; eni volũt placere in carne: hi cogũt vos circuncidi tñ vt crucis xpi ꝑsecutionẽ non patiant. Neq;.n. q circũcidunt: legẽ custodiunt: sed volũt vos circũcidi: vt i carne vrã glorient. Mihi aũt absit gloriari nisi in cruce dñi nři iesu xpi: p quẽ mihi mũdus crucifixus est: ꝛ ego mundo. In xpo.n. iesu neq; circũcisio aliqd valet: neq; ꝑputiuꝫ: sed noua creatura. Et qcũq; hãc regulam secuti fuerint: par sup illos ꝛ misericordia ꝛ sup israel dĩ. De cetero nemo mihi molestus sit. Ego.n. stigmata dñi iesu i corpore meo porto. Grã dñi nři iesu xpi cũ spiritu vřo fratres. Amen.

Prouer. i. Cor.15. Hiere.12. 2. Cor.9.b 2. Thes.3.

Explicit epl'a Pauli ad Galathas. Incipit argumentum in epistolam ad Ephesios.

Ephesij sunt asiani. Hi accepto verbo veritatis: perstiterunt in fide. Hos collaudat apl's: scribens eis a roma de carcere per tychicum diaconem.

Explicit argumentũ. Incipit epistola Pauli ad Ephesios. Capl'm. I

Paulus apostolus xpi iesu p volũtatẽ dei: oibus sanctis q sunt ephesi ꝛ fidelibus in xpo iesu. Grã vobis ꝛ par a deo pře nřo ꝛ dño iesu xpo. Bñdictus deus ꝛ př dñi nři iesu xpi qui bñdirit nos i oi bñdictione spũali i celestibus i xpo: sicut elegit nos i ipso ante mũdi cõstitutionẽ: vt essemus sancti ꝛ imaculati i ꝯspectu ei⁹ i charitate. Qui predestinauit nos i adoptionẽ filioꝝ p iesum xpꝫ in ipsũ sm ꝓpositũ volũtatis sue i laudeꝫ

glīe grē sue: in q̃ gratificauit nos i dilecto
filio suo: in quo habem⁹ redēptionē p sā
guinē eius remissionē pctō℞ ẛm diuitias
grē eius q̃ super abūdauit in nobis in oi
sapia ⁊ prudētia: vt notū faceret nobis sa
cramētū volūtatis sue ẛm bn̄placitū eius
qđ ꝓposuit in eo in dispensatione plenitu
dinis tp℞ istaurare oia i xp̄o q̃ in celis et
q̃ in terra sunt in ipso. ¶ In quo etiā nos
sorte vocati sum⁹ predestinati ẛm ꝓposi/
tū eius q opat̃ oia ẛm ꝯsiliū volūtatis sue
vt simus in laudē glorie eius nos q anī spe
rauimus i xp̄o. In quo ⁊ vos cū audisse
tis ṽbū ṽitatis euāgeliū salutis vr̄e: i q̃
⁊ credētes signati estis sp̄ū ꝓmissionis sā
cto: qui ē pignus hereditatis nr̄e in redē
ptionē acq̄sitionis i laudē glorie ipsius.
Propterea ⁊ ego audiēs fidē vr̄am q̃ est
in xp̄o iesu: ⁊ dilectionē in oēs sanctos: n̄
cesso gratias agens ꝓ vobis memoriam
vr̄i faciens i oronibus meis: vt de⁹ dn̄i
nr̄i iesu xp̄i pr̄ glīe det vobis sp̄m sapie ⁊
reuelationis in agnitionē ei⁹ illuminatos
oculos cordis vr̄i: vt sciat̃ q̃ sit spes vo/
cationis eius: ⁊ q̃ diuitie glorie hereditat̃
ei⁹ in scīs: ⁊ q̃ sit sup eminēs magnitudo
ṽtutis eius i nos q credimus ẛm opatō
nē potentie ṽtutis ei⁹ quā opatus est in
xp̄o suscitans illum a mortuis: ⁊ ꝯstituēs
ad dexteram suā in celestibus supra oēm
principatum ⁊ potestatem ⁊ virtutē ⁊ do/
minationem: ⁊ omne nomen qđ noiatur
non solum in hoc seculo: sed etiam in futu
ra: ⁊ omnia subiecit sub pedibus eius. Et
ipsum dedit caput supra omnem ecclesiā
que est corpus ipsius: ⁊ plenitudo eius q
omnia in omnibus adimpletur.

Col.i.b. C D

Capitulum. II

Et vos ꝯuiuificauit cū essetis mor
tui delictis ⁊ peccatis vr̄is: in qui
bus aliquando ambulastis ẛm se
culum mundi huius ẛm principem ptāt̃
aeris huius: sp̄us q nūc opat̃ in filios dif
fidentie: in qbus ⁊ nos oēs aliqn̄ cōuersa
ti sumus in desiderijs carnis nostre faciē
tes voluntatem carnis ⁊ cogitationum ⁊
eramus natura filij ire sicut ⁊ ceteri. De
us autem qui diues est in misericordia ꝓ
pter nimiam charitatem suam qua dilexit
nos: ⁊ cum essemus mortui peccatis: ꝯui
uificauit nos in christo cuius gratia estis
saluati: ⁊ conresuscitauit ⁊ consedere fecit
in celestibus: in christo iesu vt ostenderet
in seculis supuenientibus abundātes di/
uitias gratie sue in bonitate sup nos i xp̄o
iesu. Gratia.n. estis saluati per fidē ⁊ hoc
non ex vobis. Dei enim donum est: non
ex operib⁹: vt nequis glorietur. Ipsius
enim sumus factura: creati in xp̄o iesu in
operibus bonis: q̃ preparauit deus vt in
illis ambulemus. Propter qđ memores
estote q aliqn̄ vos qui gentes erat̃ in car/
ne qui dicebamini preputium ab ea q̃ dici
tur circuncisio in carne manufacta: q era
tis illo in tēpore sine christo alienati a con
uersatione israel ⁊ hospites testamento℞
ꝓmissionis spem non habētes ⁊ sine deo
in hoc mundo. Nunc aūt in xp̄o iesu vos
q aliquando eratis longe: facti est̃ ꝓpe i
sanguine xp̄i. Ipse enim est pax nostra q
fecit vtraq₃ vnum ⁊ medium parietē ma
cerie soluens inimicitias in carne sua: le/
gē mandato℞ decretis euacuans: vt du
os condat in semetipso in vno nouo hoīe
faciens pacem: vt recōciliet ābos in vno
corpore deo p crucē interficiens inimiciti/
as in semetipso. ¶ Et veniens euangeliza/
uit pacem vobis q longe fuist̃: ⁊ pacē his
q ꝓpe: qm̄ per ipsū habem⁹ accessū ambo
in vno sp̄u ad patrem. Ergo iam nō est̃
hospites ⁊ aduene: sed est̃ ciues sancto℞
⁊ domestici dei supedificati super funda/
mentum apostolo℞ ⁊ ꝓpheta℞ ipso sum
mo angulari lapide xp̄o iesu: in quo ois
edificatio ꝯstructa crescit in templum scm̄
in dn̄o. In quo ⁊ vos coedificamini i ta/
bernaculū dei in spiritusancto.

A B C D Luc.2.b.

III

Hui⁹ rei grā ego paul⁹ victus xp̄i
iesu ꝓ vobis gētibus: si tn̄ audi/
stis dispensationem grē dei q̃ da
ta est mihi in vobis qm̄ ẛm reuelationem
notum mihi factum est sacrm̄: sicut supra
scripsi in breui ꝓut potest̃ legentes itelli
gere prudentiā meā i misterio xp̄i: quod
alijs gnātionib⁹ nō est agnitū filijs hoiū
sicuti nunc reuelatū est scīs apl'is ei⁹ ⁊ ꝓ/
phet̃ in sp̄ū esse gētes coheredes ⁊ ꝯcor/
porales ⁊ ꝯticipes ꝓmissionis in xp̄o ie
su p euangeliū: ¶ cuius factus sū ego mini
ster ẛm donum grē dei q̃ data ē mihi ẛm
opatōē ṽtutis ei⁹. Mihi.n. oiū sācto℞
minimo data ē grā hec: in gētibus euāgeli/
zare iuestigabiles diuitias xp̄i: ⁊ illumina
re oēs q̃ sit dispensatio sacri abscōditi a se/

A B 1.Cor.4.a.

culis in deo q oia creauit vt innotescat pn/cipatib⁹ et ptatibus i celestibus p ecclesiã multiformis sapiã dei: fm pfinitionẽ se/culorũ quã fecit i xpo iesu dño nro: in quo habem⁹ fiduciã et accessum i ofidẽtia p fi dẽ eius. ¶ Propter qd peto ne deficiatis i tribulationib⁹ meis p vobis que ẽ gloria vrã. Huius rei grã flecto genua mea ad prẽm dñi nri iesu xpi ex q ois pñitas i ce lis et i tra noiatur: vt det vobis fm diui/tias glie sue vtutẽ corroborari per spiri/tũ eius i interiori hoie xpm habitare p fi dem cordibus vris: in charitate radicati et fundati: ¶ vt possitis oprehẽdere cũ oi/bus sanctis que sit latitudo et longitudo et sublimitas et pfundum. Scire etiã super eminẽtẽ sciẽtie charitatẽ xpi et ipleamini i omnẽ plenitudinẽ dei. Ei aũt qui potens est oia facere supabundanter q̃ petim⁹: aut intelligimus fm vtutẽ que operat in no bis: ipsi gloria in ecclesia et in xpo iesu in omnes generationes seculi seculorum. Amen. IIII

Obsecro itaq3 vos ego vinctus in dño: vt digne ambuletis voca tione q vocati estis: cũ omni humi litate et mansuetudine: cũ patiẽtia suppor tantes inuicem in charitate. Solliciti sua/ re vnitatẽ spũs in vinculo pacis. ¶ Vnũ corpus et vnus spũs: sicut vocati estis in vna spe vocatõis vestre. Vnus dñs: vna fides: vnũ baptisma. Vnus deus et pr oi um qui sup oẽs et per omnia: et i omnib⁹ nobis. ¶ Vnicuiq3 aũt nrm data est grã f3 mensurã donatiõis xpi. Propt qd di cit: ¶ Ascẽdens in altũ captiuã duxit capti uitatẽ dedit dona hoibus. Qd ãt ascẽdit qd est nisi qr et descendit pmũ in inferio/res ptes terre. ¶ Qui descẽdit: ipse est et q ascendit sup oẽs celos vt adimpleret oia. Et ipse dedit quosdam qdem apostolos: quosdam aũt pphetas: alios vo euãgeli stas alios aũt pastores et doctores ad con sumationẽ sanctorũ in opus ministerij in edificationẽ corporis xpi: donec occurra mus omnes in vnitatẽ fidei et agnitionis filij dei ¶ in virum pfectũ in mensurã eta tis plenitudinis xpi vt iam non simus p/uuli fluctuantes: et circũferamur oi vento doctrine in nequitia hoium: in astutia ad circũuentionẽ erroris. Veritatẽ aũt faciẽ tes in charitate crescam⁹ in illo p oia q est caput xps: ex quo totũ corpus cõpactũ et cõnexũ p omnẽ iuncturã sũministratiõis fm opationẽ in mensurã vniuscuiusq3 mẽ/bri augmentũ corporis facit: in edificatio nẽ sui in charitate. Hoc igitur dico et testi ficor in dño: ¶ vt iã nõ ambuletis sicut gẽ tes ambulãt i vanitate sensus sui tenebris obscuratũ hñtes intellectũ: alienati a vita dei p ignorãtiã q̃ est in illis pter cecitatẽ cordis ipsorũ: qui desperãtes semetipsos tradiderũt impudicitie in opationẽ immun dicie oĩs: in auaritiã. Vos ãt non ita di/dicistis xp3: si tñ illũ audistis et in ipso edo cti estis sicut ẽ veritas in iesu. Deponite vos fm pstinam oũersationẽ veterẽ ho/minẽ q corrũpit f3 desideria erroris. Re nouamini aũt spiritu mentis vestre: et in duite nouũ hoiem q fm deũ creatus ẽ i iu stitia et scitate vitatis. ¶ Propter qd de/ponẽtes mendaciũ: loqmini vitatẽ vnus/ qsq3 cũ pximo suo: qm sum⁹ inuicẽ mem bra. ¶ Irascimini et nolite peccare. Sol nõ occidat sup iracũdiã vrãm. Nolite locũ dare diabolo. Qui furabat iam nõ furet magis ãt laboret opando manib⁹ suis qd bonũ est: vt hẽat vñ tribuat necessitatẽ pa tiẽti. Ois fmo malus ex ore vro nõ pce dat: sed si qs bon⁹ ad edificationẽ fidei vt det grãm audiẽtibus. Et nolite otristare spm scm dei in q signati estis in die redẽ/ptionis. Ois amaritudo et ira et idigna/tio: et clamor: et blasphemia tollat a vobis cũ omni malicia. ¶ Estote aũt inuicem be nigni: misericordes: donantes inuicem: sicut et deus in christo donauit vobis.

Capitulum. V

Estote ergo imitatores dei sicut filij charissimi: et ambulate in di/lectione sicut et xps dilexit nos et tradidit semetipsum p nobis oblationem et hostiã deo in odorẽ suauitatis. ¶ Forni catio autem et omnis immundicia aut aua ricia nec nominetur in vobis: sicut decet sanctos: aut turpitudo: aut stultiloquium aut scurrilitas que ad rem non pertinet: sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes: q omnis fornicator: aut immundus: aut auarus quod est ido/lorum seruitus: non habet hereditatẽ i re gno christi et dei. Nemo vos seducat ina nibus verbis propter hec enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici

Marginalia (left): C — D — Apoc.xi.c. — Job.xi. — A — i.Cor.7.c. — Ro.xi.b. — .i.Cor.xii.b. — Apoc.xi.c. — 2.Cor.io.c. — Ps.67. — B — Jo.3.c. — Esaie.45.

Marginalia (right): C — Ro.i.c. — i.Pe.2.a. — Col.3.b. — Ro.6.a. — Heb.xi.a. — Col.3.b. — Ps.4. — D — Ja.4.b. — i.Pe.4.a. — Col.3.b. — A — i.Cor.4.d. — Phil.3.c. — i.Jo.4.d. — Jo.13.g. — Ja.i.c. — B

Job.12.c. participes eorū. ¶ Eratis. n. aliqñ tenebre: nunc autē lux in domino. Ut filij lucis ambulate. Fructus enim lucis est in omni bonitate & iusticia & veritate. Probantes qd sit bñplacitū deo. Et nolite coicare operib⁹ infructuosis tenebrarū: magis aūt redarguite. Que eni in oculto fiunt ab ipsis turpe est & dicere. Oia autē q̄ arguunt a lumie manifestant. Omne enim qd̄ manifestat lumen est. Propter qd dic. Surge q dormis & exurge a mortuis. & illuminabit te xp̄s. ¶ Videte itaq₃ fratres quō caute ambuletis non quasi insipientes sed vt sapientes. redimentes tēpus: qm̄ dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes. ¶ Sed intelligētes q̄ sit voluntas dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria: sed implemini spū scō loquētes vobismetipsis in psalmis. hymnis: & cāticis spiritalibus cātantes & psallentes in cordibus vr̄is dño: gratias agētes semp ꝓ oibus in nomie dñi nostri iesu xp̄i deo & patri. Subiecti inuicē: in timore xp̄i. ¶ Mulieres viris suis subdite sint sicut dño. qm̄ vir caput est mulieris sicut xp̄s caput est eccl'ie: ipse saluator corporis eius. Sed sicut ecclesia subiecta est xp̄o. ita & mulieres viris suis in omnib⁹. ¶ Viri diligite vxores vestras sicut & xp̄s dilexit ecclesiā: & seipm̄ tradidit ꝓ ea vt illā sanctificaret: mundans eam lauacro aque in verbo vite: vt exhiberet ipse sibi gloriosam eccl'am non habentē maculam: aut rugā: aut aliquid huiusmōi: sed vt sit sācta & imaculata. Ita & viri debent diligē vxores suas: vt corpa sua. Qui suam vxorem diligit: seipm̄ diligit. Nēo enim vnq̄ carnē suā odio habuit. sed nutrit & fouet eā sicut & xp̄s ecclesiā: q2 mēbra sumus corporis eius de carne ei⁹ & de ossibus ei⁹. ¶ Propter hoc relinquet hō patrē & matrem suam: & adherebit vxori sue: & erūt duo i carne vna. Sacrm̄ hoc magnum est. Ego aūt dico in xp̄o & in ecclesia. Verūtñ & vos singuli vnusqsq₃ vxorem suā: sicut seipm̄ diligat: vxor autem timeat virum suum.

VI

Filij obedite parētibus vr̄is in domio. Hoc. n. iustū est. ¶ Honora patrem tuum & matrem tuam. quod est mandatum primum in promissione: vt bene sit tibi: & sis longeu⁹ super terrā. Et vos patres nolite ad iracūdiam prouocare filios vestros: sed educare illos in disciplina & correptione dñi. ¶ Serui obedite dominis carnalibus cū timore & tremore: In simplicitate cordis vestri sicut xp̄o: non ad oculum seruientes quasi hoibus placentes: sed vt serui xp̄i faciētes volūtatē dei ex aīo cum bona voluntate seruiētes sicut dño: & nō hoib⁹ sciētes qm̄ vnusqsq₃ qdcūq₃ fecerit bonū hoc recipiet a dño siue seruus siue liber. Et vos dñi eadē facite illis remittētes minas: sciētes q2 & illorū & vester dñs ē i celis. ¶ & psonarū acceptio nō est apud deū. De cetero frēs cōfortamini in dño: & i potentia vtutis eius. ¶ Induite vos armaturā dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli: qm̄ nō ē nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē: s₃ aduersus pncipes & ptātes: aduersus mundi rectores tenebrarū harū: ɔtra spiritalia neqtie in celestibus. Propterea accipite armaturā dei: vt possitis resistere in die malo. & i oibus pfecti stare. State ergo succincti lumbos vr̄os in veritate: & induti loricā iusticie: & calciati pedes in pparationē euāgelij pacis. ¶ In oibus sumētes scutū fidei in quo possitis oia tela nequissimi ignea extinguere: & galeā salutis assumite: & gladiū spūs qd̄ est verbū dei: p oēm oratione & obsecrationē orantes oi tpe in spū: & in ipso vigilātes in oi instantia & obsecratiōe ꝓ oibus sanctis & ꝓ me: vt det mihi sermo in apertiōe oris mei cū fiducia notū facere mysteriū euangelij: ꝓ quo legatione fungor in cathena ista. ita vt in ipso audeā ꝓut oportet me loqui. Ut autē et vos sciatis q̄ circa me sūt: qd agā: oia vobis nota faciet tychicus charissimus frat & fidelis mister i dño: quē misi ad vos i hoc ipm̄ vt cognoscatis q̄ circa nos sunt & cōsolet corda vr̄a. Pax fribus: & charitas cū fide a deo patre nr̄o & dño iesu xp̄o. Grā cū oibus q diligūt dñm nostrum iesū xp̄m i incorruptione. Amen.

Explicit epl'a Pauli ad ephesios. Incipit argumētū in epl'ā ad philippēses.

Philippēses sūt macedōes. Hi accepto vbo vitatis pstiterūt i fide: nec receperūt falsos aplos. hos collaudat apo

Marginal references: Job.12.c. — C — Col.4.b. — Ro.12.a — Thessa.4.a. — Col.3.c. — i.Pe.3.a — D — Col.3.c. — Gen.2. — 2.Esdre.4 — Mt.19.b. — Mr.10.a — i.Cor.6.d — A — Col.3.d — Exo.20 — Mt.19.c — Luc.13.d — Mr.10.c — Eccle.3. — Col.3.d — i.Pe.2.c — B — Leuit.19. — Ro.2.b — Col.3.d — Act.10.c — Ja.2.b — i.Pe.i.c. — Col.3.b — C — Esaie.59. — i.The.5.b — D

stolus. scribens eis a roma de carcere p(er) epaphroditum.

¶ Explicit argumentu3. Incipit epistola Pauli ad Philippẽses. Capl'm. I

a

Paulus et timotheus sui iesu xp̄i oi̇bus sanctis i xp̄o iesu q sunt philippis cū ep̄is ⁊ diacōib⁹. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre nostro ⁊ dn̄o iesu christo. Gratias ago deo meo in oi memoria vestri semp in cūctis oratiōibus meis p oibus vobis cū gaudio dep̄catione faciēs sup cōicatione vestra in euāgelio xp̄i a p̄ma die vsq3 nunc cōfidēs hoc ip̄m: q2 q cepit in vobis opus bonū: pficiet vsq3 in diem xp̄i iesu. Sicut est mihi iustū hoc sentire p oibus vobis: eo q habeā vos i corde ⁊ n vinculis meis ⁊ i defensiōe ⁊ cōfirmatiōe euangelij: socios gaudij mei oēs vos eē.

B

Testis eni mihi est deus: quō cupiā oēs vos esse in visceribus iesu xp̄i. Et hoc oro: vt charitas vestra magis ac magis abūdet in oi scia ⁊ in oi sensu: vt pbetis potiora vt sitis sinceres ⁊ sine offensa in die xp̄i. repleti fructu iusticie p iesu3 xp̄m in gloriā ⁊ laudē dei. Scire aūt vos volo frēs q2 q̄ circa me sunt: magis ad pfectū venerūt euangelij: ita vt vincula mea manifesta fierēt in xp̄o in oi ptorio ⁊ i ceteris oibus: vt plures e frībus in dn̄o ꝯfidentes in vinculis meis: abūdantius auderent sine timore v̄bū dei loq.

C

Quidā qdē ⁊ ppter inuidia3 ⁊ ꝯtentionē: qdē aūt ⁊ ppter bonā volūtatē xp̄m pdicant. Quida3 ex charitate: sciētes qm̄ i defensiōe euāgelij positus sū. Quidā aūt ex ꝯtētiōe xp̄m annūciant nō sincere: existimātes p̄ssurā se suscitare vinculis meis. Quid eni. Dū oimodo siue p occasionē: siue p veritatē xp̄s annūciet: ⁊ in h gaudeo: s3 ⁊ gaudebo. Scio eni q2 hoc mihi pueniet ad salutē: p vestra3 orationē ⁊ submistrationem sp̄us iesu christi: sm expectationē ⁊ spem meā q2 i nullo ꝯfūdar: sed in oi fiducia sicut semp ⁊ nūc magnificabit christus in corpore meo: siue p vitā: siue p mortem. Mihi eni viuere christus est. ⁊ mori lucrū. Qd si viuere in carne: hic mihi fructus opis est. Et quid eligam ignoro: coartor aūt e duobus desideriū hñs dissolui ⁊ esse cū christo multomagis melius permanere aūt in carne: necessarium ppter vos. Et hoc cōfidens scio q2 manebo et pmanebo oibus vobis ad pfectū vestrū ⁊ gaudiū fidei: vt gratulatio vestra abundet in christo iesu in me: p meū aduentu3 iterū ad vos. Tm̄ digne euangelio xp̄i ꝯuersamini: vt siue cū venero ⁊ videro vos siue absens audiā de vobis: q2 statis in vno spiritu vnanimes: collaborantes fidei euangelij: ⁊ in nullo terreamini ab aduersarijs q̄ est illis causa pditiōis. vobis aūt salutis. Et hoc a deo. Q2 vobis donatū est p christo: nō solū vt in eū credatis. sed vt etiam p illo patiamini: ide3 certamē habētes quale ⁊ vidistis in me: ⁊ nunc audistis de me. II

2.Reg.2.
Daniel.13

a

Si qua ḡ ꝯsolatio in christo: si qd solatiū charitatis. si q̄ societas spiritus si qua viscera miserationis implere gaudium meū. vt idem sapiatis eandem charitate3 habentes. vnanimes idipsum sentientes. Nihil per contentionē neq3 per inanem gloria3. sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrātes nō q̄ sua sunt singuli ꝯsiderantes. sed ea q̄ aliorum. Hoc. n. sentite in vobis. qd christo iesu. Qui cū in forma dei esset. nō i rapinam arbitratus est esse se equalem deo. sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens in similitudinē hoium factus ⁊ habitu inuētus vt homo. humiliauit semetipsū factus obediens vsq3 ad morte3 mortem autē crucis. ¶ Propter qd ⁊ deus exaltauit illū ⁊ donauit illi nomē quod est super oē nomen. ¶ vt in nomine iesu oē nomen flectat celestium terrestriū ⁊ infernoꝝ. ⁊ ois lingua ꝯfiteat q2 dn̄s iesus christus in gloria est dei pr̄is. Itaq3 charissimi mei sicut semper obedistis. non in p̄ntia mei tm̄. sed multomagis nunc i absentia mea cum metu ⁊ tremore vestra3 salutem opamini. Deus est. n. q opat in vobis ⁊ velle ⁊ pficere p bona voluntate Oia aūt facite sine murmuratōib⁹ ⁊ hesitatiōibus. vt sitis sine q̄rela ⁊ simplices filij dei sine reprehensione in medio nationis praue ⁊ peruerse. inter quos lucetis sicut luminaria in mundo verbu3 vite ꝯtinētes ad gloriā meā in die christi. q2 n̄ in vacuū cucurri neq3 in vacuū laboraui

Heb.2.c B
Ro.14.b

C

Sed si emulor supra sacrificiū ⁊ obsequꝫ fidei vr̄e: gaudeo ⁊ ꝯgratulor oībus vobis. Id ipsū aūt ⁊ vos gaudete: ⁊ ꝯgratulami mihi. Spero aūt in dn̄o iesu timotheū me cito mittere ad vos: vt ⁊ ego bono aīo sim cognitis q̄ circa vos sūt. Neminē .n. habeo tā vnanimē q sincera affectōe ꝓ vobis sollicitus sit. Oēs .n. q̄ sua sūt q̄rūt: nō q̄ iesu xp̄i. Experimentū āt ei⁹ cognoscite: qm̄ sicut prī filius mecū ſuiuit in euangelio. Hunc igit̄ spo me mittere ad vos: mox vt videro q̄ circa me sūt. Cofido aūt i dn̄o: qm̄ ⁊ ip̄e veniā ad vos cito Necessariū aūt existimaui epaphroditūꝫ frēm ⁊ coopatorē ⁊ cōmilitonē meū: vrꝫ āt apl'm ⁊ mistrū necessitatis mee: mitter̄ ad vos: qm̄ qdem oēs vos desiderabat: ⁊ mestus erat ꝓpterea q̄ audieratis illuꝫ infirmatū. Nā ⁊ infirmatus est vsqꝫ ad mortē: sꝫ deus mistus ē eius. Nō solum aūt ei⁹: veꝝ etiā ⁊ mei: ne tristiciā sup tristiciā haberē. Festinātī⁹ g̊ misi illū vt viso illo iteꝝ gaudeatis: ⁊ ego sine tristicia sim. Excipite itaqꝫ illū cū oī gaudio i domino: ⁊ eiusmōi cū honore habetote: qm̄ ꝓpter opus xp̄i vsqꝫ ad morteꝫ accessit: tradēs aīam suaꝫ. vt iplerēt id qḋ ex vobis deerat erga meū obsequm. III

De cetero frēs mei gaudete i dn̄o eadē vobis scribere mihi qdem nō pigrū: vobis aūt necessarium Videte canes: videte malos oparios videte ꝯcisionē. Nos eni sumus circūcisio q spū ſuimus deo ⁊ gloriamur i xp̄o iesu ⁊ nō i carne fiduciā hn̄tes: q̄q̄ ⁊ ego habeā ꝯfidentiā i carne. Si qs alius videt̄ ꝯfidere in carne: ego magis circuncisus octaua die ex genere isrl' de tribu bēiami. Hebreus ex hebreis: ſm legē phariseus ſm emulationē ꝑseq̄ns ecclesiā dei: ſꝫ iusticiā q̄ i lege ē ꝯuersatus sine q̄rela. Sꝫ q̄ mihi fuerūt lucra: hec arbitratus suꝫ ꝓpter xp̄m detrimenta. Veruntn̄ existimo oia detrimentū ec̄ ꝓpter eminentē sciam iesu xp̄i dn̄i mei: ꝓpter quē oia detrimentū feci ⁊ arbitror vt stercora vt xp̄m lucri faciā: vt ⁊ iueniar in illo nō hn̄s meaꝫ iusticiā q̄ ex lege est: sed illā q̄ ex fide est xp̄i iesu. q̄ ex deo est iusticia in fide ad cognoscē dū illū: ⁊ ꝟtutē resurrectiōis ei⁹ ⁊ societatē passiōis illius: ꝯfiguratus morti ei⁹ si quō occurrā ad resurrectionem q̄ est ex mortuis nō q̄ iaꝫ accepꝑiꝫ: aut iā ꝑfect⁹ sim. Sequor aūt quomō cōprehendaꝫ in quo cōprehēsus suꝫ a xp̄o iesu. Frēs ego me nō arbitror cōprehēdisse. Vnū autē q̄ qdem retro sunt obliuiscēs: ad ea vero q̄ sunt priora extendēs meipsuꝫ: ad destinatuꝫ ꝑsequor ad brauiū supne vocationis dei in xp̄o iesu. Quicūqꝫ g̊ ꝑfecti sumus h̄ sentiamus: ⁊ si qd aliter sapit̄: ⁊ h̄ vobis de⁹ reuelabit. Veruñ ad qḋ ꝑuenim⁹ vt idē sapiam⁹ ⁊ i eadē ꝑmaneam⁹ regula. ¶ Imitatores mei estote frēs ⁊ obseruate eos q ita ambulāt sicut habetis formaꝫ nr̄am. Multi .n. ambulāt quos sepe dicebā vobis: nūc aūt ⁊ flens dico inimicos crucis xp̄i quoꝝ finis interitus. quoꝝ deus venter ē. ⁊ gloria in ꝯfusione ipsorū q terrena sapiūt. Nostra aūt ꝯuersatio i celis est. ¶ Vnde etiā saluatorem expectamus dn̄m nr̄m iesū xp̄m: qui reformabit corpus humilitatis nr̄e ꝯfiguratū corpori claritatis sue. ſm opationē ꝟtutis sue qua etiaꝫ possit subijcere sibi oia.

Capitulum. IIII

Itaqꝫ fratres mei charissimi ⁊ desiderātissimi. gaudiū meū ⁊ corona mea: sic state in domino charissimi. Euchodiā rogo ⁊ sinticē deꝑcor idipꝫ sapere in dn̄o. Etiā rogo ⁊ te germane cōpar. adiuua illas q̄ mecū laborauerūt in euāgelio cū clemēte ⁊ ceteris adiutoribus meis: ¶ quoꝝ noia sūt in libro vite. Gaudete in dn̄o semꝑ: iterum dico gaudete. Modestia vr̄a nota sit oīb⁹ hōibus. Dn̄s .n. ꝓpe est. ¶ Nihil solliciti sitis sꝫ in oī oratiōe ⁊ obsecratiōe cū gr̄arū actiōe petitōes vr̄e inotescāt apḋ deū. Et pax dei q̄ exuperat oēm sensuꝫ custodiat corda vr̄a ⁊ intelligētias vr̄as in xp̄o iesu. De cetero frēs q̄cunqꝫ sūt vera: q̄cūqꝫ pudica: q̄cūqꝫ iusta: q̄cūqꝫ scā: q̄cūqꝫ amabilia: q̄cūqꝫ bone fame: si qua virt⁹ si qua laus discipline: hec cogitate: que et didicistis ⁊ accepistis ⁊ audistis ⁊ vidistis in me. Hec agite ⁊ deus pacis erit vobiscum. Gauisus sum autem in domino vehementer: quoniaꝫ tandem aliquādo refloruistis pro me sentire sicut ⁊ sentiebatis. Occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico. Ego enim didici in qbus sum sufficiens esse. Scio ⁊ hūiliari: scio ⁊ abūdare. Vbiqꝫ ⁊ i oibus

D — A — At.13.a. — B

C — i. Cor. 4. d — Eph. 5. a. — i. Tessa. 4. b — Joh. 13. g — D — Gen. 41. ⁊. 49. — Esaie. 19 — 4. Reg. 13 — A — Eccle. 24. — Baruch. 4. — B — Mt. 5. g — E

institutus sũ: ⁊ satiari ⁊ esurire: ⁊ abũdare ⁊ penuriã pati. Oia possũ i eo q me cõfortat. Verũtñ bñ fecistis: cõicantes tribulationi mee. Scitis aũt ⁊ vos philippenses q in pncipio euãgelij qñ pfectus sũ a macedonia: nulla mihi eccl'ia cõicauit in rõe dati ⁊ accepti: nisi vos soli: q: ⁊ thessalonicã semel ⁊ bis in vsum mihi misistis. Nõ q: qro datũ: sed reqro fructũ abundantẽ in rõne vestra. D Habeo aũt oia: ⁊ abundo. Repletus sũ acceptis ab epaphrodito: q misistis in odorẽ suauitatis. Ro.12.a. hostiã acceptã placentẽ deo. Deus aũt meus impleat oẽ desideriũ vrm ſm diuitias suas i gloria in xpo iesu. Deo aũt ⁊ patri nostro gl'ia in secula seculoꝝ amẽ. Salutate oẽm scm in xpo iesu. Salutant vos q mecũ sũt fratres. Salutant vos oẽs sancti: maxie aũt qui de cesaris domo sunt. Gratia dñi nostri iesu xpi cum spũ vestro. Amen.

¶ Explicit ep'la Pauli ad Philippẽses. Incipit argumẽtũ i ep'laȝ ad colossẽses.

Colossenses: ⁊ hi sicut laodicẽses sunt asiani: ⁊ ipsi preuenti erãt a pseudo ap'lis. Nec ad hos accessit ipse ap'ls: sȝ ⁊ hos per epistolaȝ corrigit. Audierant eniȝ verbũ ab archippo: qui ⁊ ministerium in eos accepit. Ergo apostolus iaȝ ligatus scribit eis ab ephe so per tychicum diaconem ⁊ onesimum acolythum.

¶ Explicit argumentum. Incipit epistola Pauli ad Colossenses.

Capitulum. I

A Paulus apostolus iesu christi per voluntatem dei ⁊ timotheus frater: his q sunt colossis sanctis ⁊ fidelibus fratribus in christo iesu. Gratia vobis ⁊ pax a deo patre nostro. Gratias agim⁹ deo ⁊ patri domini nostri iesu christi semper pro vobis orantes: audientes fidem vestrã in xpo iesu ⁊ dilectioneȝ quã habetis in scõs oẽs, pter spẽ q̃ reposita ẽ vobis in celis: quã audistis in vbo veritatis euãgelij: qd puenit ad vos sicut ⁊ in vniuerso mũdo ẽ: ⁊ fructificat ⁊ crescit sicut in vobis ex ea die q̃ audistis ⁊ cognouistis grãȝ dei in vitate: sicut didicistis ab epaphra charissimo cõseruo nostro q est fidelis p vobis minister xpi iesu. Qui etiã manifestauit nobis dilectionẽ vrãȝ in spũ. B Ideo ⁊ nos ex q̃ die audiuimus: nõ cessamus p vobis orãtes ⁊ postulantes: vt impleamini agnitiõe voluntatis eius in oi sapia ⁊ itellectu spirituali: vt ambuletis digne deo p oia placentes in oi opere bono fructificantes ⁊ crescẽtes in scia dei: in oi virtute cõfortati ſm potentiã claritatis ei⁹ in oi patientia ⁊ lõganimitate cuȝ gaudio grãs agẽtes deo ⁊ pri: q dignos nos fecit in ptem sortis scõꝝ in lumie. Qui eripuit nos de ptãte tenebraꝝ: ⁊ trãstulit i regnũ filij dilectiõis sue: in q hẽmus redemptionẽ ⁊ remissionẽ pctõꝝ. Eph.i.b. Qui est imago di inuisibilis pmogenitus ois creature: qm i ipso cõdita sunt vniuersa in celis ⁊ i terra visibilia ⁊ inuisibilia. Siue throni: siue dominatiões: siue pncipatus: siue ptãtes: oia p ipsũ ⁊ i ipo creata sũt. C Et ipse ẽ añ oẽs: ⁊ oia in ipso cõstant. Et ipse ẽ caput corporis eccl'ie q ẽ pncipiũ pmogenitus ex mortuis: vt sit in oibus ipse primatũ tenens. Quia in ipo cõplacuit oẽm plenitudinem inhitare ⁊ p eũ recõciliari oia in ipȝ pacificans p sanguinẽ crucis eius: siue que in terris: siue q̃ in celis sũt. Et vos cũ essetis aliqñ alienati ⁊ inimici sensu in opib⁹ malis: nunc aũt recõciliauit in corpore carnis eius p mortẽ: exhibere vos scõs ⁊ imaculatos ⁊ irreprehensibiles corã ipo: si tñ permanetis in fide fundati ⁊ stabiles ⁊ imobiles a spe euãgelij qd audistis: qd pdicatũ ẽ in vniuersa creatura q̃ sub celo ẽ: cui⁹ D factus sũ ego paulus mister: q nunc gaudeo in passionibus p vobis: ⁊ adimpleo ea q̃ desunt passionuȝ xpi in carne mea p corpore eius qd est eccl'ia. Cuius fact⁹ sũ ego mister ſm dispensatione dei q̃ data ẽ mihi i vobis vt impleã verbũ dei: mysteriũ qd abscõditũ fuit a seculis: ⁊ gñationibus nunc aũt manifestatũ ẽ scis eius qbus voluit deus notas facere diuitias gl'ie sacramẽti hui⁹ in gẽtibus: qd ẽ xps in vobis spes gl'ie: quẽ nos ãnunciauimus corripientes oẽm hoieȝ ⁊ docẽtes in oi sapia vt

exhibeamus oēm hoīez pfectū in xp̄o ieſu in q̄ ꝛ laboro certādo ſm opationē eius quā operat̄ in me in virtute. II

A Volo eni vos ſcire qlē ſollicitudinē habeā ꝓ vobis ꝛ ꝓ his q ſunt laodicie: ꝛ qcunqꝫ nō viderūt faciē meā in carne ꝛ ꝯſolent̄ corda ipſoꝝ inſtructi in charitate: ꝛ in oēs diuitias plenitudinis itellect⁹ i agnitiōe myſterij dei ꝛ pr̄is ꝛ xp̄i ieſu: in q̄ ſūt oēs theſauri ſapie ꝛ ſcie abſconditi. Hoc aūt dico: vt nemo vos decipiat i ſublimitate ſmonū. Nā ꝛ ſi corpore abſens ſū: ſꝫ ſpū vobiſcū ſū gaudens ꝛ videns ordinē veſtrū: ꝛ firmamētū eius q̄ in xp̄o eſt fidei vr̄e. B Sicut ḡ accepiſtis ieſuꝫ xp̄m dn̄m noſtꝝ: in ip̄o ambulate: radicati ꝛ ſup edificati in ip̄o: ꝛ ꝯfirmati in fide: ſicut ꝛ didiciſtis: abūdantes in illo in gratiaꝝ actiōe. Videte neqs vos decipiat p philoſophiā ꝛ inanē fallaciam ſm traditionē hoium ſm elemēta mūdi: ꝛ nō ſm xp̄m. C Quia in ip̄o inhabitat ois plenitudo diuinitatis corporalit̄ ꝛ eſtis in illo repleti q ē caput ois p̄ncipatus ꝛ ptātis: in q̄ ꝛ circūciſi eſtis circuncisione non manufacta i expoliatiōe corpis carnis: ſed i circūciſione xp̄i ꝯſepulti ei in baptiſmo: i q̄ ꝛ reſurrexiſt̄ p fidē opatiōis dei q ſuſcitauit illū a mortuis. Et vos cuꝫ mortui eſſetis i delictis ꝛ p̄putio carnis vr̄e conuiuificauit cū illo donans vobis oia delicta: delens qđ aduerſus nos erat cyrographū decreti qđ erat ꝯtrariū nobiſ. Et ipꝫ tulit de medio affigens illud cruci: ꝛ expolians p̄ncipatus ꝛ ptātes: traduxit ꝯfidenter palā triūphans illos i ſcip̄o. D Nemo ḡ vos iudicet i cibo: aut in potu: aut in pte diei feſti: aut neomenie: aut ſabbatoꝝ que ſūt vmbra futuroꝝ: corpus aūt xp̄i. ¶ Nemo vos ſeducat volēs in hūilitate ꝛ religione angeloꝝ q̄ nō vidit ābulans fruſtra iflatus ſenſu carnis ſue: ꝛ nō tenēs caput ex quo totū corpus p nexus ꝛ ꝯiunctiōes ſūminiſtratū ꝛ ꝯſtructū creſcit in augmētuꝫ dei. Si ḡ mortui eſt̄ cū xp̄o ab elemētis huius mūdi: qd adhuc tāq̄ꝫ viuentes mūdo decernitis. Ne tetigeritis: neqꝫ guſtaueritis: neqꝫ ꝯtrectaueritis: q̄ ſūt oia i interitu ip̄ſo vſu ſm p̄cepta ꝛ doctrinas hominū: q̄ ſunt rōnē qdē hn̄tia ſapie in ſuꝑſtitione ꝛ hūilitate ꝛ nō ad p̄cend ū corpi

Mt.14.a.
Mr.1ȝ.b.
Luc.11.b.
i.Cor.3.b.
Eph.5.b.

nō i honore aliq̄ ad ſaturitatē carnis: III

A Igitur ſi conſurrexiſtis cum xp̄o que ſurſuꝫ ſunt querite vbi xp̄s ē in dextera dei ſedens que ſurſum ſunt ſapite: non que ſuper terrā. Mortui eni eſtis: ꝛ vita veſtra abſcōdita eſt cum xp̄o in deo: cum aūt xp̄s apparuerit vita veſtra: tunc ꝛ vos apparebitis cum ipſo in gloria. Mortificate ergo membra veſtra q̄ ſunt ſuper terrā: fornicationē: imūdiciaꝫ: libidinē: concupiſcentiā malam: ꝛ auaritiaꝫ que eſt ſimulacroꝝ ſeruitus: ꝓpter que venit ira dei ſuper filios incredulitatis: B in qbus ꝛ vos ambulaſtis aliqn̄ cū viueretis in illis. ¶ Nunc aūt deponite ꝛ vos oia: irā: indignationē: maliciā: blaſphemiā: turpē ſmonē de ore vr̄o. ¶ Nolite mentiri inuicē: expoliātes vos veterē hoiem cū actibus ſuis: ꝛ induentes nouū: eū qui renouat̄ in agnitiōe dei ſm imaginē eius q creauit euꝫ: vbi non eſt gentilis ꝛ iude⁹: circūciſio ꝛ p̄putiū: barbar⁹ ꝛ ſcytha: ſeru⁹ ꝛ liber: ſed oia ꝛ in oib⁹ xp̄s ¶ Induite vos ḡ ſicut electi dei ſācti ꝛ dilecti viſcera miſericordie: benignitatē humilitatē: modeſtiā: patiētiā. ¶ ſupportātes inuicē ꝛ donātes vobiſmetipſis ſi qs aduerſus aliquē hꝫ querelā: ſicut ꝛ dn̄s donauit vobis: ita ꝛ vos. C Sup oia autē hec charitatē habete qđ eſt vinculū pfectionis ꝛ pax xp̄i exultet i cordibus vr̄is: i qua et vocati eſtis i vno corpore: ꝛ grati eſtote. Verbū xp̄i habitet in vobis abundant̄: i oia ſapia docētes ꝛ cōmonētes voſmetipſos i pſalmis ꝛ hymnis ꝛ cāticis ſpūalib⁹ i gr̄a cantantes in cordibus veſtris deo. Oē qđcūqꝫ facitis in v̄bo aut i ope: oia i noīe dn̄i noſtri ieſu xp̄i: gratias agentes deo ꝛ pr̄i per ipſum. ¶ Mulieres ſubdite eſtote viris: ſicut oportet in domino. D Viri diligite vxores veſtras ꝛ nolite amari eſſe ad illas. ¶ Filij obedire parentibus p omnia. hoc enim placitum eſt in domino ¶ Patres nolite ad indignationem prouocare filios veſtros vt non puſillo animo fiant. ¶ Serui obedite per omnia dominis carnalibus: non ad oculum ſeruiētes quaſi hominibus placentes: ſed in ſimplicitate cordis timentes dominū. Qđcūqꝫ facitis: ex anio operamini: ſicut domino et non hominibus ſcientes q̄ a domino

Heb.12.a.
i.Pe.2.a.
Eph.4.c.
Ro.6.a.
Eph.4.c.
Eph.4.d.
Eph.4.d.
Eph.5.c.
i.pe.3.a.
Eph.6.a.
Eph.6.a.
i.Pe.2.c.

Leui.19. Ro.2.b. Eph.6.b Act.10.c. Ja.2.b. 1. Pe.1.c.

accipietis retributionē hereditatis. Dn̄o xp̄o seruite. Qui.n. iniuriā facit: recipiet id quod inique gessit. ¶ Et nō est psonarꝫ acceptio apud deum. IIII

A D omini: qd̄ iustū est ꝛ equū seruis prestate: sciētes qm̄ ꝛ vos dn̄ꝫ habetis in celo. Orationi instate: vigilantes in ea in gratiarꝫ actione: orantes simul ꝛ ꝓ nobis vt d e⁹ aperiat nob ostiū sermonis ad loquendū mysteriū xp̄i: ꝓpter quod etiaꝫ vinctus sū: vt manifesteꝫ illud ita vt oportet me loqui. B ¶ In sapientia ābulate ad eos qui foris sunt tēpus redimentes. Sermo vester sēper in gratia sale sit conditus: vt sciatis quō oporteat vos vnicuiqꝫ respondere. Que circa me sunt: oīa vobis nota faciet tychicus charissimus frater ꝛ fidelis minister ꝛ cōseruus in dn̄o: quē misi ad vos ad hoc ipsuꝫ vt cognoscat que circa vos sunt: ꝛ consoletur corda vestra cū onesimo charissimo ꝛ fideli fratre: q ex vobis est: qui oīa que hic aguntur nota facient vobis. C Salutat vos aristarchus: concaptiuus meus. Et marcus consobrinus barnabe: de quo accepistis mandata. Si venerit ad vos suscipite illum. Et iesus qui dicitur iustus: qui sunt ex circuncisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei: qui mihi fuerūt solatio. Salutat vos epaphras qui ex vobis est seruus xp̄i iesu: semper sollicit⁹ ꝓ vobis in orationibus: vt stetis perfecti ꝛ pleni in omni voluntate dei. Testimoniū eniꝫ illi perhibeo ꝙ habet multū laborem ꝓ vobis ꝛ pro his qui sunt laodicie ꝛ qui hierapoli. D Salutat vos lucas medic⁹ charissimus ꝛ demas. Salutate fratres q sūt laodicie: ꝛ nympham ꝛ que in domo eius est ecclesiam. Et cum lecta fuerit apd̄ vos epistola hec: facite vt in laodicensiū ecclesia legatur: ꝛ ea que laodicensiū est vobis legatur. Et dicite archippo. Vide ministeriū quod accepisti in dn̄o: vt illud impleas. Salutatio mea manu pauli. Memores estote vinculorꝫ meorꝫ. Gratia dn̄i nostri iesu xp̄i vobiscum Amen.

Eph.5.c.

2. Timo.4.c

¶ Explicit epistola Pauli ad Colossenses. Incipit argumentū in epistolam ad Thessalonicenses primā.

T Hessalonicenses sunt macedones: qui accepto verbo veritatis perstiterūt in fide: etiā in persecutione ciuiuꝫ suorū. Preterea nec receperunt falsos apostolos: nec ea que a falsis apostolis dicebantur. Hos collaudat apostolus scribens eis ab athenis: per tychicuꝫ diaconem: ꝛ onesimū acolythuꝫ.

¶ Explicit argumentum. Incipit epistola Pauli ad Thessalonicenses pma. Capitulum. I

A P Aulus et siluanus ꝛ timotheus: ecclesie thessalonicensiū in deo patre nostro ꝛ dn̄o iesu xp̄o: gratia vob ꝛ pax. Gratias agimus deo semper ꝓ omnibus vobis: memoriā vestri faciētes in orationibus nostris sine intermissione: B memores operis fidei vestre: ꝛ laboris ꝛ charitatis ꝛ sustinentie spe dn̄i nr̄i iesu xp̄i: ante deū ꝛ patrē nostrū. Scientes fratres dilecti a deo electionē vestrā: quia euangeliū nostrū non fuit ad vos in sermone tm̄: sed ꝛ in virtute ꝛ in sp̄ūsancto: ꝛ in plenitudine multa: sicut scitis quales fuerimus in vobis propter vos. C Et vos imitatores nostri facti estis: ꝛ domini: excipientes verbū in tribulatione multa cuꝫ gaudio sp̄ūsancti: ita vt facti sitis forma oībus credentibus in macedonia ꝛ in achaia. D A vobis eni diffamatus est sermo dn̄i non solum in macedonia ꝛ in achaia: sed ꝛ in omni loco fides vestra que est ad deū ꝓfecta est: ita vt non sit nobis necesse quicꝙ loqui. Ipsi eniꝫ de nobis annunciant qualē introitū habuerimus ad vos ꝛ quō conuersi estis ad deuꝫ a simulacris seruire deo viuo ꝛ vero: ꝛ expectare filiuꝫ eius d celis queꝫ suscitauit ex mortuis iesū q eripuit nos ab ira ventura. II

A N Am ꝛ ipsi scitis frēs introituꝫ nostrū ad vos qꝛ non inanis fuit: sꝫ ante passi multa ꝛ contumelijs affecti sicut scitis in philippis: fiduciā habuimus in deo nostro loqui ad vos euange

lium dei in multa sollicitudine. Exhorta/
tio enim nostra non de errore neq̃ de im
mundicia: neq̃ in dolo. sed sicut ꝓbati su
mus a deo vt crederetur nobis euangeliũ
ita loquimur non quasi hoĩbus placentes
s3 deo qui probat corda nostra. Neq̃.n.
aliquando fuimus in sermone adulatiõis
sicut scitis: neq̃ in occasione auaricie de⁹
testis est: nec querentes ab hoĩbus gl'iam
neq̃ a vobis neq̃ ab alijs cu3 possemus
vobis oneri esse vt xp̄i apostoli. S3 facti
sumus paruuli in medio vestru3 tanq̃ si
nutrix foueat filios suos ita desiderantes
vos cupide: volebamus tradere vobis:
non solum euangelium dei: sed etia3 aĩas
nostras: q̃m charissimi nobis facti estis.
Memores.n. facti estis fratres laboris
nostri ⁊ fatigationis: nocte ⁊ die operãtes
ne quem vestrum grauaremus: predica/
uimus in vobis euangelium dei. Vos te
stes estis: ⁊ deus q̃ sancte: ⁊ iuste: ⁊ sine
querela vobis q credidistis affuim⁹ sicut
scitis qualiter vnũquẽq̃ vestrum sicut pr̃
filios suos deprecantes vos ⁊ consolãtes
testificati sumus: vt ambularetis digne deo
qui vocauit vos in suum regnum ⁊ gl'ia3.
Ideo ⁊ nos gratias agimus deo sine in/
termissione: q̃m cum accepissetis a nobis
verbũ auditus dei: accepistis illud non vt
verbũ hoĩum: sed sicut est vere verbũ dei
qui operat̃ in vobis qui credidistis. Vos
enim imitatores facti estis frẽs ecclesiaꝝ
dei q̃ sunt in iudea in xp̄o iesu: q2 eadem
passi estis ⁊ vos a contribulibus vestris
sicut ⁊ ipsi a iudeis qui ⁊ dñm occiderunt
iesum ⁊ ꝓphetas ⁊ nos ꝑsecuti sunt ⁊ deo
non placent: ⁊ oĩbus hoĩbus aduersantur
ꝓhibentes nos gentibus loq vt salui fiãt
vt impleant peccata sua semp. Peruenit.n
ira dei super illos vsq̃ in finem. Nos aũt
fratres desolati a vobis ad tẽpus hore as/
pectu non corde abundantius festinaui/
mus faciem vestram videre cu3 multo de
siderio: q̃m voluimus venire ad vos ego
quidem paulus ⁊ semel ⁊ iterũ: sed ipedi/
uit nos sathanas. Que est enim nr̃a spes
aut gaudium: aut corona glorie? Nonne
vos ante dñm nr̃3 iesũ xp̄m in aduẽtu ei⁹
Vos.n. estis gl'a nr̃a ⁊ gaudiu3. III

PRopter qđ nõ sustinẽtes ampli⁹
placuit nobis remanere athenis
solis: ⁊ misimus timotheũ fratre3
nostꝝ ⁊ ministrum dei in euangelio xp̄i:
ad ꝯfirmandos vos ⁊ exhortãdos ꝓ fide
vr̃a: vt nemo moueat̃ in tribulationibus
istis. Ipsi eni scitis q2 in hoc positi sumus
Nam ⁊ cũ apud vos essemus: predicebã
mus vobis passuros nos tribulatiões: si
cut ⁊ factũ est ⁊ scitis. Propterea ⁊ ego am
plius nõ sustinẽs: nisi ad cognoscendũ fi
dem vr̃am: ne forte tẽptauerit vos is qui
temptat: ⁊ inanis fiat labor nr̃. Nunc au
tem veniente Thimotheo ad nos a vo/
bis ⁊ annunciante nobis fidem ⁊ charita
tem vr̃a3 ⁊ q2 memoriã nostri habetis bo
nã semper desiderantes nos videre sicut
⁊ nos quoq̃ vos: ideo ꝯsolati sumus fra
tres in vobis in omni necessitate ⁊ tribu/
latione nostra per fidẽ vr̃am: q̃m nunc vi
uimus: si vos statis cum dño. Quã eni3
grãꝝ actionẽ possumus deo retribuere ꝓ
vobis i omni gaudio quo gaudem⁹ pro/
pter vos añ deũ nostꝝ: nocte ac die abun
dantius orantes vt videamus faciẽ vr̃a3
⁊ compleamus ea que desunt fidei vestre
Ipse aũt de⁹ ⁊ pr̃ noster ⁊ dñs iesus xp̄s
dirigat viã nostrã ad vos. Vos aũt dñs
multiplicet: ⁊ abũdare faciat charitatẽ ve/
stram in inuicẽ ⁊ in oẽs: quẽadmodum ⁊
nos in vobis ad ꝯfirmanda corda vestra
sine querela in sanctitate ante deũ ⁊ patrẽ
nostꝝ in aduentu dñi nostri iesu xp̄i cũ oĩ
bus sanctis eius. Amen. IIII

DE cetero ergo fratres rogamus
vos ⁊ obsecramus i dño iesu: vt
quẽadmodum accepistis a nobis
quomodo oporteat vos ãbulare ⁊ place/
re deo: sic ⁊ ambuletis: vt abundetis ma
gis. Scitis eni que precepta dederim vo
bis per dñm iesum. ¶ Hec est eni volun/ Ro.12.a.
tas dei sanctificatio vestra vt abstineatis Eph.5.c.
vos a fornicatione: vt sciat vnusq̃sq̃ vr̃3
vas suum possidere in sanctificatiõe ⁊ ho
nore: nõ in passione desiderij sicut ⁊ gen/
tes que ignorant deũ. Et ne quis supgre
diatur neq̃ circũueniat in negocio fratrẽ
suum: quoniã vindex est dominus de his
omnibus sicut prediximus vobis: ⁊ testi
ficati sumus. Non enim vocauit nos de
us in immundiciam: sed in sanctificatio/
nem. Itaq̃ qui hec spernit: non hominẽ
spernit: sed deum: qui etiam dedit spiritũ
suum sanctum in nobis. ¶ De charitate Jo.15.c.
autem fraternitatis non necesse habuim⁹ i.Cor.4.d.

Eph.5.a. Phil.3.c 1.Jo.4.c.

scribere vobis. Ipsi enim vos adeo didicistis vt diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres: in vniuersa macedonia. Rogamus autē vos fratres: vt

C

abundetis magis: τ operam detis vt quieti sitis: τ vt vestrum negociū agatis: τ operemini manibus vestris sicut precepim⁹ vobis: τ vt honeste ambulantes ad eos q foris sunt: τ nullius aliquid desideretis. Nolumus autē vos ignorare fratres de dormientibus: vt non contristemini sicut τ ceteri qui spem non habent. Si eniʒ credimus q̄ iesus mortuus est: τ resurrexit ita τ deus eos qui dormierunt per iesum adducet cum eo. Hoc eniʒ vobis dicim⁹ in verbo domini: quia nos qui viuimus qui residui sumus in aduentu domini nō preueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse dn̄s in iussu τ in voce archangeli τ in tuba dei descendet de celo: τ mortui qui in xp̄o sunt resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam xp̄o in aera: τ sic semper cum domino erimus. Itaqꝫ consolamini inuiceʒ i verbis istis.

V

A

Ro.13.d. Apo.3.a 2.Pe.3.c.

De temporibus autē τ momentis fratres nō indigetis vt scribam⁹ vobis. ¶ Ipsi enim diligenter scitis qr dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum enim dixerint pax τ securitas tunc repentinus eis superueniet interit⁹: sicut dolor in vtero habentis: τ non effugient. Vos autem fratres non estis in tenebris vt vos dies ille tanq̄ fur comprehendat. Oēs enim vos filij lucis estis: τ

B

filij dei. Non sumus noctis neqꝫ tenebrarum. Igit̄ non dormiamus sicut τ ceteri: sed vigilemus τ sobrij simus. Qui enim dormiunt: nocte dormiunt: τ qui ebrij sūt

Esa.59. Eph.6.c.

nocte ebrij sunt. ¶ Nos aūt qui diei sum⁹ sobrij simus: induti loricam fidei τ charitatis τ galeam spem salutis: qm̄ non posuit nos de⁹ in iram: sed in acquisitione salutis per dn̄m nostrum iesum xp̄m q mortuus est pro nobis: vt siue vigilemus siue dormiamus: simul cū illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem: τ edificate alterutrum: sicut τ facitis. Rogam⁹ aūt

C

vos fratres vt noueritis eos qui laborant inter vos: τ presunt vobis in dn̄o: τ monent vos vt habeatis illos abundantius in charitate ꝑpter opus illoꝝ: τ pacem habete cum eis. Rogamus autem vos fratres corripite inquietos consolamini pusillanimes: suscipite infirmos: patiētes estote ad oēs. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat: sed semper quod bonum est sectamini in inuicem τ in omnes: ¶ Semp

D Eccle.18. Luc.18.c.

gaudete: sine intermissione orate: in oībus gratias agite. Hec est enim volūtas dei in xp̄o iesu: in omnibus vobis. Spūm nolite extinguere: ꝓphetias nolite spernere. Omnia auteʒ ꝓbate quod bonum est tenete ab oī specie mala abstinete vos. Ipse autem deus pacis sanctificet vos per oia vt integer spūs vester τ anima τ corp⁹ sine querela in aduentu dn̄i nostri iesu xp̄i seruetur. Fidelis est qui vocauit vos q etiaʒ faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes: in osculo sancto. Adiuro vos per dn̄m vt legatur epistola hec oībus sanctis fratribus. Gratia dn̄i nostri iesu xp̄i vobiscum. Amen.

¶ Explicit epistola Pauli ad Thessalonicenses prima. Incipit argumentum in epistolam secundam.

Ad thessalonicenses secundaʒ scribit epistolam apostolus: τ notū facit eis de temporibus nouissimis τ de aduersarij deiectione. Scribit hanc eplām ab atheniis per titum diaconeʒ τ onesimuʒ acolythum.

¶ Explicit argumentū. Incipit epistola Pauli ad Thessalonicenses secunda.

Capitulum. I

A

Paulus et siluanus τ timotheus: eccl'ie thessalonicēsiū i deo patre nr̄o τ dn̄o iesu xp̄o: gr̄a vobis τ pax a deo pr̄e nr̄o

B

τ dn̄o iesu xp̄o. Gratias agere debemus semper deo ꝓ vobis fratres: ita vt dignū est quoniā supercrescit fides vestra τ abūdat charitas vniuscuiusqꝫ vestrū in inuicē ita vt τ nosipsi in vobis gloriemur in ec-

clesijs dei ꝓ patientia vr̃a ꝛ fide ꝛ in om/
nibus ꝑsecutionibus vestris: ꝛ tribulati
onibus quas sustinetis in exemplū iusti iu
C
dicij dei: vt digne habeamini in regno dī
ꝓ quo ꝛ patimini: si tamen iustū ē apud
deum retribuere retributionem his q vos
tribulant: ꝛ vobis qui tribulamini requiē
nobiscum in reuelatione dn̄i iesu de celo
cum angelis virtutis eius in flāma ignis dā
tis vindictam his qui non nouerunt deū
ꝛ qui non obediunt euangelio dn̄i nostri
iesu xp̄i. Qui penas dabunt in interitu eter/
D
nas a facie dn̄i ꝛ a gloria virtutis eius: cū
venerit glorificari in sanctis suis ꝛ admira
bilis fieri in omnibus q crediderunt: qa
creditum est testimonium nostrū sup vos
in die illo. In quo etiam oramus semper
ꝓ vobis: vt dignet vos vocatione sua de
us noster: ꝛ impleat oēm voluntatē bonita
tis sue: ꝛ opus fidei in virtute: vt clarifice
tur nomen domini nostri iesu xp̄i in vo/
bis: ꝛ vos in illo: ſm gratiam dei nostri:
ꝛ domini iesu xp̄i. II

A
Rogamus aūt vos fratres per ad
uentū dn̄i nostri iesu xp̄i ꝛ nostre
ꝯgregationis in ipsum: vt nō cito
moueamini a vestro sensu neqꝫ terreami
ni neqꝫ per spūm neqꝫ per sermonē: neqꝫ
per epistolam tanqꝫ per nos missam: q̄si i
B
stet dies dn̄i. ¶ Ne quis vos seducat vllo
Mt.24.a
Mr.13.b
Luc.21.b.
Eph.5.b
.i.Cor.3.d.
Col.2.d.
modo. Qm̄ nisi venerit discessio primū
ꝛ reuelatus fuerit homo peccati filius p/
ditionis q aduersat ꝛ extollit supra omne
quod dicit deus: aut quod colitur: ita vt
in templo dei sedeat: ostēdens se tanqꝫ sit
deus. Non retinetis qꝫ cū adhuc essem
apud vos: h dicebā vobis. Et nunc quid
detineat scitis: vt reuelet in suo tp̄e. Nā
mysterium iam operatur iniqtatis tm̄: vt
q tenet: nunc teneat: donec d medio fiat.
C
Esa.11.
¶ Et nunc reuelabit ille iniquus quē dn̄s
iesus interficiet spū oris sui: ꝛ destruet illu
stratione aduentus sui eū cuius ē aduēt⁹
ſm opationē sathane i oī virtute ꝛ signis
et ꝓdigijs mendacibus: ꝛ in oī seductio/
ne iniquitatis his q pereūt: eo qꝫ charita/
tem veritatis nō receperūt vt salui fierent
Ideo mittet illis deus opationē erroris:
vt credāt mendacio: vt iudicent oēs qui
nō crediderūt veritati sed ꝯsenserūt iniq
D
tati. Nos aūt debemus gratias agere deo
semp ꝓ vobis fr̄es dilecti a deo qꝫ elege/
rit nos deus p̄mitias in salutē i sanctificati
one spūs ꝛ in fide veritatis: in qua ꝛ vo/
cauit vos p euangeliū nr̄m in acq̄sitione
glie dn̄i nr̄i iesu christi. itaqꝫ fr̄es state et
tenete traditiones q̄s didicistis: siue p ser
monē: siue p epistolā nr̄am. Ipse aūt dn̄s
nr̄ iesus christus ꝛ de⁹ ꝛ pater nr̄ q dilexit
nos: ꝛ dedit ꝯsolationē eternam ꝛ spem
bonā in grā: exhortet corda vestra ꝛ ꝯfir
met in omni opere ꝛ sermone bono. III

De cetero fr̄es orate ꝓ nobis vt ſmo
A
dei currat ꝛ clarificetur sicut et
apud vos: ꝛ vt liberemur ab im
portunis ꝛ malis hoib⁹. Nō eni oīum est
fides. Fidelis aūt deus ē q confirmabit
vos: ꝛ custodiet a malo. Cōfidim⁹ autem
B
de vobis fr̄es i dn̄o: qm̄ quecūqꝫ precipi
m⁹: ꝛ facitis ꝛ facietis. Dn̄s aūt dirigat cor
da vestra in charitate dei: ꝛ patientia xp̄i
Denūciamus aūt vobis fratres i nomie
dn̄i nr̄i iesu xp̄i: vt ſb trahatis vos ab oī fr̄e
ambulāte inordinate: ꝛ nō ſm traditionē
quam acceperunt a nobis. Ipsi eni scitis
queādmodum oporteat imitari nos: qm̄
nō iquieti fuimus int vos neqꝫ gratis pa
2.Cor.11.d.
nē manducauim⁹ ab aliq: ſꝫ in labore ꝛ
fatigatione: nocte ac die opantes: ne quē
vestrū grauaremus. Nō q̄si nō haberi
C
mus ptātē: ſꝫ vt nosmetipsos formā da/
remus vobis ad imitandū nos. Nā ꝛ cū
eēmus apud vos: hoc denūciabamus vo
bis: qm̄ si qs non vult opari: nec mādu/
cet. Audiuimus eni int vos q̄sdā ābulā
tes in qete: nihil opātes: ſꝫ curiose agē/
tes. His aūt q eiusmodi sunt denūciam⁹
ꝛ obsecramus i dn̄o iesu christo: vt cū si/
lentio operātes suum panē manducent.
Gal.6.b
¶ Vos aūt fr̄es nolite deficere bn̄facientes
D
Qd si qs non obedierit ṽbo nr̄o: p epi/
stolā hūc notate: ꝛ non commisceamini cū
illo vt confūdat. Et nolite q̄si inimicum
existimare: ſꝫ corripite vt fratrē. Ipse aūt
deus pacis det vobis pacē sempiternam in
oī loco. Dn̄s sit cū oībus vobis. Saluta/
tio mea manu pauli: qd est signū in omni
epistola. Ita scribo. Gratia dn̄i nr̄i iesu
christi cum omnibus vobis. Amen.

Explicit ep̄la Pauli ad Thessalonicē/
ses secūda. Incipit argumētū in ep̄lā ad
Timotheū primā.

Timotheū instruit ꝛ docet de ordinatione episcopatus ꝛ diaconij: ꝛ oīs ecclesiastice disci/pline scribens ei a laodicia ꝑ tychicum diaconem.

¶ Explicit argumētū. Incipit epl'a pauli ad Timotheum prima. Caplm. I

A Paulus apostolus iesu xp̄i: ſm̄ imperiū dei ſaluatoris nostri ꝛ xp̄i iesu ſpei nr̄e timotheo dilecto filio in fide: gratia ꝛ miſericordia ꝛ pax a deo patre ꝛ xp̄o iesu dn̄o nr̄o. Sicut rogaui te vt remaneres ephesi cū irem in macedoniā: vt denunciares qbusdā ne aliter docerent: neqꝫ itenderēt fabulis ꝛ genealogijs iterminatis: q̄ questiones preſtant magis q̄ edificationem dei q̄ est in fide. Finis aūt precepti ē charitas: de corde puro ꝛ conſcientia bona: ꝛ fide non ficta. B A quibus qdam aberrātes conuerſi ſunt in vaniloquiū: volentes eē legis doctores: nō intelligentes: neqꝫ que loquunt̄: neqꝫ de quibus affirmāt. ¶ Scimus aūt qꝛ bona est lex ſiquis ea legitime vtat̄: ſcientes hoc qꝛ lex iuſto non eſt poſita: ſed iniuſtis ꝛ non ſubditis: ¶ impijs ꝛ pctōribus: ſceleratis ꝛ ꝯtaminatis: patricidis ꝛ matricidis: homicidis: fornicarijs: maſculoꝝ ꝯcubitoribus: plagiarijs: mēdacibus ꝛ periuris: ꝛ ſiqd aliud ſane doctrine aduerſat̄: q̄ eſt ſm̄ euangeliū glorie beati dei qd̄ creditū eſt mihi. C Grās ago ei q me ꝯfortauit in xp̄o iesu dn̄o nr̄o: qa fidelē me exiſtimauit ponens in miniſterio. Qui prius blaſphemus fuit ꝛ perſecutor ꝛ contumelioſus: ſed miſericordiaꝫ dei perſecut⁹ ſū: qꝛ ignorāns feci in icredulitate. Supabundauit autē gratia dn̄i nr̄i cum fide ꝛ dilectione que eſt in xp̄o iesu. Fidelis ſermo ꝛ oī acceptione dignus: qꝛ chriſtus iesus venit in hunc mundū peccatores ſaluos facere: quoꝝ prim⁹ ego ſuꝫ D Sed ideo miſericordiam conſecutus ſum vt in me primo oſtēderet xp̄s iesus oēm potentiā ad informationē eoꝝ qui credituri ſunt illi in vitam eternam. Regi autēꝫ ſeculoꝝ imortali inuiſibili ſolo deo honor ꝛ gloria: in ſecula ſeculoꝝ amen. Hoc p̄ceptū cōmendo tibi fili timothee ſm̄ precedentes in te prophetias: vt milites in illis bonam militiam habens fidē ꝛ bonā conſcientiam. Quā quidam repellentes circa fidem naufragauerūt ex quibus eſt hymeneus ꝛ alexander: quos tradidi ſathane: vt diſcāt nō blaſphemare. II

Rom.7.c. Gal.4.a. Exo.20.ꝛ.21 Leuit.19. i.Cor.6.c.

A Obſecro igitur ꝑmum oīum fieri obſecratōes: orōnes: poſtulatōes gratiaꝝ actiones ꝓ oibus hoīb⁹ ꝓ regib⁹ ꝛ omnibus qui in ſublimitate cō ſtituti ſunt: vt quietam ꝛ tranquillaꝫ vitā agamus in omni pietate ꝛ caſtitate. B Hoc enim bonum eſt ꝛ acceptum coram ſaluatore noſtro deo: qui oēs hoīes vult ſaluos fieri: ꝛ ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim deus: vnus ꝛ mediator dei ꝛ hoīum homo xp̄s iesus: q dedit redemptionem ſemetipm̄ ꝓ omnibus. Cuius teſtimonium temporib⁹ ſuis confirmatū eſt: in quo poſit⁹ ſū ego predicator ꝛ apl's C Veritatem dico non mentior: doctor gentium in fide ꝛ veritate. Volo ergo viros orare in omni loco: leuantes puras manus ſine ira ꝛ diſceptatione. Similiter ꝛ mulieres in habitu ornato cum verecundia ꝛ ſobrietate ornantes ſe: non in tortis crinibus: aut auro: aut margaritis vl' veſte precioſa: ſed qd̄ decet mulieres ꝓmittentes pietatem ꝑ opera bona. D Mulier in ſilentio diſcat: cum oī ſubiectione. Docere autē mulieri non permitto neqꝫ dn̄ari in virum: ſed eſſe in ſilentio. Adam eniꝫ primus formatus ē: deinde eua: ꝛ adā nō eſt ſeductus: mulier aūt ſeducta in p̄uaricatione fuit. Saluabitur aūt per filioꝝ generationē ſi ꝑmanſerit in fide ꝛ dilectiōe ꝛ ſāctificatione cū ſobrietate. III

A Fidelis ſermo. Siquis ep̄atuꝫ deſiderat bonum opus deſiderat. ¶ Oportet enim ep̄m irrep̄henſibilem eſſe: vnius vxoris virum: ſobrium ornatum: prudentem: pudicum: hoſpitalem: doctorem: non vinolentuꝫ: non percuſſorem: ſed modeſtum: non litigioſum non cupidum: ſed ſue domui bene prepoſitum: filios habenteꝫ ſubditos cuꝫ omni caſtitate. Siquis autem domui ſue p̄eſſe neſcit: qūo eccleſie dei diligentiā habebit: B Non neophituꝫ ne in ſuperbiā elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet auteꝫ

Ad Titū.i.b

τ illū teſtimoniū habere bonū ab hisq fo/
riſſunt: vt non in opprobriū incidat τ in
laqueū diaboli. Diaconeſ ſimilit̄ pudicos
non biliguesſ: nō multo vino deditos: nō
turpe lucrū ſectanteſ: habenteſ myſteriuꝫ
fidei in cōſciētia pura. ¶ Et hi aūt ꝓben/
tur primū: τ ſic miniſtrent nullū crimen
habenteſ. Mulieres ſil'iter pudicas: non
detrahēteſ: ſobriaſ: fideleſ i omnib⁹. Di
aconeſ ſint vniuſ vxoriſ viri qui filijſ ſuiſ
bene preſint: τ ſuis domibus. Qui.n.bñ
adminiſtrauerint gradū bonuꝫ ſibi acqui
rent: τ mltam fiduciā in fide q̄ eſt in xp̄o
ieſu. Hec tibi ſcribo fili timothee ſperās
me venire ad te cito. Si aūt tardauero: vt
ſcias quō oporteat te in domo dei conuerſa
ri: que eſt eccleſia dei viui colūna τ firma
mentū veritatis. Et manifeſte magnū eſt
pietatis ſacramentū quod manifeſtatū eſt
in carne: iuſtificatum eſt in ſpiritu: appa/
ruit angelis: predicatuꝫ eſt gentibus: cre
ditū ē in mūdo: aſſūptū ē i gloria. IIII

Spiritus aūt manifeſte dicit: ¶ qꝛ
in nouiſſimis tēporibus diſcedāt
quidā a fide: attendentes ſpiritib⁹
erroris τ doctrinis demonioꝝ in hypo/
criſi: loquentium mendacium τ cauteria/
tam habentium ſuam conſcientiam ꝓhi/
bentium nubere: abſtinete a cibis quos d̄
us creauit ad percipiendū cum gratiaruꝫ
actione fidelibus: τ his qui cognouerunt
veritatem. Quia oīs creatura dei bona ē
τ nihil reijciendū qd̄ cum gratiaꝝ actiōe
percipitur. Sanctificatur enim per ver/
bū dei τ orationem. Hec proponens fra
tribus: bonus eris miniſter xp̄i ieſu: enu
tritus verbis fidei τ doctrine quam aſſe/
cutus es. ¶ Ineptas aūt τ inanes fabulaſ
deuita. Exerce aūt temetipſum ad pietatē
Nam corporalis exercitatio ad modicum
vtilis eſt. Pietas aūt ad omnia vtilis: ꝓ
miſſionem habens vite: que nūc eſt τ fu/
ture. Fidelis ſermo: τ omni acceptiōe di
gnus. In hoc enim laboramus τ maledi
cimur: qꝛ ſperamus in deuꝫ viuum q eſt
ſaluator oium hominū: maxime fidelium
Precipe hec τ doce. ¶ Nemo adoleſcen/
tiam tuam contemnat: ſed exemplo eſto fi
delium in verbo: in conuerſatione: i cha/
ritate: in fide: in caſtitate. Dum venio at
tende lectioni: exhortationi τ doctrine.
Noli negligere gratiam que in te eſt que
data eſt tibi per ꝓphetiam cum impoſitio
ne manuū preſbyterij. Hec meditare in
his eſto: vt ꝑfectus tuus manifeſtus ſit
omnibus. attende enim tibi τ doctrine: in
ſta in illis. Hoc enim faciens: τ teipſū ſal
uū facies: τ eos qui te audiunt. V

Seniorem ne increpaueris: ſꝫ ob
ſecra vt patrē. Iuuenes vt frēs
anus vt matreſ: iuuenculas vt ſo
rores in oi caſtitate. Viduas honora: q̄
vere vidue ſunt. Si qua aūt vidua filios
aut nepotes habet diſcat primū domū ſuā
regere: τ mutuam vicē reddere parenti/
bus. Hoc enim acceptū ē corā deo. Que
aūt vere vidua ē: τ deſolata ſperet in deū
τ inſtet obſecrationib⁹ τ orōnibus nocte
τ die. Nā q̄ i delicijs ē: viuēs mortua ē.
Et h̄ precipe: vt irreꝑhenſibiles ſint. Si
qs autem ſuorum τ maxime domeſticoꝝ
curaꝫ non habet fidem negauit: τ eſt in fi
deli deterior. Vidua eligatur nō minus
ſexaginta annoꝝ: que fuerit vnius viri
vxor: i operib⁹ bonis teſtimoniū habens
ſi filios educauit: ſi hoſpitio recepit: ſi ſan
ctoꝝ pedes lauit: ſi tribulationē patiētib⁹
ſūminiſtrauit: ſi oē opus bonū ſubſecuta
ē. Adoleſcentiores autēꝫ viduas deuita.
Cum eni luxuriate fuerint in xp̄o nubere
volūt habentes dānationem: quia primā
fidem irritā fecerunt. Simul aūt τ ocioſe
diſcūt circuire domos: non ſolum ocioſe:
ſed τ verboſe τ curioſe: loquentes que nō
oportet. Volo autēꝫ iuniores nubere: fili
os ꝓcreare: matreſfamilias eſſe: nullam
occaſioneꝫ dare aduerſario maledicti grā
Iam enim quedam conuerſe ſunt retro
poſt ſathanā. Siquis fidelis habet vidu/
as ſūminiſtret illis: ut nō grauet eccleſia:
vt his que vere vidue ſunt ſufficiat. Qui
bene preſunt pſbyteri duplici honore di/
gni habeant: maxime q laborant i xbo τ
doctrina. Dicit eni ſcriptura. ¶ Nō alli/
gabis os bouis triturantis: τ dignus ē opa
rius mercede ſua. Aduerſus preſbyterū
accuſationē noli recipere: niſi ſub duob⁹
aut tribus teſtibus. Peccantes corā om
nib⁹ argue: ut ceteri timorē habeāt. Te/
ſtor corā deo τ xp̄o ieſu: τ electis āgelis ei⁹

C
Cor.4.a.
Cor.6.a.
ii.c.
D
A
1.Timo.3.a
1.Pe.3.a.
B
Timot.2.d.
C
Prouer.24.
Job.13.c.
D
A
Deut.25.
D

ut hec custodias sine preiudicio: nihil faciens in alterã partẽ declinando. Manus cito nemini iposueris: neqȝ cõmunicaueris peccatis alienis. Teipsuȝ castum custodi. Noli adhuc aquam bibere sed modico vino vtere: propter stomachum tuũ et frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt precedentia ad iudicium: quorundam autem et subsequuntur. Similiter et facta bona manifesta sunt: et que aliter se habent abscondi non possunt. VI

a Quicunqȝ sũt sub iugo serui dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomẽ domini et doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos nõ contemnant quia fratres sunt: sed magis seruiant: quia fideles sunt et dilecti: qui beneficii participes sunt hec doce et exhortare. Si quis aliter docet: et non acquiescet sanis sermonibus domini nostri iesu xpi et ei que secundum pietatem est doctrine: superbus: nihil sciens: sed languens: circa questiones: et pugnas verborum: et quibus oriuntur inuidie contentiones: blasphemie: suspiciones male conflictationes: hominum mente corruptorum qui a veritate priuati sunt: existimantium questum esse pietatẽ. ¶ Est aũt questus magnus pietas cũ sufficientia. Nihil enim intulimus in hũc mundum: haud dubium quia nec auferre quid possumus. Habentes autem alimenta et quibus tegamur: his contẽti simus. Nam qui volunt diuites fieri: incidunt in temptationem et in laqueum diaboli: et desideria multa inutilia et nociua: que mergunt homines i interitum et perditionem. ¶ Radix enim omnium malorum est cupiditas quam quidam appetentes errauerunt a fide: et inseruerunt se doloribus multis. Tu autẽ o homo dei hec fuge. ¶ Sectare vero iusticiam: pietatem fidem: charitatem: patientiam: mansuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam eternam in qua vocatus es: et confessus bonam confessionem coram multis testibus. ¶ Precipio tibi coram deo: qui iustificat omnia et christo iesu qui testimoniuȝ reddidit sub pontio pilato bonam confessionem: vt serues mandatum sine macula irreprehẽsibile vsqȝ in aduẽtum domini nostri iesu xpi: quẽ suis temporibus ostendet beatus et solus potens: ¶ rex regum et dñs dominantiũ: qui solus habȝ immortalitatẽ: et lucem habitat inaccessibilem: quem nullus hominum vidit: sȝ nec videre põt: cui honor et iperiũ sempiternum. Amen. Diuitibus huius seculi precipe non sublime sapere: neqȝ sperare in incerto diuitiarum: sed in deo viuo qui prestat nobis omnia abunde ad fruendum bene agere: diuites fieri in bonis operibus facile tribuere: cõicare thesaurizare sibi fundamentũ bonũ in futurum: vt apprehendant bonam vitã. O timothee depositũ custodi deuitans prophanas vocum nouitates et oppositiones falsi nominis sciẽtie quam quidam promittentes circa fidẽ exciderunt. Gratia tecum. Amen.

Marginal notes: b; C; Eccle. v. Job. i; Eccle. x; 1. Timo. 2. d; D; Apoc. 19. c.

Explicit epl'a pauli ad Timotheuȝ p'ma.

Incipit argumentũ in epl'aȝ secundam.

Item timotheo scribit de exhortatiõe martyrii et omni regula veritatis: et quid futuruȝ sit temporibus nouissimis: et de sua passiõe: scribẽs ei ab vrbe romana

Explicit argumentum.

Incipit epistola Pauli ad Timotheum secunda. Capitulum. I

a Paulus apostolus iesu xpi p voluntatẽ dei sȝ pmissiõeȝ vite q̃ est in xpo iesu: timotheo charissimo filio: gratia et misericordia et pax a deo pre nro. Gras ago deo meo cui seruio a pgenitoribus meis i consciẽtia pura: q sine intermissiõe habeã tui memoriã i orõnibus meis: nocte ac die desiderãs te videre. Memor lachrymarum tuarũ vt gaudio iplear. Recordationẽ accipiẽs eius fidei que ẽ in te nõ ficta: que et habitabit

b

uit primũ in auia tua loide et mrẽ tua euni/ce: certus sũ aũt quod et in te. Propter quã cãz amoneo te: vt resuscites grãz dei q̃ est in te per impositionẽ manuũ mearum. Non enim dedit nobis deus spiritum timoris. sed virtutis et dilectionis et sobrietatis. ¶ Noli itaque erubescere testimonium dñi nostri neque me vinctũ eius: sed collabora euangelio secundum virtutem dei: qui nos liberauit et vocauit vocatione sua sãcta: nõ secundum opa nr̃a: sed secundum propositũ suũ et grãm q̃ data ẽ nobis in christo iesu añ tpa secularia. Manifestata ẽ aũt nunc per illuminationẽ saluatoris iesu christi qui destruxit quidez mortem: illuminauit autez vitã et incorruptionẽ per euangelium in q̃ positus sum ego predicator et apostolus et magister gẽtiũ Ob quã cãm etiã hec patior: sed non confundor. Scio enim cui credidi: et certus sum quia potens ẽ depositũ meũ seruare i illuz diem. Formam habe sanorum verboruz q̃ a me audisti i fide et in dilectiõe: i christo iesu: Bonũ depositum custodi per spiritũ sanctum qui habitat in nobis: Scis eniz hoc quod auersi sunt a me oẽs qui in asia sũt ex quibus est philetus et hermogenes. Det misericordiaz dñs onesifori domui: quia sepe me refrigerauit: et catenam meã nõ erubuit: sed cũ romam venisset sollicite me quesiuit et inuenit. Det illi dominus inuenire misericordiã a deo i illa die. Et quanta ephesi ministrauit mihi tu melius nosti.

II

Tu ergo fili mi confortare i gratia q̃ est i christo iesu: et q̃ audisti a me per multos testes hec commẽda fidelibus hominibus qui idonei erunt et alios docere. Labora sicut bonus miles christi iesu. Nemo militãs deo implicat se negocijs secularibus vt ei placeat cui se probauit. Nam et qui certat i agone non coronabitur: nisi qui legitime certauerit. ¶ Laborantem agricolam oportet primum de fructibus accipere. Intellige q̃ dico: dabit enim tibi dominus in oĩbus intellectuz. Memor esto dñm iesum christum resurrexisse a mortuis ex semine dauid secundum euangelium meum in quo laboro vsque ad vincula: quasi male operans: sed verbum dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: vt ipsi salutem consequatur que est in christo iesu cũ gloria celesti. Fidelis sermo. Nam si cõmorati sumus: et conuiuemus: si sustinebimus et conregnabimus: si negauerimus et ille negabit nos: si non credimus ille fidelis permanet. negare seipsum nõ potest. Hec commone testificans coram deo. Noli contendere verbis: ad nihil enim vtile est nisi ad subuersionem audiẽtium Sollicite autem cura teipsum probabilẽ exhibere deo: operarium inconfusibilem recte tractantis verbum veritatis. Prophana autez et vana eloquia deuita. Multũ enim proficiunt ad impietatem: et sermo eorũ vt cãcer serpit. Ex quibus est hymeneus et philetus: qui a veritate exciderũt dicentes: resurrectionem iam factaz et subuerterunt quorundam fidem. ¶ Sed firmum fundamentum dei stat. habens signaculum hoc. Cognouit dominus qui sunt eius: et discedit ab iniquitate omnis qui inuocat nomen dñi. In magna autez domo non solum sunt vasa aurea et argẽtea: sed lignea et fictilia: et q̃dam quidez in honorem: quedam autem in contumeliã Siquis ergo emundauerit se ab istis. erit vas in honorem sanctificatum: et vtile domino: ad omne opus bonum paratuz ¶ Iuuenilia aũt desideria fuge: sectare iusticiam fidem: spem: charitatem: et pacez cum his qui inuocant dñm de corde puro Stultas autem et sine disciplina questiões deuita: sciens aũt quia generant lites. Seruuz autẽ domini non oportet litigare: sed mãsuetũ eẽ ad oẽs: docibilem: patientẽ: cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati: ne quãdo deus det illis penitentiam ad cognoscendaz veritatem: et resipiscãt a diaboli laqueis a quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.

III

Hoc autez scio quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa et erunt homines seipsos amantes cupidi: elati superbi blasphemi: parentibus non obedientes ingrati: scelesti: sine affectione: sine pace: criminatores: incontinentes: immites: sine benignitate: proditores: proterui: tumidi: et voluptatuz amatores magis quam dei: habentes speciem quidem pie/

Marginalia: C; Ad titũ. 3. b; D; A; i. Cor. 9. b. B; C; i. Cor. 3. b.; D; i. Timo. 3. b; i. Timo. 6. c.; Ad titũ. 3. c.; A; i. Timo. 4. a; 2. Pe. 3. a.

latis: virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant domos: et captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis que ducuntur varijs desiderijs: semper discedentes nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem iamnes et mambres restiterunt moysi: ita et hi resistunt veritati: homines corrupti mente: reprobi circa fidem sed vltra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus sicut et illorum fuit. Tu autem assecutus es meam doctrinam: institutionem: propositum: fidem: longanimitatem: dilectionem: patientiam: persecutiones passiones: qualia mihi facta sunt antiochie iconio listris: quales persecutiones sustinui: et ex omnibus me eripuit dominus: et omnes qui volunt viuere in christo iesu persecutionem patientur.

D

Mali autem homines et seductores proficiunt in peius: errantes et in errorem mittentes. Tu vero permane in his que didicisti et credita sunt tibi: sciens a quo didiceris. Et quia ab infantia sacras literas nosti: que te possunt instruere ad salutem per fidem que est in christo iesu. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum: ad arguendum: ad corripiendum ad erudiendum in iustitia: vt perfectus sit homo dei ad omne opus bonum instructus. IIII

A

Testificor coram deo et iesu christo qui iudicaturus est viuos et mortuos: et per aduentum ipsius et regnum eius: predica verbum: insta oportune: importune argue: obsecra: increpa in omni pacientia et doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desideria coaceruabunt sibi magistros prurientes auribus: et a veritate quidem auditum auertent: ad fabulas autem conuertentur.

B

Tu vero vigila in omnibus labora: opus fac euangeliste: ministerium tuum imple: sobrius esto. Ego enim iam delibor: et tempus resolutionis mee instat. Bonum certamen certaui: cursum consumaui: fidem seruaui. In reliquo reposita est mihi corona iustitie quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solum autem mihi: sed et his qui diligunt aduentum eius. Festina ad me venire cito. Demas enim me reliquit diligens hoc seculum: et abijt thessalonicam: crescens in galatiam: titus in dalmaciam: lucas est mecum solus. ¶ Marcum assume et adduc tecum: est enim mihi vtilis in ministerio. Tichicum autem misi ephesum. Penulam quam reliqui troade apud carpum veniens affer tecum: et libros: maxime autem et membranas. Alexander erarius multa mihi ostendit: reddet illi dominus secundum opera eius quem et tu deuita. Valde enim restitit verbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit: sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. Dominus autem mihi astitit: et confortauit me: vt per me predicatio impleatur: et audiant omnes gentes: et liberatus sum de ore leonis. Liberauit me dominus ab omni opere malo: et saluum faciet regnum suum celeste cui gloria in secula seculorum. Amen. Saluta priscam et aquilam et onesifori domum. Erastus remansit corinthi: trophimum autem reliqui infirmum myleti. Festina ante hyemem venire. Salutant te eubolus et pudens et linus et claudia et fratres omnes. Dominus iesus christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

Col. 4. c.

Explicit epistola Pauli ad Timotheum secunda. Incipit argumentum in epistolam ad Titum.

Titum commonefacit et instruit de constitutione presbyteri et de spirituali conuersatione et hereticis vitandis qui traditionibus iudaicis credunt: scribens ei a nicopoli.

Explicit argumentum. Incipit epistola Pauli ad Titum. Capitulum. I

A

Paulus seruus dei: apostolus autem iesu christi secundum fidem electorum dei et agnitionem veritatis: que secundum pietatem est in spem vite eterne quam promisit qui non mentitur deus ante tempora secularia: manifestauit autem temporibus suis verbum suum in predicatione: que credita est mihi secundum preceptum saluatoris nostri dei: tito dilecto filio secundum communem fidem gratia et pax a deo patre et christo iesu saluatore nostro. Huius

B

rei grã reliq̃ te crete: vt ea que desũt corri gas: τ cõstituas p ciuitates pŕbyteros sic τ ego disposui tibi: si q̃s sine crimine est vnius vxoris vir filios habẽs fideles nõ i accusatione luxurie: aut non subditos. ¶ Oportet. n. epm sine crimine esse sicut dei dispensatorẽ: nõ sugbũ: nõ iracũduʒ: nõ vinolẽtũ: nõ pcussorẽ: non turpis lu- cri cupidũ: sed hospitalẽ: benignũ: sobriũ iustũ: scm̃ continentẽ: amplectentẽ euʒ q̃ s̃m doctrinã ẽ: fidelẽ sermonẽ: vt potẽs sit exhortari in doctrina sana: τ eos q̃ con tradicunt arguere. Sũt eni multi etiã ino bedientes vaniloq̃: τ seductores maxie q̃ de circũcisione sũt: quos oʒ redargui: qui vniuersas domos subuertunt: docentes q̃ nõ oportet turpis lucri grã. Dixit qui- dã ex illis ,pprius ipsoꝝ ,ppheta. Creten ses semp mendaces: male bestie: ventris pigri. Testimoniũ h̃ veꝝ ẽ. Quã ob cãʒ increpa illos dure: vt sani sint in fide: nõ intendẽtes iudaicis fabulis: τ mandatis hoium auersantiũ se a veritate. Oia mũ da mundis: coinquinatis aũt τ infidelibus nihil ẽ mũdum: sed coinquinate sunt eoꝝ τ mẽs τ conscientia. Confitentur nosse de um factis autẽ negãt cũ sint abhominati i credibiles: τ ad omne opus bonum re- probi.

II

Tu aũt loquere q̃ decẽt sanam do ctrinã. Senes vt sobrij sint pudi ci prudẽtes: sani in fide: in dilecti one: in patientia. Anus similiter in habi tu scõ non criminatrices: nõ multo vino seruientes bene docentes vt prudẽtiã do ceant. Adolescẽtulas vt viros suos amẽt filios suos diligant prudẽtes: castas: so- brias: domus curã habentes benignas: subditas viris suis: vt nõ blasphemetur ṽbũ dĩ. Juuenes sil'r hortare vt sobrij sint. In oibus teipm̃ p̃be exẽplũ bonoꝝ opeꝝ: in doctrina: in integritate: in graui tate. Verbũ sanum irreprehensibile: vt is qui ex aduerso ẽ vereat̃: nihil hñs maluʒ dicere de nobis. ¶ Seruos dñis suis sub ditos esse: in oibus placẽtes: nõ cõtradi- centes: nõ fraudãtes: sed in oibus fidem bonã ostendentes: vt doctrinã saluatoris nostri dei ornẽt in oibus. Apparuit eniʒ grã dei: τ saluatoris nr̃i oibus hoib' eru diens nos: vt abnegãtes impietatẽ τ secu laria desideria: sobrie τ iuste: τ pie viua- mus in hoc seculo: expectãtes beatã spem τ aduentũ glorie magni dei: τ saluatoris nr̃i iesu xp̃i: q̃ dedit semetipsum ,p nobis: vt nos redimeret ab oi iniq̃tate: τ mũda- ret sibi populũ acceptabilẽ sectatorẽ bono rũ opeꝝ. Hec loquere τ exhortare: τ ar- gue cũ oi ipio. Nemo te cõtẽnat.

III

Admone illos p̃ncipib' τ potesta tibus subditos esse dicto: obedire ad oẽ opus bonũ paratos eẽ: ne- minẽ blasphemare: non litigiosos eẽ: sed modestos oẽm ostẽdentes mansuetudinẽ ad oẽs hoĩes. Eram'. n. aliquãdo τ nos insipiẽtes τ increduli: errãtes: seruientes desiderijs τ voluptatibus varijs: in mali cia τ inuidia agẽtes: odibiles: odientes i uicẽ. Cũ aũt benignitas τ humanitas ap paruit saluatoris nr̃i dei. ¶ nõ ex operib' iustitie q̃ fecim' nos: sed s̃m misericordiã suã saluos nos fecit: p lauacrũ regenera tionis τ renouationis sp̃ũsancti: quẽ effu dit in nos abũde p iesum xp̃m saluatoreʒ nr̃ʒ: vt iustificati grã ipsius heredes sim' s̃m spem vite eterne. Fidelis s̃mo est. Et de his volo te ɔfirmare: vt curent bonis opibus preesse q̃ credũt deo. Hec sũt bo na τ vtilia hoibus. ¶ Stultas aũt questio nes τ genealogias τ contẽtiões τ pugnas legis deuita. Sunt eniʒ inutiles τ vane. Hereticum hoiem post vnã τ secundam correptionẽ deuita sciẽs q̃: subuersus est q̃ eiusmodi ẽ: τ delinq̃t cũ sit ,pprio iudi- cio ɔdẽnatus. Cũ misero ad te arteman aut tychicũ: festina ad me vẽire nicopoliʒ Ibi enim statui hyemare. Zenaʒ legispe ritũ τ apollo sollicite p̃mitte: vt nihil illis desit. Discãt aũt τ vestri bonis operibus p̃esse ad vsus necessarios: vt nõ sint ifru ctuosi. Salutãt te q̃ mecũ sunt oẽs. Salu ta eos q̃ nos amant i fide. Gratia dei cũ omnibus vobis. Amen.

Explicit epistola Pauli ad Titum.

Incipit argumentum in epistolam ad Philemonem.

i. Timo. 3. a. · C · D · A · B · C · Eph. 6. a. Col. 3. d. i. Pe. 2. c. · D · A · B · 2. Timo. i. c. · C · i. Timo. i. s · D

P P

Philemoni familiares lr̄as facit p onesimo seruo eius: scribēs ei ab vrbe Roma de carcere p suprascriptū onesimū.

Explicit argumentū. Incipit epistola Pauli ad Philemonem. Caplm. I

A

P P

Aulus uinct⁹ xp̄i iesu ꝛ timotheus frater: philemoni dilecto adiutori nr̄o ꝛ appie sorori charissime ꝛ archippo cōmilitoni nr̄o: ꝛ eccl'ie q̄ in domo tua est gratia vobis ꝛ pax a deo patre nr̄o ꝛ dn̄o iesu xp̄o. Gratias ago deo meo semp memoriā tui faciēs in orōnib⁹ meis audiēs charitatē tuā ꝛ fidē quā habes in dn̄o i su: ꝛ i oēs sanctos: vt cōicatio fidei tue euidens fiat in agnitiōe omis opis boni in xp̄o iesu.

B

Gaudiū eni magnū habui ꝛ consolationē in charitate tua q: viscera scōꝝ requieuerūt per te frater. Propter qd̄ multā fiduciā habēs in xp̄o iesu imperādi tibi qd̄ ad rē ptinet: ꝓpter charitatē mag' obsecro cū sis talis vt paulus senex: nūc aūt ꝛ vinctus iesu xp̄i: obsecro te p meo filio quē genui in vinculis onesimo q tibi aliqn̄ inutilis fuit: nūc aūt ꝛ mihi ꝛ tibi vtilis: quē remisi tibi.

C

Tu āt illū vt mea viscera suscipe. Quē ego voluerā mecū detinere: vt p te mihi ministraret in vinculis euāgelij. Sine ꝯsilio autē tuo nihil volui facere vti ne velut ex necessitate bonū tuū esset: sed volūtariū. Forsitā eni ideo discessit ad horā a te: vt in eternū illū recipies: iā nō vt seruū sed p seruo charissimū frēm: maxime mihi.

D

Quanto aūt magis tibi: ꝛ in carne ꝛ in dn̄o. Si ḡ habes me sociū: suscipe illuz sicut me. Si aūt aliqd nocuit tibi aut debet: h̄ mihi imputa. Ego paulus scripsi mea manu: ego reddā vt non dicā tibi q ꝛ teipsū mihi debes. Ita frater ego te fruar in dn̄o: refice viscera mea in xp̄o. Cōfidēs in obedientia tua scripsi tibi: sciēs qm̄ ꝛ sup id qd̄ dico facies. Simul ꝛ para mihi hospitium: nā spero p orōnes vr̄as donari me vobis. Salutat te epaphras cocaptiuus meus in xp̄o iesu: marcus aristarchus: demas: et lucas adiutores mei. Gratia dn̄i nr̄i iesu xp̄i cū spiritu vestro. Amen.

Explicit ep'la Pauli ad Philemonē.

Incipit argumentum in epistolam ad Hebreos.

I

In primis dicendum est cur apostolus paulus in hac epistola scribenda non seruauerit morem suū vt vel vocabulum nominis sui vel ordinis describeret dignitatem. Hec causa est: q ad eos scribens qui ex circuncisione crediderant quasi gentium apostolus ꝛ non hebreoꝝ: sciens quoq3 eorum superbiam: suamq3 humilitatem ipse demonstrans meritum officij sui noluit anteferre. Nā simili modo etiam iohannes apostolus propter humilitatem in epistola sua nomen suum eadem ratione non pretulit. Hanc ergo epistolam fertur apostolus ad hebreos conscriptam hebraica lingua misisse: cuius sēsum ꝛ ordinem retinens lucas euangelista post excessum apostoli pauli greco sermone composuit.

Expliciꞇ argumentum.

Incipit epistola Pauli ad Hebreos. Capitulum. I

A

m

Multiphariē multisq3 modis olim deus loquens patribus i prophetis: nouissime diebus istis locutus est nobis in filio quem: constituit heredē vni

B
Sap. 7.
Eccle. 47.

uersorum per quem fecit ⁊ secula. ¶ Qui cum sit splendor glorie ⁊ figura substan/tie eius: portansq; omnia verbo virtutis sue: purgationem peccatorum faciens se/det ad dexteram maiestatis in excelsis: tā to melior angelis effectus: quanto differē tius pre illis nomen hereditauit. Cui enī dixit aliquando angelorum: ¶ Filius me us es tu: ego hodie genui te? Et rursum. ¶ Ego ero illi in patrem: ⁊ ipse erit mihi ī filium. Et cum iterum introducit primo genitum in orbem terre dicit. Et adorent eum omnes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit. ¶ Qui facit angelos suos spiritus: ⁊ ministros suos flammā ignis Ad filium autem. ¶ Thronus tuus deus in seculum seculi: virga equitatis virga regni tui. Dilexisti iustitiam ⁊ odisti ini/quitatem: propterea vnxit te deus: deus tu us oleo exultatiōis pre participibus tuis. ¶ Et tu in principio domine terram fun/dasti: ⁊ opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanebis: et omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos ⁊ mutabunt tu autem idem ipse es ⁊ anni tui non defi cient. Ad quem autem angelorum dixit aliquando: ¶ sede a dextris meis: quoad usq; ponam inimicos tuos scabellum pe dum tuorum. Nonne omnes sunt am/ministratorij spiritus in ministerium mis si propter eos q hereditatē capiūt salutis.

Luc. 3. e.
Ps. 2.
2. Reg. 7.
C
Ps. 103.
Ps. 44.
Ps. 101.
D
Ps. 109.

Capitulum. II

A

PRopterea abundantius oportet obseruare nos ea que audiuimus ne forte perfluamus. Si enim q per angelos dictus est sermo: factus ē fir mus: ⁊ si omnis preuaricatio ⁊ inobediē tia accepit iustam mercedis retributionē quomodo nos effugiemus si tantam ne/glexerimus salutem? Que cum initium accepisset enarrandi per dominū ab eis qui audierunt in nos confirmata est con/testante deo signis ⁊ portentis ⁊ varijs v tutibus ⁊ spiritussancti distributionibus secundum suam voluntatem. Non enim angelis subiecit deus orbem terre futurū de quo loquimur. Testatus est autem in quodam loco quis dicens. ¶ Quid est ho mo q memor es eius: aut filius hominis quoniam visitas eū. Minuisti eū paulo minus ab angelis gloria ⁊ honore coro/nasti eum: ⁊ constituisti eum super opera manuū tuarū. Omnia subiecisti sub pe dibus eius. In eo enim q omnia ei sub/iecit: nihil dimisit non subiectū ei. Nunc autem needū videmus omnia subiecta ei ¶ Cum autem qui modico q angeli mi/noratus est videmus iesum propter pas/sionem mortis gloria ⁊ honore coronatū: vt gratia dei pro omnibus gustaret mor/tem. Decebat enim eum propter quem omnia ⁊ per quē oia: qui multos filios ī gloriam adduxerat: autorem salutis eorū per passionē consummari. Qui enim sā ctificat ⁊ qui sanctificantur ex vno omnes Propter quam causā non confunditur fratres eos vocare: dicens. ¶ Nunciabo nomen tuū fratribus meis: in medio ec clesie laudabo te. Et iterum. Ego ero fi/dens in eum. Et iterum. ¶ Ecce ego et pueri mei quos dedit mihi deus: q ergo pueri cōicauerunt carni ⁊ sanguini: ⁊ ip/se similiter participauit eisdem: ¶ Vt per mortem destrueret eū qui habebat mor/tis imperium. i. diabolum: ⁊ liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obno xi erant seruituti. Nusquā enim angelos apprehendit: sed semen abrahe appreben dit. Vnde debuit per omnia fratribus si milari: vt misericors fieret ⁊ fidelis pon/tifex ad deum: vt repropitiaret delicta po puli. In eo enim in quo passus est ipse ⁊ temptatus potens est: ⁊ eis qui temptant auxiliari.

B
Ps. 8.
C
Phil. 2. a.
Ps. 21.
Mt. 28. b.
D
Esa. 8.
Osee. 13.

Capitulum. III

A

VNde fratres sancti: vocationis celestis participes ɔsiderate aplm ⁊ pontificē confessionis nostre ie sū qui fidelis est ei q fecit illū: sicut ⁊ moy ses in omni domo eius. Amplioris enī glorie iste pre moyse dign⁹ habitus ē: quā/to ampliorem honorem habet domus: qui fabricauit illam. Omnis nanq; do/mus fabricatur ab aliquo. Qui autē oia creauit: deus est. ¶ Et moyses quidem fi delis erat in tota domo eius: tanq; famu/

B
Numeri. 12.

lus in testimonium co℞ q̄ dicenda erant. Christus vero tanq̄ filius in domo sua. Que domus sumus nos: si fiduciā ꝛ gloriam spei vsq̄ ad finem firmā retineam⁹. Quapropter sicut dicit spūssanct⁹. ¶ Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra: sicut in exacerbatione fm̄ diem temptationis in deserto. Ubi temptauerunt me patres vestri, ꝓbauerunt ꝛ viderūt opera mea q̄draginta ānis. Propter quod infensus fui generationi huic: ꝛ dixi: semper errant corde. ¶ Ipsi aūt nō cognouerūt vias meas: q̄bus iuraui i ira mea: si introibūt in requiē meam. Uidete fratres ne forte sit in aliquo vestrū cor malū incredulitatis discedendi a deo viuo. Sed adhortamini vosmetipsos p singulos dies donec hodie cognominat: vt non obduretur qs ex vobis fallacia peccati. Participes enim xp̄i effecti sumus: si tamen initiū substantie eius vsq̄ ad finē firmū retineamus dum dicit: hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra: quēadmodum in illa exacerbatione. Quidā enim audientes exacerbauerunt: sed non vniuersi qui ꝓfecti sūt ab egypto per moysen. Quibus aūt infēsus est quadraginta annis. Nōne illis q peccauerunt: quo℞ cadauera ꝓstrata sunt in deserto. Quibus aūt iurauit nō introire i requiem ipsius: nisi illis q increduli fuerunt. Et videmus q2 non potuerunt introire in requiem ipsius ꝓpter incredulitatem.

Ps̄.94.
Ps̄.94.

IIII

Timeamus ḡ ne forte relicta pollicitacione introeundi in requiem eius existimet aliqs ex nobis deesse. Etenim ꝛ nobis nunciatū ē quemadmodū ꝛ illis: sed non profuit illis sermo auditus nō admixtus fidei ex his q̄ audierūt. Ingrediemur .n. i requiē q credidimus: quēadmodū dixit: Sicut iuraui in ira mea: si introibūt in requiē meā. Et q dē operibus ab institutione mundi perfectis: dixit eni i quodam loco de die septima sic. ¶ Et requieuit de⁹ die septima ab oibus operibus suis. Et in isto rursum: Si introibunt in requiem meā. ¶ Qm̄ ḡ superest introire quosdā in illā: ꝛ hi qb⁹ p̄oribus annūciatum est: non introierūt ꝓpter incredulitatem: iterū termiat diē quedā hodie in dauid dicendo: post tātū tp̄is sicut supra dictū ē: hodie si vocē eius audieritis: nolite obdurare corda vestra. Nam si eis iesus requiem p̄stitisset: nūquā de alia loq̄ret post hac die. Itaq̄ relinquit sabbatissim⁹ ꝓplo dei. Qui eni ingressus est in requiem eius: etiam ipse requieuit ab operibus suis sicut ꝛ a suis deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiē: ut ne in idipsum qs incidat incredulitatis exemplū. Uiu⁹ est eni s̄mo dei ꝛ efficax ꝛ penetrabilior omni gladio ancipiti ꝛ ptigēs vsq̄ ad diuisionē aie ac sp̄s cōpagum q̄z ac medullarum: ꝛ discretor cogitationum ꝛ itentionum cordis. ¶ Et nō est vlla creatura iuisibilis i conspectu eius: oia aūt nuda ꝛ apta sunt oculis ei⁹ ad quē nobis sermo. ¶ Habentes ergo pontificem magnum q̄ penetrauit celos iesum filium dei: teneamus spei nr̄e cōfessionē. Non eni habemus pontificē q non possit compati ifirmitatibus nr̄is temptatū aūt per oia pro silitudine absq̄ pctō. Adeamus ergo cū fiducia ad thronū gratie eius: vt misericordiā consequamur: ꝛ gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

Gen̄.2.
s.io.c.
Eccle.15.
Ps̄.33.
s.8.a.
Ro.8.b.
i.Cor.12.b.
2.Cor.3.c.
Ephe.b.

V

Omnis nāq̄ pontifex ex hoibus assumptus ꝓ hoibus constituit in his que sunt ad deū: ut offerat dona ꝛ sacrificia pro pctis. Qui ꝯdolere possit his qui ignorant ꝛ errant qm̄ ꝛ ipse circundatus ē infirmitate: ꝛ propterea debet quēadmodum ꝓ ꝓplo: ita etiā ꝛ ꝓ semetipso offerre ꝓ pctis. Nec q̄sq̄ sumit sibi honorē: sed q vocat a deo tanq̄ aarō. Sic ꝛ xp̄s non semetipsum clarificauit vt pontifex fieret: sed q locutus est ad eum. ¶ Fili⁹ me⁹ es tu: ego hodie ḡeui te. Quēadmodū ꝛ i alio loco dicit. ¶ Tu es sacerdos i et̄nū: fm̄ ordinē melchisedech. Qui i dieb⁹ carnis sue p̄ces supplicatiōesq̄ ad eū q possit illū saluū facē a morte: cū clamore valido ꝛ lachrymis offerēs: exauditus ē ꝓ sua reuerētia. Et qdē cū eēt fili⁹ dī didicit ex his q̄ passus ē obediētiā: ꝛ ꝯsūmatus fcūs ē oibus obtēperātib⁹ sibi causa salutis eterne: appellatus a deo pōtifex iuxta ordinem melchisedech. De quo nobis

Ps̄.2.
Ps̄.109.

grãdis sermo ⁊ interp̃tabilis ad dicendũ
qm̃ imbecilles facti estis ad audiendũ. Et
enim cũ deberetis magr̃i esse ꝑpter tp̃s:
rursum indigetis vt vos doceamini q̃ sint
elementa exordij sermonũ dei: ⁊ facti estis
q̃bus lacte opꝰ sit: nõ solido cibo. Omis.n.
q lactis est particeps: expers ē sermonis
iustitie. Paruulus enim ē. Perfectoꝝ
aũt est solidus cibus eoꝝ q ꝓ ipsa cõsuetu-
dine exercitatos habent sensus ad discre-
tionẽ boni ac mali. VI.

A

f.io.d.

Q Ua propter intermittẽtes inchoa
tionis xp̃i sermonẽ: ad ꝑfectionẽ
feramur: ¶ nõ rursum iacientes fũ
damentũ pn̄ie ab operibꝰ mortuis ⁊ fidei
ad deũ baptismatũ doctrine: impositiõis
quoq̃ manuũ: ac resurrectiõis mortuoꝝ
⁊ iudicij eterni. Et hoc faciemus: si q̃dez
ꝑmiserit deus. Impossibile.n. ē eos qui
semel sunt illuminati gustauerũt etiã do-
nũ celeste: ⁊ participes facti sunt spũssan-
cti: gustauerunt nihilominus bonum dei
v̱bũ virtutesq̃ seculi ṽturi: ⁊ ꝓlapsi sũt
rursus renouari ad pn̄iam: rursum cruci
figẽtes sibimetipsis filiũ dei ⁊ ostẽtui ha-
bentes. Terra.n. sepe venientẽ sup̱ se bi
bens imbrẽ ⁊ germinãs herbã opportu-
nã illis a quibus colit̃: accipit bñdictionẽ
a deo: ꝓferẽs aũt spinas ac tribulos repro

B

ba ē ⁊ maledicto ꝓxima: cuius ꝯsumatio
in cõbustionẽ. Confidimus aũt de vobis
dilectissimi meliora ⁊ viciniora saluti: tã ⁊
si ita loq̃mur. Nõ.n. iniustus deus vt ob
liuiscat̃ operis vr̃i ⁊ dilectionis quã ostẽ-
distis in noīe ipsius: q ministrastis sãctis
⁊ ministratis. Cupimꝰ aũt vnũquẽq̃ ve

C

strũ eandẽ ostentare sollicitudinẽ ad exple
tionẽ spei vsq̃ in finẽ: vt nõ segnes effici
amini: veꝝ imitatores eoꝝ q fide ⁊ patiẽ-
tia hereditabũt ꝓmissiones. abrahe nãq̃
ꝓmittẽs deus: qm̃ neminem habuit per
quẽ iuraret maiorẽ: iurauit p̱ semetipsuz
dicẽs: nisi bñdicens benedicã te: ⁊ multi
plicãs multiplicabo te: ⁊ sic longanimiter
ferẽs adeptus ē repromissionez. Homines
eni p̱ maiorẽ sui iurant: ⁊ ois ꝯtrouersie
eoꝝ finis ad ꝯfirmationem est iuramẽtũ

D

In quo abundantius volẽs deus osten-
dere pollicitationes heredibus imobilita
tẽ consilij sui interposuit iusiurandũ: vt p̱
duas res immobiles q̃bus impossibile ē
mentiri deũ: fortissimũ solatiũ habeamus
q ꝯfugimus ad tenendã ꝓpositam spem
quã sicut anchorã habemus anime tutaz
ac firmã ⁊ incedẽtẽ vsq̃ ad interiora ve-
laminis: vbi p̃cursor ꝓ nobis introiuit ie
sus s̄m ordinẽ melchisedech: pontifex fa-
ctus in eternum. VII

A

Gen.14.

H Ic eni melchisedech rex salẽ sa-
cerdos dei sũmi q obuiauit abra-
he regresso a cede regũ: ⁊ bñdixit
ei: cui ⁊ decias oium diuisit abraham: pri
mũ q̃dem qui interp̃tat̃ rex iustitie: dein-
de aũt ⁊ rex salem: quod ē rex pacis: sine
patre: sine matre: sine Genealogia: neq̃
initiũ dieꝝ: neq̃ finẽ vite habens: assimi
latus aũt filio dei manet sacerdos in ꝑpe-
tuũ. Intuemini aũt quantus sit hic: cui et
decimas dedit de p̃cipuis abrahã patriar
cha. Et q̃dẽ de filijs leui sacerdotiũ accipi
entes mandatũ habent decimas sumere a
populo s̄m legẽ.i. a fratribus suis: q̃q̃ ⁊
ipsi exierint de lumbis abrahe. Cuius aũt
generatio nõ annumerat̃ in eis: decimas

B

sumpsit ab abraham: ⁊ hunc q habebat re
promissiones benedixit. Sine vlla aũt cõ
tradictione qđ minꝰ ē a meliore benedicit̃
Et hic quidẽ decimas moriẽtes hoies ac
cipiunt: ibi autẽ ꝯtestat̃ q: viuit. Et vt ita
dictũ sit: p̱ abrahã ⁊ leui q decimas acce-
pit: decimatus est. adhuc enim in lumbis
pr̄is erat: qñ obuiauit ei melchisedech. Si
ergo ꝯsumatio p̱ sacerdotiũ leuiticũ erat:
populus eni sub ipso legẽ accepit: q̃d ad-
huc necessariũ fuit s̄z ordinẽ melchisedech
aliũ surgere sacerdotẽ: ⁊ nõ s̄m ordinem
aaron dici? Translato.n. sacerdotio: ne-
cesse ē vt ⁊ legis trãslatio fiat. In quo.n.
hec dicũt̃: de alia tribu est: de qua nullus

C

altario p̃sto fuit. Manifestũ est.n. ꝙ ex iu
da ortus sit dñs noster: in qua tribu nihil
de sacerdotibꝰ moyses locutus ē. Et am
plius adhuc manifestũ ē si s̄m si̾litudinez
melchisedech exurgat alius sacerdos: q ñ
s̄m legẽ mandati carnalis factus est: s̄z s̄z
v̱tutẽ vite insolubilis. Contestat̃.n. qm̃ tu
es sacerdos in eternũ s̄m ordinẽ melchise
dech. Reprobatio q̃dem fit p̃cedentis mã
dati: ꝑpter infirmitatẽ eius ⁊ inutilitatẽ.
Nihil.n. ad ꝑfectũ adduxit lex. Introdu
ctio v̱o melioris spei p̱ quã ꝓximamꝰ ad
deũ. Et quãtũ est non sine iureiurando?
Alij quidẽ sine iureiurãdo sacerdotes fa
cti sunt. Hic aũt cũ iureiurãdo p̱ eũ q di-

Ps.109. D

xit ad illum. ¶ Iurauit dñs τ non penitebit eum: tu es sacerdos in eternũ. In tantum melioris testamenti sponsor factus ē iesus. Et alij quidē plures facti sunt sacerdotes: iccirco ꝙ morte ꝓhiberenť ꝑmanere: hic aũt eo ꝙ maneat in eternũ: sempiternum habeat sacerdotium. Unde τ saluare in ꝑpetuũ pōt accedēs ꝑ semetipsuʒ ad deũ: semp viuens ad interpellandũ ꝓ nobis. Talis.n. decebat vt nobis esset pontifex: sanctus: inocēs: impollutus: segregatus a peccatoribus: τ excelsior celis factus. Qui non habet necessitatem quotidie queadmodũ sacerdotes prius ꝓ suis delictis hostias offerre: deinde ꝓ populi. Hoc eni fecit semel se offerendo. Lex.n. ꝯstituit hoies sacerdotes infirmitatem habentes: sermo aũt iurisiurãdi qui pᵒ legē est filium in eternum perfectum.

Capitulum. VIII

A S.4.b.

Capitulum aũt sup ea que dicunť ¶ Talem habemus pontificē: qui consedit in dextera sedis magnitudinis in celis sanctoꝝ minister: τ tabernaculi veri quod fixit deus τ non homo. Omnis enim pontifex ad offerendũ munera τ hostias constituitur. Unde necesse est τ hunc habere aliqd qđ offerat. Si ergo eēt sup terrã: nec esset sacerdos cum essent q offerrent ẜm legem munera q exemplari τ vmbre deseruiunt celestium: sicut respõsum est moysi cũ consumaret tabernaculum. ¶ Vide inquit omnia facito ẜm exemplar: quod tibi ostensũ est in mõte. Nunc autem melius sortitus est ministeriũ quãto τ melioris testamentũ mediator est: qđ in melioribus repromissionibus sancitur est. Nam si illud prius culpa vacasset: nõ vtiqꝫ secundi locus inquireretur. Vituperans enim eos dicit: Ecce dies venient dicit dominus: τ consumabo super domũ israel: τ super domũ iuda testamentũ nouum: non ẜm testamentum quod feci patribus coꝝ in die qua apprehendi manuʒ coꝝ: vt educerem illos de terra egypti: qm ipsi non permanserunt in testamẽto meo τ ego neglexi eos dicit dñs. Quia hoc est testamentum quod disponã domui israel post dies illos dicit dñs: dando leges meas in mentē coꝝ: τ in corda coꝝ superscribã eas: ¶ τ ero eis in deum: τ ipsi erũt mihi in populũ. ¶ Et non docebit vnusquisqꝫ ꝓximum suum: τ vnusquisqꝫ fratrem suum dicens: cognosce dñm: quoniã oēs scient me a minore vsqꝫ ad maiorē: qꝛ propitius ero iniquitatibus coꝝ: τ peccatoꝝ coꝝ iam nõ memorabor. Dicendo autem nouum: veterauit prius. Quod autem antiquatur τ senescit: prope interitum est.

B

Exo.25. Act.7.c.

C

D

Esa.43. Apoc.21.b.

Hiere.31.

Capitulum. IX

A

Habuit quideʒ τ prius iustificationes culture: τ sanctum seculare. Tabernaculum enim factũ est primum: in quo erant candelabra τ mensa τ ꝓpositio panũ que dicitur sancta: post velamentũ autē ẜm tabernaculum quod dicitur sancta sanctoꝝ: aureum habens thuribulum τ arcam testamenti circũtectam ex omni parte auro: i qua vrna aurea habens mãna: τ virga aaron que fronduerat: τ tabule testamenti: superque erant cherubin glorie obumbrantia ꝓpiciatorium: de quibus non est modo dicenduʒ ꝑ singula. His vero ita compositis i priori quidem tabernaculo semp itroibant sacerdotes sacrificiorum officia cõsumãtes in secundo autem semel in anno solus põtifex non sine sanguine quē offerret ꝓ sua τ populi ignorantia: hoc significante spiritusancto: nondũ ꝓpalatam esse sanctoꝝ viam adhuc priore tabernaculo habente statum. Que parabola est tpis instantis: iuxtaquã munera τ hostie offerunť: que non possunt iuxta consciam ꝑfectum facere seruientem: solũmodo in cibis τ in potibus τ i varijs baptismatibus τ iusticijs carnis vsqꝫ ad tempus correctionis impositis. Christus aũt assistens pontifex futuroꝝ bonoꝝ peramplius τ ꝑfectius tabernaculũ non mãufactũ idest non huiᵘ creationis: neqꝫ per sanguinem hircoruʒ aut vituloꝝ: sed ꝑ propriũ sanguinem introiuit semel in sancta: eterna redemptione inuenta. Si.n. sanguis hircoꝝ τ tauroꝝ τ cinis vitule aspsus: inquinatos sãctificat ad emundationem carnis: ¶ Quantomagis sanguis xp̃i q per spirituʒ sanctum semet ipsum obtulit imaculatũ deo: emũdauit cõsciam nostram ab operibus mortis ad seruiendũ deo viuenti: Et ideo noui testamēti mediator est: vt morte intercedente i redemptioneʒ eaꝝ preuaricationũ que erãt sub priori testamento repromissionem accipiant qui vocati sunt eterne hereditatis

B

1.Joh.1.d. Apoc.1.b. 1.Pe.1.d.

C

Mat.3.b.

Ubi enim testamentum est mors necesse est intercedat testatoris. ¶ Testamentum enim in mortuis confirmatum est. Alioquin nondum valet: dum viuit qui testatus est. Unde nec primuꝫ quidem sine sanguine dedicatum est. Lecto eni omni mādato legis a moyse vniuerso populo: accipiens sanguinem vitulorum ꝛ hircorum cum aqua ꝛ lana coccinea ꝛ hysopo: ipsū quoqꝫ librum ꝛ omnem pplm aspersit dicēs. ¶ Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus. Etiam tabernaculum ꝛ omnia vasa ministerij sanguine similiter aspersit. Et omnia pene in sanguine ſm legem mundantur: ¶ ꝛ sine sanguinis effusiōe non fit remissio. Necesse est ergo exemplaria quidem celestiū his mundari ipsa autem celestia melioribus hostijs ꝙ istis. Non enim in manufacta sancta ihs introijt exemplaria verorum: sed in ipsum celum: vt appareat nunc vultui dei ꝓ nobis. Neqꝫ vt sepe offerat semetipsuꝫ: quēadmodum pontifex intrat in sancta ꝑ singulos annos in sanguine alieno: Alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi. Nunc aut͂ m semel in consummatione seculorum ad destitutionem peccati per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori: post hoc autem iudicium. ¶ Sic ꝛ christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata: secundo sine peccato apparebit omnibus expectātibus se in salutem.

Mt.26.c. Mr.14.c. Luc.22.b. i.Cor.ii.c. D i.Joh.i.d Apo.i.b. i.Pe.i.d.

Ro.5.b. i.Pe.3.d.

## Capitulum. X

A

Umbram enim habens lex futurorum bonorum non ipsam imaginē rerum per singulos annos eisdē ipsis hostijs quas offerunt indesinenter: nūqꝫ potest accedentes perfectos facere. Alioquin cessassent offerri: ideo ꝙ nullā haberent vltra conscientiam peccati cultores semel mundati. Sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. ¶ Impossibile enim est sanguine taurorum ꝛ hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mundum dicit. ¶ Hostiam ꝛ oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata ꝛ pro peccato non tibi placuerunt. Tunc dixi: Ecce venio. In capite libri scriptuꝫ est de me: vt faciam deus voluntatem tuam. Superius dicens: quia hostias ꝛ oblatiōes ꝛ holocaustomata ꝛ pro peccato noluisti: nec placita sunt tibi que ſm legem offeruntur tunc dixi: ecce venio: vt faciam deus voluntatem tuam: aufert primum vt sequēs statuat. In qua voluntate sanctificati sumus per oblationem corporis christi iesu semel. Et omis quidem sacerdos presto est quotidie ministrans: ꝛ easdem sepe offerens hostias que non possunt auferre peccata. Hic autem vnam pro peccatis offerens hostiaꝫ in sempiternū sedet i dextera dei: de cetero expectans donec ponātur inimici eius scabellum pedum eius. Una enim oblatione consūmauit in sempiternum sanctificatos. Contestatur aūt nos ꝛ spiritus sanctus. Postqꝫ enim dixit: Hoc auteꝫ testamentū quod testabor ad illos post dies illos: dicit dominus dabo leges meas in cordibus coruꝫ: ꝛ i mētibus eorum supscribam eas ꝛ peccatorum iniquitatū eorum iam non recordabor amplius. Ubi aūt horum remissio: iam non ē oblatio ꝓ peccato. ¶ Habentes itaqꝫ fratres fiduciam: in introitu sanctorum i sāguine xpi quam initiauit nobis viam nouam ꝛ viuentem: per velamen idest carnem suam ꝛ sacerdotem magnum super domum dei: accedamus cū vero corde in plenitudie fidei aspersi corda a ꝯscia mala: ꝛ abluti corpus aqua munda: teneamꝰ spei nr̄e confessionē indeclinabilē. Fidelis eni est qui repromisit. Et cōsideremꝰ inuicē in ꝓuocationem charitatis ꝛ bonoruꝫ operum: non deserentes collectionē nostraꝫ sicut consuetudinis est qbusdā: ſꝫ cōsolantes ꝛ tantomagis ꝙto videritis appropinquantē diē. Uoluntarie eni peccantibus nobis post acceptaꝫ noticiaꝫ veritatis iā non relinquit ꝓ peccatis hostia: terribilis autem quedam expectatio iudicij ꝛ ignis emulatio: que consumptura ē aduersarios. ¶ Irritam quis faciens legem moysi sine vlla miseratione: duobus vel tribus testibus moritur quantomagis putatis deteriora mereri supplicia q filiū dei conculcauerit: ꝛ sāguinem testamenti pollutum duxerit: in quo sanctificatus est ꝛ spiritui gratie contumeliam fecerit. Scimus enim qui dixit. ¶ Mihi vindictam: et ego retribuā. Et iterum q2 iudicabit dn̄s populum suum. ¶ Horrendum est inci/

Leuit.9.

Ps.39.

s.4.b.

C

D

Deut.17. Mt.18.c 2.Cor.13.a.

Deut.32.

Tobie.3.

Ro.12.d.
s.6.a.

dere in manus dei viuẽtis. Rememora
mini aũt pristinos dies in qbus illuminati
magnũ certamẽ sustinuistis passionũ: ⁊ i
altero qdez opprobrijs ⁊ tribulatõib⁹ spe
ctaculũ facti in altero aũt socij taliter ↄuer
santiũ effecti. Nã ⁊ victis ↄpassi estis: et
rapinã bonoꝝ vr̃oꝝ cum gaudio suscepi
stis: cognoscẽtes vos hẽre meliorẽ ⁊ ma
nentẽ sbam. Nolite itaqz amittere ↄfidẽ
tiã vr̃am: q̃ magnã hꝫ remunerationem
Patiẽtia eni vobis necessaria est: vt vo
lũtatẽ dei faciẽtes reportetis ꝑmissionez
Adhuc enĩ modicũ aliqñtulũqꝫ q vẽtu/
rus est veniet ⁊ nõ tardabit: Iustus aũt
meus ex fide viuit. Qd si sbtraxerit se nõ
placebit aĩe mee. Nos aũt nõ sumus sub
tractionis filij in perditionem: sed fidei i
acquisitionem anime.

Abachuc.2.
Ro.1.b.

XI

A

Est aũt fides sperandarũ sba reꝝ
argumentũ nõ apparentiuz. In
hac eni testimonium cõsecuti sũt
senes. Fide. intelligimus aptata esse se
cula verbo dei: vt ex inuisibilibus visibi
lia fierẽt. Fide plurimã hostiã abel quã
cayn obtulit deo: per quã testimoniũ con
secutus est esse iustus. testimoniũ ꝑhiben
te mũeribus eius deo: ⁊ ꝑ illã defunctus
adhuc loquit̃. Fide. enoch trãslatus est
ne videret mortez ⁊ nõ inueniebat̃: quia
transtulit illũ dñs. Ante trã flationẽ eniz
testimoniuz habuit placuisse deo. Sine
fide aũt ipossibile est placere deo. Crede
re enĩ oportet accedentẽ ad deum. quia ẽ
⁊ inquirẽtibus se remunerator sit. Fi/
de. noe responso accepto de his q̃ adhuc
non videbant̃: metuens aptauit arcã i sa
lutem domus sue: per quã dãnauit mun
dum: ⁊ iusticie que per fidem est heres ẽ
institutus. Fide. q vocat̃ abrahã obe/
diuit in locum exire quẽ accepturus erat
in hereditatem: ⁊ exijt nesciens quo iret.
Fide. demoratus est i terra repromissio
nis tãqꝫ in aliena: in casulis habitãdo cũ
ysaac ⁊ iacob coheredibus repromissiõis
eiusdẽ. Expectabat eni fundamẽta habẽ
tem ciuitatẽ cui⁹ artifex ⁊ conditor deus.
Fide. ⁊ ipsa sara sterilis virtutẽ in con
ceptiõe seminis accepit etiã preter temp⁹
etatis. qm fidelem credidit esse eũ qui re/
promiserat. Propter qd ab eo vno orti
sunt: ⁊ hoc emortuo tãqꝫ sidera celi i mul
titudinem: ⁊ sicut arena est ad oram ma/

Gen.1.
Gen.4.
Gen.5.
Sap.4. Ecc
44. B
i Macha.2.
Gen.6.
Gen.12.⁊13
Gen.21.

ris innumerabilis. Iuxta fidẽ defuncti
sunt omnes isti: nõ acceptis repromissio
nibus: sed a longe eas aspicientes ⁊ salu
tantes ⁊ ↄfitentes: qꝛ peregrini ⁊ hospi/
tes sunt super terrã. Qui eni hoc dicunt
significant se patriam inquirere. Et si q/
dem ipsius meminissent de qua exierunt
habebant vtiqꝫ tempus reuertẽdi. Nũc
aũt meliorẽ appetunt idest celestẽ. Ideo
nõ cõfundit̃ de⁹ vocari deus eoꝝ. Pa/
rauit enim illis ciuitatem. Fide optulit
abraaz ysaac cũ temptaretur ⁊ vnigenitũ
offerebat in q̊ susceperat repromissiones
ad quem dictũ est: qꝛ in ysaac vocabit̃ tibi
semen: arbitrans qꝛ ⁊ a mortuis suscitare
potens est deus. Unde cum ⁊ in parabo
lam accepit. Fide: ⁊ de futuris benedixit
ysaac iacob: ⁊ esau. Fide: iacob moriẽs
singulos filiorũ ioseph benedixit: ⁊ ado/
rauit fastigiũ virge eius. Fide: ioseph
moriẽs de ꝑfectõe filioꝝ isrl̃ mẽoratus ẽ:
⁊ de ossibus suis mandauit. Fide: moy
ses natus occultatus est mensibus tribus
a parentibus suis: eo qꝙ vidissent elegan/
tem infantem: ⁊ non timuerunt regis edi
ctum. Fide moyses grandis factus nega
uit se esse filium filie pharaõis: magis eli/
gens affligi cum populo dei: qꝫ tẽporalis
peccati habere iocunditatem: maiores di/
uitias estimans thesauro egyptioꝝ ipro
perium xp̃i. Aspiciebat enim in remune
rationem. Fide reliquit egyptum: nõ ve
ritus animositatem regis. Inuisibilẽ. n.
tanqꝫ videns sustinuit. Fide celebrauit
pascha ⁊ sanguinis effusionem: ne qui va
stabat primitiua tangeret eos. Fide: trã
sierunt mare rubrum tanqꝫ per aridã ter
ram: quod experti egypti deuorati sunt.
Fide: muri hiericho corruerunt circui/
tu dierum septem. Fide: raab meretrix
non perijt cum incredulis excipiens ex/
ploratores cum pace. Et qd adhuc dicam
Deficiet enim me tempus enarrantem:
de gedeon: barach: samson: iepte: dauid:
samuel: ⁊ ꝓphetis: qui per fidem vicerũt
regna: operati sunt iusticiam: adepti sunt
repromissiones. Obturauerunt ora leo/
num: extinxerunt impetum ignis. Effu/
gauerunt aciem gladij: conualuerunt de i
firmitate: fortes facti sunt in bello. Castra
verterunt exterorum. Acceperunt mulie
res de resurrectione mortuos suos. Alij

C
Gen.22.
Gen.27.
Gen.48.
⁊.46.
Gen.50.
Exo.2.
D
Exo.12.
Exo.15.
Josue.6.
Josue.2.⁊.6
Mt.27.f.

aũt distenti sũt nõ suscipiẽtes redẽptionẽ vt meliorẽ inuenirẽt resurrectionẽ. Alij vo ludibria ⁊ uerbera experti: insuper ⁊ vincula: ⁊ carceres: lapidati sunt: secti sũt tẽptati sunt: in occisione gladij mortui sũt ¶ Circuierũt i melotis: in pellib⁹ caprinis egẽtes: angustiati: afflicti: quib⁹ dignus nõ erat mundus i sollitudinibus errãtes in montibus ⁊ speluncis: ⁊ i cauernis tre Et hi omnes testimonio fidei probati: nõ acceperunt repromissionez: deo pro nob melius aliquid prouidente: vt non sine nobis cõsummarentur. XII

Dat.3.a. Dar.i.a.

A Eph.4.c. Col.3.b. 1.Pe.2.a Hiere.17.

Ideoqz ⁊ nos tantam habentes ipositaz nubem testium: ¶ depo/nẽtes oẽ pondus ⁊ circũstãs nos peccatũ per potẽtiã curramus ad ꝓpositũ nobis certamen: aspiciẽtes in autorẽ fidei ⁊ ꝯsumatorez iesuz. q propofito sibi gau/dio sustinuit crucẽ cõfusione ꝯtẽpta atqz in dextera sedis dei sedet. Recogitate eni eũ qui talem sustinuit a peccatoribus ad/uersus semetipsũ ꝯtradictionẽ: vt ne fati/gemini animis vestris deficientes. Non dum enim vsqz ad sanguinẽ restitistis ad uersus peccatũ repugnãtes: ⁊ obliti estis ꝯsolationes q̃ vobis tanq̃ filijs loquit̃ di cens. ¶ Fili mi: noli negligere disciplinã dñi: neqz fatigeris dum ab eo argueris. Quẽ enim diligit dñs: castigat: flagellat aũt oẽm filium quẽ recipit. In disciplina ꝑseuerate. Tanq̃ filijs vobis offert se de us. Quis eni filius quẽ nõ corripit pater Qd si extra disciplinã estis: cuius partici pes facti sunt oẽs: ergo adulteri ⁊ nõ filij estis Deinde p̃res qdem carnis nr̃e erudito/res habuimus ⁊ reuerabamur eos. Nõ m̃ltomagis obtẽperabimus p̃ri spirituũ ⁊ viuemus? Et illi quidẽ in t̃pe paucorũz diez̃ ſm voluntatẽ suã erudiebant nos: hic aũt ad id qd vtile est in recipiendo san ctificationẽ eius. Ois aũt disciplina in p̃ senti qdem videt̃ non esse gaudij: sz me/roris: postea aũt fructũ pacatissimũ exerci tatis per eaz reddet iusticie: Propter qd remissas manus ⁊ soluta genua erigite ⁊ gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret: magis autem sanet̃. ¶ Pacẽ sequimini cũ oibus ⁊ san/ctimoniã sine q̃ nemo videbit deũ. Con/tẽplantes ne qs desit grẽ dei ne qua radix amaritudinis sursũ germinãs ipediat ⁊ p

Prouer.3. B C Ro.12.d.

illam inquinent̃ multi. ¶ Ne qs fornicator: aut ꝓphanus vt esau q ꝓpter vnã escam vendidit primitiua sua. Scitote eni qm̃ ⁊ postea cupiens hereditare bñdictionez re probatus est. ¶ Nõ eni inuenit penitẽtie locũ: q̃q̃ cuz lachrymis inquisisset eam. Nõ.n. accessistis ad tractabilẽ ⁊ accessibi lẽ ignem ⁊ turbinẽ ⁊ caliginem ⁊ ꝓcellaz ⁊ tube sonuz ⁊ vocẽ verboz: quã q audie runt excusauerunt se ne eis fieret verbuz Nõ.n. portabant qd dicebat̃: ⁊ si bestia te tigerit montẽ lapidabitur. Et ita terribile erat qd videbat̃. Moyses dixit. Exterri tus sum ⁊ tremebundus. Sz accessistis ad sion montẽ ⁊ ciuitatẽ dei viuentis hierl'm celestem ⁊ multoz miliũ angeloz frequẽ tiam: ⁊ ecclesiã p̃mitiuoz q ꝯscripti sunt i celis: ⁊ iudicem oium deũ: ⁊ spũ iustoruz ꝑfectoz: ⁊ testi noui mediatorez iesum: ⁊ sanguinis aspersionẽ: melius loquentez q̃ abel. Videte ne recusetis loquentem. Si eni illi non effugerunt recusantes eũ qui sup terrã loquebat̃: multomagis nos qui de celis loquentẽ nobis auertimus cuius vox mouit terram tũc: nunc aũt repromit tit dicẽs. Adhuc semel ⁊ ego mouebo nõ solũ terrã: sed ⁊ celum. Qd aũt adhuc se/mel dicit: declarat mobiliũ trãslationez tã q̃ factoz vt maneãt ea que sunt imobilia Itaqz regnum imobile suscipientes ha/bemus grãm: per quã seruiamus placen tes deo cũ metu ⁊ reuerentia. ¶ Eteni de/us noster ignis consumẽs est. XIII

Gen.25. Gen.27. D

Charitas fratnitatis manet in vo bis. ¶ ⁊ hospitalitatem nolite obli uisci. Per hanc enim placuerũt qdam angelis hospicio receptis. Memẽ tote vinctoz tanq̃ simul vincti: ⁊ laborã tiũ tanq̃ ⁊ ipsi in corpore morãtes. Ho norabile cõnubiũ in oibus: ⁊ thorus ima culatus. Fornicatores.n. ⁊ adulteros iu/dicabit deus. Sint mores sine auaricia: ꝯtenti p̃sentibus. Ipse.n. dixit: Non te deserã neqz derelinquã: ita vt ꝯfidenter dicamus. Dñs mihi adiutor est: nõ time bo qd faciat mihi hõ. Mementote ꝓposi toz vestroz q vobis locuti sunt verbum dei: quoz intuentes exituz ꝯuersationis: imitamini fidem. Jesus xp̃s heri ⁊ hodie ipse ⁊ in secula. Doctrinis varijs ⁊ pere/grinis nolite abduci. Optimũ.n. est grã stabilire cor: non escis q̃ non profuerunt

Deut.9. A Ro.12.c. B

ambulantib⁹ in eis. Habemus altare: d quo edere nō habent ptātem q taber nacu lo deseruiunt. Quoꝝ. n. aialium infertur sanguis ꝓ pctō in sancta p pontificē: hoꝝ corpora cremāt ex castra. Propter qd ⁊ iesus vt sāctificaret p suū sanguinē ppl'm extra portaȝ passus est. Exeamus igit ad eū extra castra: iproperiū eius portantes. Non. n. habem⁹ hic manentē ciuitatem: sed futurā iquirimus. Per ipsū ergo offeramus hostiā laudis semp deo idest fructum labioꝝ ɔfitentiū nomini eius. Beneficentie auteȝ ⁊ cōionis nolite obliuisci. Talibus. n. hostijs ꝓmeret deus. O bedite prepositis vestris ⁊ subiacete eis. Ipi enim puigilant quasi rōneȝ ꝓ aiab⁹ vestris reddituri: vt cum gaudio hoc faciāt ⁊ non gementes. Hoc eni nō expedit vobis. O rate ꝓ nobis. Confidimus enim qꝛ bonā ɔsciam habemus in omnib⁹ bene volentes conuersari. Amplius auteȝ deprecor vos hoc facere: quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis q eduxit de mortuis pastorem magnū ouium in sāguine testamenti eterni dn̄m nostrū iesuȝ xp̄m: aptet vos in omni bono: vt faciatis eius voluntatem: faciens in vobis qd placeat coram se p iesum xp̄m: cui est gloria i secula seculoꝝ. Amen. Rogo aūt vos fratres vt sufferatis verbū solacij. Eteniȝ p paucis scripsi vobis. Cognoscite fratreȝ vestrū timotheū dimissum: cū quo si celerius venerit videbo vos. Salutate oēs p̄positos vestros: ⁊ oēs sāctos. Salutāt vos de italia fratres. Gratia cum omnibus vobis. Amen.

Explicit ep'la Pauli ad Hebreos.
Incipit prefatio beati Hieronymi p̄sbyteri in librum Actuum ap'lorum.

Canit psalmista: ambulabunt de virtutib⁹ in virtutes. Ps⁹ ap'li Pauli epistolas dudum vobis vno volumine translatas dūmodo ⁊ rogatione charissimi: act⁹ apostoloꝝ cōpellitis vt transferam in latinum: queȝ librū nulli dubiū ē a luca antioceno arte medico: qui postea inseruiens paulo ap'lo xp̄i factus est discipul⁹: fuisse editū. Ceruicē ꝓmit iposita sepius oneris magnitudo: qꝛ studia inuidoꝝ reprehensione digna putant ea que scribimus. Illoꝝ nunqȝ odio ⁊ detractione: iuuante xp̄o [illegible] silebit eloquium.

Actus ap'loꝝ nudā quidē vident sonare historiā: ⁊ nascentis ecclesie infantiaȝ texere: sed si nouerimus scriptorē eoꝝ lucaȝ esse medicum cuius laus est in euangelio: aiaduertimus pariter oia verba illi⁹ anime languentis esse medicinam.

Item alius prologus.

Lucas antiocensis natione syrus cuius laus in euāgelio canitur: apud antiochiā medicine artis egregius: ⁊ apostoloꝝ xp̄i discipulus fuit: postea vsqȝ ad confessionē paulum secutus ap'lȝ sine crimine i ṽginitate ꝑmanēs: deo maluit seruire. Qui septuaginta ⁊ q̄ttuor annis etatis agens in bithinia obijt plenus sp̄ūsancto: quo instigante in achaie partibus euangeliū scribens grecis fidelibus incarnationem dn̄i fideli narratione ostēdit eundēqȝ ex stirpe dauid descendisse monstrauit. Cui nō imerito scribendoꝝ actuū apostolicoꝝ ptās in misterio daṫ: vt deo i deū pleno: ⁊ filio pditionis extincto: oratione ab ap'lis facta: sorte dn̄ice electiōis numerus compleret. Sicqȝ paulus consūmationem ap'licis actibus daret: quem diu cōtra stimulū calcitrantē dn̄s elegisset. Qd legentib⁹ ⁊ requirentibus deū breui pott⁹ volui ostendere sermone: qȝ pliri⁹ aliqd fastidientibus ꝓdidisse: sciens q operantē agricolā oporteat primū de suis fructibus edere. Quem ita diuina subsecuta est gr'a vt non solum corporibus: sed etiam aiab⁹ eius proficeret medicina.

Incipit liber actuum ap'loꝝ beati Luce euangeliste. Capitulum. I

a
i. Esdre. 7.
Mi. 5. c.
Ja. i. d.
Ro. 2. c.

Primum qdem sermonē feci de oibus o theophile q̄ cepit iesus facere ⁊ docere vsqȝ in diē q̄ p̄cipiens ap'lis p sp̄m sc̄m: q̄s elegit assūptus

e. Quibus et prebuit seipsum vivum post passionem suam in multis argumentis: per dies quadraginta apparens eis: et loquens de regno dei. Et convescens precepit eis ab hierosolymis ne discederent: sed expectarent promissionem patris quam audistis inquit per os meum. Quia iohannes quidem baptizavit aqua: vos autem baptizabimini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui convenerant interrogabant eum dicentes. Domine si in tempore hoc restitues regnum israel. Dixit autem eis. Non est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutem supervenientis spiritus sancti in vos. Et eritis mihi testes in hierusalem et in omni iudea et samaria: et usque ad ultimum terre. Et cum hec dixisset. videntibus illis elevatus est: et nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumque intuerentur in celum euntem illum: ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis: qui et dixerunt. Viri galilei quid statis aspicientes in celum. Hic iesus qui assumptus est a vobis in celum: sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in celum. Tunc reversi sunt hierosolymam a monte qui vocatur oliveti qui est iuxta hierusalem sabbati habens iter. Et cum introissent in cenaculum ascenderunt ubi manebat petrus: et iohannes: et iacobus: et andreas: philippus et thomas: bartholomeus et mattheus: et iacobus alphei: et simon zelotes: et iudas iacobi. Hi omnes erant perseverantes unanimiter in oratione cum mulieribus et maria matre iesu et fratribus eius.

Lu.14.g. J.11.c.et.10.d. mr.16.g. B. Apoc.11.c. Job.20.c. Mt.10.a. Mr.3.d. Luc.6.c. Judith.5. J.ii.b.et.19.a

C. In diebus illis exurgens petrus in medio fratrum dixit. Erat autem turba hominum simul fere centum viginti. Viri fratres: oportet impleri scripturam quam predixit spiritus sanctus: per os david de iuda qui fuit dux eorum qui comprehenderunt iesum: qui connumeratus erat in nobis et sortitus est sortem ministerii huius. Et hic quidem possedit agrum de mercede iniquitatis: et suspensus crepuit medius: et diffusa sunt omnia viscera eius. Et notum factum est omnibus habitantibus hierusalem: ita ut appellaretur ager ille lingua eorum acheldemach: hoc est ager sanguinis. Scriptum est enim in libro psalmorum. Fiat commoratio eorum deserta: et non sit qui inhabitet in ea. Et episcopatum eius accipiat alter. D. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt congregati in omni tempore: quo intravit et exivit inter nos dominus iesus: incipiens a baptismate iohannis usque in diem qua assumptus est a nobis: testem resurrectionis eius nobiscum fieri unum ex istis. Et statuerunt duos: ioseph qui vocatur barsabas: qui cognominatus est iustus: et matthiam. Et orantes dixerunt. Tu domine qui corda nosti omnium: ostende quem elegeris ex his duobus unum accipere locum ministerii huius: et apostolatus: de quo prevaricatus est iudas ut abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis. Et cecidit sors super matthiam: et annumeratus est cum undecim apostolis. II

Ps.108. J.4.d.

A. Et cum complerentur dies pentecostes erant omnes pariter in eodem loco. Et factus est repente de celo sonus. tamquam advenientis spiritus vehementis: et replevit totam domum ubi erant sedentes. Et apparuerunt illis dispertite lingue tamquam ignis: seditque supra singulos eorum. Et repleti sunt omnes spiritu sancto et ceperunt loqui variis linguis prout spiritus sanctus dabat eloqui illis. Erant autem in hierusalem habitantes iudei viri religiosi: ex omni natione que sub celo est. Facta autem hac voce convenit multitudo et mente confusa est: quoniam audiebat unusquisque lingua sua illos loquentes. Stupebant autem omnes et mirabantur dicentes. Nonne ecce omnes isti qui loquuntur galilei sunt? Et quomodo nos audivimus unusquisque linguam nostram in qua nati sumus. Parthi: et medi: et elamite: et qui habitant mesopotamiam: iudeam: et cappadociam pontum: et asiam: phrygiam: et pamphiliam egyptum: et partes libye: que est circa cirenem: et advene romani iudei quoque et proseliti: cretes et arabes: audivimus eos loquentes nostris linguis magnalia dei. Stupebant autem omnes: B. et mirabantur ad invicem dicentes. Quidnam vult hoc esse? Alii autem irridentes dicebant quia musto pleni sunt isti. Stans autem petrus cum undecim elevavit vocem suam: et locutus est eis. Viri iudei et qui habitatis hierusalem universi: hoc vobis notum sit: et auribus percipite verba. Non enim sicut vos estimatis hi ebrii sunt: cum sit hora diei tertia. Sed hoc est quod dictum est per prophetam iohel. Et erit in novissimis diebus dicit dominus: effundam de spiritu meo super omnem carnem. Et prophetabunt filii vestri et filie vestre: et iuvenes vestri visiones videbunt et seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super servos meos et ancillas meas in diebus illis effundam de spiritu meo et prophetabunt et dabo prodigia in celo sur

J.4.d.et.19.a. Johel.2. Esa.44.

Johel.2.c.3 Mt.10.c. ꝛ 24.b. Johel. 2. Ro.10.c. ſ.5.d.

ſum ꝛ ſigna i terra deorſū: ſanguinem ꝛ ignē ꝛ vaporē fūi. ¶ Sol cōuertet̄ i tene/ bras ꝛ luna i ſanguinē: añq̄ veniet dies dñi magnus ꝛ mãifeſtus. ¶ Et erit oīs q̄ cunq̄ inuocauerit nomen dñi ſaluus erit. ¶ Viri iſraelite audite v̄ba hec. Jeſū na zarenū virū approbatū a deo i vobis vir tutib⁹ ꝛ ꝓdigijs ꝛ ſignis q̄ fecit deus per illū in medio veſtri: ſicut ſitis: hūc defini to ꝯſilio ꝛ p̄ſcia dei traditū p manus ini quoꝝ: affigentes interemiſtis. ¶ Quē de us ſuſcitauit ſolutis doloꝛib⁹ inferni: iux ta qd̄ impoſſibile erat teneri illum ab eo.

ſ.10.d.

C

Ps̄.15.d.

Dauid eni dicit in eū. ¶ Prouidebā do/ minū in ꝯſpectu meo ſemp q̄m a dextris eſt mihi ne cōmouear. Propter hoc leta tū ē coꝛ meū: ꝛ exultauit lingua mea: inſu per ꝛ caro mea requieſcet in ſpe. Quoniã nō derelinques aiam meā in iferno. nec dabis ſcm̄ tuū videre coꝛruptionē. No/ tas mihi feciſti vias vite: replebis me io/ cūditate cū facie tua. Viri frēs: liceat au/ dēter dicere ad vos de patriarcha dauid q̄m defunctus eſt. ꝛ ſepultus eſt. ꝛ ſepul/ chrū eius ē apud nos vſq̄ in hodiernum diē. Propheta igit̄ cū eſſet ꝛ ſciret: q2 iu reiurādo iuraſſet. illi deus de fructu lūbi eius ſedere ſup ſedē eius. ꝓuidēs locut⁹ eſt de reſurrectiōe xp̄i q2 neq̄ derelictus eſt i inferno. neq̄ caro ei⁹ vidit coꝛruptio nē. Hūc ieſū reſuſcitauit deus. ¶ cui⁹ om nes nos teſtes ſumus. ¶ Dextera igit̄ dī exaltatus. ꝛ ꝓmiſſiōe ſpūſſancti accepta a patre. effudit hoc donū qd̄ vos videtis et auditis. Nō eni dauid aſcendit in celos. Dicit aūt ip̄e. ¶ Dixit dñs dño meo. ſe/ de a dextris meis. Donec ponā inimicos tuos. ſcabellū pedū tuoꝝ. Certiſſime ſci/ at ergo oīs domus iſrael. q2 ꝛ dñm euꝫ ꝛ xp̄m fecit deus hūc ieſū. quē vos crucifi/ xiſtis. His aūt auditis cōpuncti ſunt coꝛ de. ꝛ dixerūt ad petrū ꝛ ad reliquos ap̄l'os Quid faciemus viri fratres. ¶ Petrus autē ad illos. pn̄iam inquid agite ꝛ bapti ꝫet̄ vnuſq̄ſq̄ v̄rm in nomie ieſu xp̄i in re miſſionē peccatorum veſtroꝝ: ꝛ accipie/ tis donum ſpūſſancti. Vobis enim eſt re promiſſio ꝛ filijs veſtris. ꝛ omnibus qui longe ſunt quoſcunq̄ aduocauerit domi nus deus noſter. Alijs etiã verbis plu rimis teſtificatus eſt. ꝛ exhoꝛtabat̄ eos di cens. Saluamini a generatione iſta pra/

ꝫ.1.a. ſ.10.d.

Ps̄.109.

D

Mt.4.c. Mr.1.c. Luc.13.a. Apo.2.d.

ua. Qui ergo receperūt ſermonē eius ba ptizati ſunt: ꝛ appoſite ſunt in die illa aie circiter tria milia. Erant autē pſeuerātes in doctrina apoſtoloꝝ ꝛ cōicatiōe fractio nis panis ꝛ oratiōibus. Fiebat autē om ni anime timoꝛ. Multa quoq̄ ꝓdigia et ſigna per ap̄l'os in hieruſalem fiebant. et metus erat magnus i vniuerſis. ¶ Oēs etiā qui credebant erant pariter. ꝛ habe/ bant oīa cōmunia. Poſſeſſiones ꝛ ſub/ ſtantias vendebant. ꝛ diuidebant illa oī/ bus ꝓut cui opus erat. Quotidie quoq̄ ꝑdurantes vnanimiter in templo ꝛ fran gentes circa domos panem. ſumebant ci bum cū exultatione ꝛ ſimplicitate coꝛdis. collaudantes deum ꝛ habentes grām ad oēm plebē. Dñs autē augebat q ſalui fie bant quotidie in idipſum. III

ſ.4.d.

Petrus aūt ꝛ iohannes aſcende/ bant i templū. ad hoꝛā orationis nonā. ¶ Et quidā vir q erat clau dus ex vtero matris ſue baiulabat̄ quem ponebant quotidie ad poꝛtã tēpli q̄ dicit̄ ſpecioſa. vt peteret elemoſynā ab intro/ euntibus in tēplū. Js cū vidiſſet petrum ꝛ iohannē incipientes introire in tēpluꝫ rogabat vt elemoſynā acciperet. Jntuēs aūt in eū petrus cū iohāne dixit. Reſpice in nos. At ille intēdebat in eos. ſperans ſe aliqd accepturū ab eis. Petrus aūt di xit. Argentū ꝛ aurū nō eſt mihi. qd̄ autē habeo hoc tibi do. ¶ Jn noīe ieſu xp̄i na/ zareni ſurge ꝛ ambula. Et apphēſa ma/ nu eius dextera alleuauit eū. ꝛ ꝓtinus cō ſolidate ſunt baſes eius ꝛ plante. Et exili ens ſtetit ꝛ ambulabat. ꝛ intrauit cuꝫ illis in tēplū. ambulans ꝛ exiliēs ꝛ laudās de uꝫ. Et vidit oīs populus cū ambulantē ꝛ laudantē deū. Cognoſcebāt aūt illū q̄ ip ſe erat q ad elemoſynā ſedebat ad ſpecio/ ſā poꝛtā tēpli. Et ipleti ſunt ſtupoꝛe. ꝛ ex taſi. in eo qd̄ ꝯtigerat illi. Cū tenerēt aūt petrū ꝛ iohāneꝫ. Cucurrit oīs popul⁹ ad eos ad poꝛticū q̄ appellat̄ ſalomonis ſtu/ pentes. Videns autē petr⁹ reſpondit ad populum. Viri iſraelite qd miramini in hoc: aut nos qd intuemi. q̄ſi nr̄a virtute aut ꝑtāte fecerim⁹ hūc ambulare. Deus abrahā ꝛ de⁹ iſaac ꝛ deus iacob. deus pa trum noſtroꝛum gloꝛificauit filiū ſuuꝫ ie/ ſum. quem vos quidē tradidiſtis ꝛ nega ſtiſ ante faciem pilati iudicante illo dimit

A ſ.14.b.

ſ.9.d.

B

C

Mt.27.b
Mr.15.b
Luc.23.c
Joh.18.g

ti. ¶ Vos aūt scm̄ ⁊ iustū negastis: ⁊ petistis virū homicidā donari vobis autorē v̄o vite interfecistis. Quē deus suscitauit a mortuis: cuius nos testes sumus: ⁊ in fide nois eius hūc quē vos videtis ⁊ nostis cōfirmauit nomē eius: ⁊ fides q̄ p eū est dedit integrā sanitatē istā i cōspectu oīuz vestrū. Et nūc frēs scio q: p ignorantiaz fecistis: sicut ⁊ pncipes vrī. Deus aūt q pnunciauit p os oīuz pphetarū pati xp̄z suū: sic impleuit. ¶ Penitemini igit ⁊ conuertimini vt deleant pctā vrā: vt cū venerint tpa refrigerij a cōspectu dn̄i: ⁊ miserit eū q p̄dicatus est vobis iesū xp̄m. quē oportet qdem celū suscipe vsq3 in tpa restitutiōis oīum: q locutus est de⁹ per os sanctoꝝ suoꝝ a seculo pphetaꝝ. Moyses qdem dixit. ¶ Qm̄ pphetā suscitabit vobis dn̄s de⁹ vr̄ de fribus vrīs. tanq̄ me ipm audietis iuxta oīa q̄cūq3 locut⁹ fuerit vob Erit aūt ois aīa q̄ nō audierit pphetā illū exterminabit de plebe. Et oēs pphete aut samuel ⁊ deinceps: q locuti sunt annūciauerūt dies istos. Vos estis filij prophetarū ⁊ testamenti: qd̄ disposuit de⁹ ad patres vrōs dicēs ad abrahā: ¶ Et in semine tuo bn̄dicent oēs familie tre. Vob pmū de⁹ suscitans filium suum misit euz bn̄dicentē vobis: vt conuertat se vnusqsq3 a nequitia sua.

D
Eccle.17.
Ezech.18
Mt.4.c
Mr.1.c.
Luc.13.a
Apoc.2.d.
Deu.18.
Gen.12.

IIII.

A

Loquentib⁹ aūt illis ad populuz supuenerunt sacerdotes ⁊ magistrat⁹ templi ⁊ saducei: dolentes q docerēt pplm ⁊ annūciarēt in iesum resurrectionē ex mortuis: ⁊ iniecerūt in eos man⁹: ⁊ posuerunt eos in custodiā in crastinū. Erat aūt iā vespera. Multi aūt eorum q audierant verbum crediderunt: ⁊ factus est numer⁹ coꝝ quinq3 milia. Factū est aūt in crastinū vt ꝯgregarent principes coꝝ ⁊ seniores ⁊ scribe in hierusalē ⁊ annas pnceps sacerdotū: ⁊ cayphas et iohannes ⁊ alexander: ⁊ quotquot erant de genere sacerdotali. Et statuētes eos i medio interrogabāt. In qua virtute: aut in quo noie fecistis hoc vos. Tūc replet⁹ spūscō petr⁹ dixit ad eos. ¶ Principes populi ⁊ seniores israel audite si nos hodie diiudicamur in bn̄facto hois infirmi in quo iste salu⁹ factus est: notum sit oibus vobis ⁊ oī plebi israel: q: in noie domini nostri iesu xp̄i nazareni quem vos crucifixistis quē de⁹ suscitauit a mortuis: i hoc iste astat corā vobis san⁹. ¶ Hic est lapis q reprobatus est a vob edificātib⁹ q fact⁹ est in caput anguli. ⁊ nō est in alio aliquo salus. Nec. n. aliud nomē est sub celo datum hoīb⁹ in quo oporteat nos saluos fieri. Videntes aūt petri ꝯstantiā ⁊ iohānis compto q hoīes eēnt sine litteris ⁊ idiote āmirabant. ⁊ cognoscebant eos: qm̄ cuz iesu fuerāt. Hoiem q3 vidētes stantē cū eis q curat⁹ fuerat nihil poterāt ꝯtradicere. Iusserūt aūt eos foras extra ꝯsiliū secedere: ⁊ ꝯferebāt adiuicē dicētes. Quid faciem⁹ hominib⁹ istis. Qm̄ qdem notū signū factū est p eos oib⁹ habitantib⁹ hierusalē. Manifestū est. ⁊ nō possumus negare. Sed ne amplius diuulget in populū: cōminemur eis ne vltra loquant i nomie hoc vlli hoium. Et vocantes eos: denunciauerūt ne oīno loquerent neq3 docerēt in noie iesu. ¶ Petr⁹ vero ⁊ iohannes rn̄dentes dixerūt ad eos. Si iustū est in ꝯspectu dei vos poti⁹ audire q̄3 deum iudicate. Nō eni possum⁹ q̄ vidim⁹ ⁊ audiuim⁹ n̄ loq. At illi cōminantes dimiserūt eos nō iuēiētes quō punirēt eos pp populū: q: oēs clarificabant id qd̄ factū fuerat in eo qd̄ acciderat. Annoꝝ eni erat āpli⁹ quadragita homo in q̄ factū fuerat signū istud sanitatis. Dimissi aūt venerūt ad suos: ⁊ annūciauerunt eis q̄nta ad eos pncipes sacerdotū ⁊ seniores dixissent. Qui cū audissent: vnanimiter leuauerunt vocem ad deū ⁊ dixerūt. Dn̄e tu q fecisti celū ⁊ terrā. mare. ⁊ oīa q̄ in eis sūt: q spū scō per os pr̄is nr̄i dauid pueri tui dixisti ¶ Quare fremuerūt gētes. ⁊ populi meditati sunt inania. Astiterunt reges tre ⁊ pncipes ꝯuenerunt in vnū aduersus dominū ⁊ aduersus xp̄m ei⁹. Conuenerūt eni vere i ciuitate ista aduersus scm̄ puerū tuū iesum quem vnxisti. herodes ⁊ pōti⁹ pilat⁹ cum gentib⁹ ⁊ populi israel. facere que man⁹ tua ⁊ consilium tuum decreuerunt fieri. Et nunc domine respice in minas eorum. ⁊ da seruis tuis cum oī fiducia loqui verbum tuum. in eo q manum tuam extendas ad sanitates ⁊ signa ⁊ pdigia fieri per nomen sancti filij tui iesu. Et cum orasse nt motus est locus in q̄ erant cōgregati. ¶ Et repleti sunt oēs spiritus. s̄. ⁊ loqbant verbum dei cū fiducia

B
Mt.21.g.
Mr.12.b
Luc.12.c
i. Pe.2.a

ī.5.c.

C

Ps.2.

D
s.2.a.⁊.
ī.19.a.

Hiere.32. Ezech.6. i.Pe.3.b. Esaie.7. Amos.5. Ps.96. Prouer.17. Ro.12.d. s.2.d. Deut.15. Tobie.1. s.1.a.

¶ Multitudinis aũt credẽtiũ erat cor vnũ et aĩa vna nec q̃sq̃ eorum que possidebat aliqd suũ esse dicebat: sed erãt illis oĩa cõia. Et virtute magna reddebãt apl'i testimoniũ resurrectiõis iesu xp̃i dñi nr̃i: et gratia magna erat ĩ oĩbus illis. Neq3 enĩ q̃sq̃ egens erat iter illos. Quotquot enĩ possessores agrorum aut domorum erant: ¶ Vendentes afferebãt p̃cia eorum q̃ vendebãt: et ponebãt ante pedes apostolorum. ¶ Diuidebat autem singulis put cuiq3 opus erat. ¶ Joseph aũt q cognominatus est barsabas ab apostolis: qd̓ est interpretatũ filius ꝯsolatiõis: leuites: cypri⁹ genere cũ habẽt agrũ vendidit eũ: et attulit preciũ: et posuit ante pedes apostolorum.

A

Vir autẽ qdã noĩe ananias cum saphyra vxore sua vendidit agrum et fraudauit d̓ precio agri cõscia vxore sua: et afferens ptem quandã: ad pedes apostolorum posuit. Dixit aũt petr⁹ ad ananiã. Anania cur tẽptauit sathanas cor tuu3 mẽtiri te spiritui sancto: et fraudare de p̃cio agri? Nõne manẽs tibi manebat: et venũdatum ĩ tua erat ptãte? Quare posuisti in corde tuo hanc rẽ? Non es mẽtit⁹ hoĩbus sed deo. Audiẽs aũt ananias hec v̓ba cecidit et expirauit. Et fact⁹ est timor magnus sup oẽs q audierũt. Surgẽtes ãt iuuenes amouerũt eũ: et efferentes sepelierũt. Factũ ẽ aũt quasi horarum triũ spaciũ et vxor ipsius nesciens qd̓ factũ fuerat introiuit. Dixit ãt ei petrus. Dic mihi mulier: si tanti agrum vendidistis? At illa dixit Etiam tanti. Petrus aũt ad eam. Quid vtiq3 ꝯuenit vobis tẽptare spm̃ dñi? Ecce pedes eorum q sepelierũt virũ tuũ ad hostiũ: et efferent te. Confestim cecidit ante pedes eius: et expirauit. Intrantes aute3 iuuenes inuenerunt illam mortuam. et extulerunt et sepelierunt ad virũ suũ. Et factus est timor magnus in vniuersa eccl'ia et in oẽs q audierũt hec. Per manus aũt apostolorum fiebant signa et ꝓdigia multa ĩ plebe. Et erant vnanimiter oẽs in porticu salomõis. Ceterorum aũt nemo audebat se ꝯiũgere illis: sed magnificabat eos populus. Magis aũt augebat̃ credentium in domino multitudo virorum ac mulierũ: ita vt in plateas eijcerent infirmos et ponerẽt in lectulis ac grabatis: vt veniente petro saltem vmbra illius obũbraret quẽq̃ illorum: et liberarent̃ oẽs ab infirmitatibus suis. Concurrebat aũt multitudo vicinarum ciuitatũ hierusalẽ: afferentes egros et vexatos a spiritibus imundis q curabãtur oẽs. Exurgẽs aũt p̃nceps sacerdotũ et oẽs q cũ illo erant q̃ e est heresis saduceorum repleti sunt zelo: et iniecerũt manus in apostolos et posuerũt eos ĩ custodia publica.

B

¶ Angelus ãt dñi p noctẽ aperiens ianuas carceris et educens eos dixit. Ite et stantes loquimini in templo plebi omia verba vite huius. Qui cũ audissent intrauerunt diluculo in tẽplũ: et docebant. Adueniens aũt p̃nceps sacerdotũ: et q cu3 eo erant: ꝯuocauerunt ꝯciliũ et oẽs seniores filiorum israel: et miserunt ad carcerẽ vt adducerent̃. Cum aũt venissent mĩstri et aperto carcere nõ inuenissent illos: reuersi nũciauerunt dicẽtes: ¶ Carcerẽ qdem inuenimus clausum cũ oĩ diligentia: et custodes stantes ante ianuas: apientes aũt neminẽ intus inuenimus. Vt aũt audierũt hos s̓mones magistratus tẽpli et p̃ncipes sacerdotũ ambigebãt de illis qd nã fieret Adueniẽs aũt quidã nũciauit eis: qr ecce viri quos posuistis in carcerẽ sunt in templo stantes: et docẽtes ppl'm. Tunc abijt magistratus cũ ministris et adduxit illos sine vi. Timebant enĩ ppl'm: ne lapidarẽtur. Et cũ adduxissent illos statuerunt in ꝯcilio Et interrogauit eos p̃nceps sacerdotũ dicens. ¶ Precipiendo precepimus vobis ne doceretis in noĩe isto: et ecce replestis hierl'm doctrina vr̃a: et vultis iducere super nos sanguinẽ hominis istius. ¶ Respondens autem petrus et apostoli dixerunt. Obedire o3 deo magis q̃ hoĩbus: deus patru3 vestrorum suscitauit iesum: quem vos interemistis suspendentes in ligno. Hunc principem et saluatorem deus exaltauit dextera sua ad dandã pniam israel: et remissionem peccatorum et nos sumus testes horum verborum: et spiritussanctus quem dedit deus omnib⁹ obedientibus sibi. Hec cum audissent dissecabantur et cogitabant interficere illos. ¶ Surgẽs aũt quidam in concilio phariseus nomine Gamaliel legis doctor honorabilis vniuerse plebi iussit foras ad breue homines fieri. Dixitq3 ad illos. ¶ Viri israelite. attẽdite vobis super hoĩbus istis: qd acturi sitis. Ante hos enim

j.12.a. C j.12.a.7.16.c Mar.7.c. s.4.b. D j.22.a. s.2.b.

dies extitit theodas dicēs se esse aliquem cui ꝯsensit numerus viroꝝ circiter q̄dra ginta oꝝ: qui occisus est: ⁊ oēs q credebāt ei dissipati sūt. ⁊ redacti ad nihilū. Post hūc extitit iudas galileus in diebus pro/ fessionis. et auertit populū post se. Et ipe pijt ⁊ oēs quotquot ꝯsenserunt ei dispersi sunt. Et nūc itaqꝫ dico vobis: discedite ab hoibus istis: ⁊ sinite illos. Q̄m si est ex hoibus consiliuꝫ hoc aut opus: dissoluet̄ si ṽo ex deo est nō poteritis dissoluere ne forte ⁊ deo repugnare videami. Cōsen/ serunt aūt illi: ⁊ ꝯuocantes apostolos ce/ sis denūciauerunt ne oino loq̄rent̄ in no mic iesu: ⁊ dimiserunt eos. ¶ Et illi qdeꝫ ibāt gaudentes a ꝯspectu ꝯcilij q̄m digni habiti sunt ꝓ noie iesu ꝯtumeliā pati. O i aūt die nō cessabāt in tēplo ⁊ circa domos docētes: ⁊ euāgelizātes xp̄m iesum.

Esa. 51.

Capitulum. VI.

In diebus aūt illis crescēte nume ro discipuloꝝ: factū est murmur grecoꝝ aduersus hebreos eo q despice/ rent̄ in misterio quotidiano vidue eoꝝ. Cōuocantes aūt duodeciꝫ multitudineꝫ discipuloꝝ dixerūt. Non est equū nos de relinquere ṽbū dei: ⁊ mistrare mensis. Cōsiderate ergo frēs viros ex vobis bo ni testimonij septē plenos spūscō ⁊ sapia quos ꝯstituamus sup hoc op⁹. Nos ṽo oroni ⁊ misterio ṽbi instantes erimus. Et placuit sermo corā oi multitudie. Et elegerūt stephanū virū plenū fide. ⁊ spū/ scō: ⁊ philippū: ⁊ ꝓcoꝝ: ⁊ nicanorē: ⁊ thi monē: ⁊ pharmenā. ⁊ nicolaū aduenam anthiocenū. Hos statuerūt an̄ ꝯspectum apostoloꝝ. ⁊ orantes imposuerūt eis ma nus. Et ṽbū dn̄i crescebat. ⁊ multiplica bat̄ numerus discipuloꝝ in hierusalē val de. Multa etiā turba sacerdotū obedie/ bat fidei. ¶ Stephanus aūt plenus grā ⁊ fortitudie faciebat ꝓdigia ⁊ signa magna in populo. Surrexerūt aūt qdā de syna/ goga q̄ appellat̄ libertinoꝝ: ⁊ cyrenensiū ⁊ alexandrinoꝝ. ⁊ eoꝝ q erant a cilicia ⁊ asia disputātes cū stephano: ⁊ nō poterāt resistere sapie ⁊ spūi q loq̄batur. ꝓp qd̄ re darguerent ab eo cū oi fiducia. ¶ Tūc sū miserūt uiros q dicerēt se audiuisse eū di centē ṽba blasphemie in moysē. ⁊ deuꝫ Cōmouerunt itaqꝫ plebē. ⁊ seniores. ⁊ scribas. ⁊ ꝯcurrentes rapuerūt eū. ⁊ ad duxerunt in ꝯciliū. ⁊ statuerunt falsos te stes q dicerent. Homo iste nō cessat loq ṽba aduersus locū scm̄ ⁊ legē. Audiui/ mus eni eū dicentē. q̄m iesus nazarenus hic destruet locū istū. ⁊ mutabit traditio/ nes. q̄s tradidit nobis moyses. ¶ Et ituē tes eū oēs q sedebāt in ꝯcilio uiderūt fa/ ciē eius tanq̄ꝫ faciē angeli. Dixit aūt p̄n/ ceps sacerdotū. si hec ita se hērēt. Q ait

A

B

C

J.lg.1.

D

J.7.d.

Judic. 14

Capitulum VII.

Uiri frēs ⁊ p̄res audite. De⁹ glie apparuit patri nr̄o abrahe cū eēt in mesopotamia p̄usq̄ꝫ moraret̄ i carran: ⁊ dixit ad illū. Exi de terra tua ⁊ de cogna tiōe tua. ⁊ ueni in terrā quaꝫ mōstrauero tibi. Tūc exijt de terra chaldeoꝝ. ⁊ hita/ uit i carran. Et inde post q̄ꝫ mortu⁹ ē pa ter eius trāstulit illū in terrā istā in q̄ nūc vos hitatis. Et nō dedit illi hereditatē in ea nec passū pedis: sed repromisit dare il li eā in possessionē ⁊ semini eius post ip̄ꝫ cū nō hēret filiū. Locutus est aūt ei deus q2 erit semē eius accola i terra aliena: ⁊ s̄/ uituti eos sbijciēt ⁊ male tractabunt eos ānis q̄dringentis: ⁊ gentē cui fuierint iu dicabo ego dicit dn̄s. Et post hec exibunt ⁊ seruiēt mihi i loco isto Et dedit illi testa mētū circūcisiōis ⁊ sic genuit ysaac ⁊ circū cidit eū die octauo: ⁊ ysaac iacob: ⁊ iacob duodeci p̄riarchas. ¶ Et p̄riarche emulā tes ioseph vēdiderūt in egyptū: ⁊ erat de us cū eo. Et eripuit eū ex oibus tribula/ tiōibus ei⁹ ⁊ dedit ei gratiā ⁊ sapiam i cō spectu pharaōis regis egyptioꝝ: ⁊ ꝯstitu it eū p̄positū super egyptū ⁊ sup oēm do/ mū suā. Uenit autē fames in vniuersam egyptū ⁊ chanaan ⁊ tribulatio magna: et nō iuēiebāt cibos p̄rēs nr̄i. ¶ Cū audissꝫ āt iacob eē frumentū i egypto misit p̄rēs nostros p̄mū. ¶ ⁊ in secūdo cognit⁹ est io seph a fribus suis: ⁊ manifestatū est pha raōi gen⁹ ei⁹. Mittēs aūt ioseph accersi/ uit iacob p̄rēꝫ suū ⁊ oēm cognationē suaꝫ in aiab⁹ septuagintaqnqꝫ. ¶ Et descēdit iacob i egyptū ⁊ defūctus ē ipe ⁊ p̄rēs no stri. Et trāslati sūt i sichē: ⁊ positi sūt in se pulchro qd̄ emit abrahā p̄cio argenti a fi/ lijs emor filij sichem Cū āt appropinq̄ret tps ꝓmissiōis quā ꝯfessus erat de⁹ abra/ he creuit ppl's ⁊ multiplicat⁹ ē i egypto q̊ adusqꝫ surrexit ali⁹ rex i egypto q nō scie bat ioseph. Hic circūueniēs gen⁹ nr̄ꝫ af

A

Gen. 37.

Gen. 41

Gen. 45

Gen. 49

flixit patres nostros: vt exponerēt īfātes suos ne viuificarent. Eodē tpe natus est moyses: ⁊ fuit gratus deo q nutritus ē tribus mensibus in domo pr̄is sui. Exposito aūt illo sustulit eū filia pharaonis: ⁊ nutriuit eū sibi in filiū. Et erudit⁹ ē moyses oī sapia egyptioꝝ: ⁊ erat potēs in verbis ⁊ in opibus suis. Cū aūt impleret̄ ei q̄draginta annoꝝ tēpus: ascendit in cor ei⁹ vt visitaret frēs suos filios isrl'. Et cū vidisset quēdā iniuriā patientē vindicauit illū ⁊ fecit vltionem ei q iniuriā sustinebat ꝑcusso egyptio. Existimabat aūt itelligere frēs: qm̄ deus ꝑ manū ipsius daret salutē illis. At illi nō itellexerūt. Sequēti vero die apparuit illis litigantibus ⁊ reconciliabat eos in pace dicens. Viri frēs estis. Vt qd nocetis alterutrū. Qui aūt iniuriā faciebat ꝓximo: repulit eū dicēs. ¶ Quis te ↄstituit p̄ncipem ⁊ iudicē sup nos. Nūquid iterficere me tu vis queadmodū interfecisti heri egyptiū. Fugit aūt moyses in verbo isto: ⁊ factus ē aduena in tra madian: vbi generauit filios duos. Et expletis annis q̄draginta: apparuit illi in deserto mont' sina angelus in igne flāme rubi. Moyses aūt videns āmiratus est visum. Et accedente illo vt ↄsideraret: facta ē ad eū vox dn̄i dicens. Ego sum deus patruꝫ tuoꝝ: deus abrahā deus isaac deus iacob. Tremefactus aūt moyses: nō audebat cōsiderare. Dixit aūt illi deus. ¶ Solue calciamētū pedū tuoꝝ: locus. n. in q̄ stas terra sancta ē. Videns vidi afflictionē ppl'i mei q est in egypto: ⁊ gemitū eoꝝ audiui ⁊ descendi liberare eos. Et nunc veni ⁊ mittā te in egyptū. Hunc moysen quem negauerūt dicentes qs te constituit p̄ncipem ⁊ iudicē: hunc deus p̄ncipem ⁊ redēptorē misit cū manu angeli q apparuit illi in rubo. Hic eduxit illos faciens ꝓdigia ⁊ signa in terra egypti ⁊ in rubro mari: ⁊ in deserto annis q̄draginta. Hic ē moyses qui dixit filijs israel. ¶ Prophetā suscitauit vobis deus de fratribus vestris: tanq̄ meipsū audietis. Hic ē q fuit in ecclesia in solitudine cuꝫ angelo q loquebat̄ ei in monte sina ⁊ cū patribus vr̄is q accepit verba vite dare vobis. Cui noluerunt obedire p̄res vestri: sed repulerunt ⁊ auersi sunt cordibus suis in egyptū: dicentes ad aaron. Fac nobis deos q p̄cedant nos. ¶ Moysi enī huic q eduxit nos de terra egypti: nescimus qd factuꝫ sit ei. Et vitulū fecerunt in diebus illis: ⁊ obtulerunt hostiā simulacro: ⁊ letabant̄ in opibus manuū suaꝝ. Conuertit aūt deus: ⁊ tradidit eos seruire militie celi: sicut scriptū est in libro ꝓphetaꝝ. Nungd victias aut hostias obtulist' mihi annis q̄draginta in deserto domus israel. Et suscepistis tabernaculū moloch ⁊ sidus dei vestri rēpham: figuras qs fecistis adorare eas: ⁊ transferā vos trans babylonē. ¶ Tabernaculū testimonij fuit cū patrib⁹ vestr' in deserto sicut disposuit illis deus loquens ad moysen vt faceret illud ſm formā quā viderat. Qd ⁊ induxerūt suscipientes patres vr̄i cū iesu in possessionē gentiū quas expulit deus a facie patꝝ vestroꝝ vsq₃ i diebus dauid. Qui iuenit grām an̄ deuꝫ ⁊ petijt vt iueniret tabernaculū deo iacob. Salomō autē edificauit illi domū. Sꝫ nō excelsus in manufactis habitat: sicut ꝑ ꝓphetam dicit. ¶ Celuꝫ mihi sedes ē: terra aūt scabellū pedū meoꝝ. Quā domū edificabitis mihi dicit dn̄s: aut qs locus requietionis mee est. Nōne manus mea fecit hec oīa? Dura ceruice ⁊ icircuncisi cordibus ⁊ auribus: vos semp spūisancto restitistis: sicut p̄res vr̄i: ita ⁊ vos. Quem ꝓphetaꝝ nō sunt ꝑsecuti patres vr̄i. Et occiderunt eos: q p̄nunciabant de aduentu iusti: cuius vos nunc ꝓditores ⁊ homicide fuistis: q accepistis legē in dispositionē angeloꝝ: ⁊ non custodistis. ¶ Audientes aūt hec dissecabant̄ cordibus suis: ⁊ stridebant dentib⁹ in eū. Cū autē esset plen⁹ spū scō: itendēs i celum vidit glīam dei. ⁊ iesum stantē a dextris virtutis dei. Et ait. Ecce video celos apertos ⁊ filiū hois stantē a dextris virtutis dei. Exclamātes aūt voce magna ↄtinuerunt aures suas ⁊ ipetū fecerūt vnanimit̄ in eum. ¶ Et eijciētes eū extra ciuitatē lapidabāt: ⁊ testes deposuerunt vestimēta sua secus pedes adolescentis: q vocabat̄ saulus. Et lapidabāt stephanū iuocantē ⁊ dicentē. Dn̄e iesu suscipe spm̄ meum. Positis autē genubus clamauit voce magna dicens. Dn̄e ne statuas illis hoc pctm̄. Et cuꝫ hoc dixiss₃: obdormiuit in dn̄o.

VIII

Saulus autē erat cōsentiens neci eius. Facta ē autē in illa die ꝑse/

Luc.12.b
Exo.2.
Exo.3.
Josue.5.
E
Deut.18.
Exo.32.
Exo.25.
D
Esa.66.
S.6.d.
Mat.16.g
J.22.c.
A

cutio magna in ecclesia que erat hierosolymis: et omnes dispersi sunt per regiones iudee et samarie: preter apostolos. Curauerunt autem stephanum viri timorati: et fecerunt planctum magnum super eum. ¶ Saulus vero deuastabat ecclesiam per domos intrans: et trahens viros ac mulieres tradebat in custodiam. Igitur qui dispersi erant pertransibant euangelizantes verbum dei. ¶ Philippus autem descendens in ciuitatem samarie predicabat illis christum. Intendebant autem turbe his que a philippo dicebantur vnanimiter audientes et videntes signa que faciebat. Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos: clamantes voce magna exibant. Multi autem paralytici et claudi curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate. Vir autem quidam nomine simon qui ante fuerat in ciuitate magus seducens gentem samarie dicens se esse aliquem magnum: cui auscultabant omnes a minimo vsque ad maximum dicentes: hic est virtus dei que vocatur magna. Attendebant autem eum propter quod multo tempore magicis suis dementasset eos. Cum vero credidissent philippo euangelizanti de regno dei: in nomine iesu christi baptizabantur viri ac mulieres. Tunc simon et ipse credidit: et cum baptizatus esset adherebat philippo. Videns etiam signa et virtutes maximas fieri: stupens admirabatur. Cum autem audissent apostoli qui erant in hierosolymis quia recepisset samaria verbum dei miserunt ad eos petrum et iohannem. Qui cum venissent orauerunt pro ipsis: vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum superuenerat: sed baptizati tantum erant in nomine domini iesu. Tunc imponebant manus super illos et accipiebant spiritum sanctum. Cum vidisset autem simon quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritussanctus obtulit eis pecuniam dicens. Date et mihi hanc potestatem: vt cuicunque imposuero manus accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum. Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum dei existimasti pecunia possideri. Non est enim tibi pars neque sors in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum coram deo. Penitentiam itaque age ab hac nequitia tua: et roga deum si forte remittatur tibi hec cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse. Respondens autem simon dixit. Precamini vos pro me ad dominum: vt nihil veniat super me horum que dixistis.

Et illi quidem testificati et locuti verbum dei redibant hierosolymam: et multis regionibus samaritanorum euangelizabant. Angelus autem domini locutus est ad philippum dicens. Surge et vade contra meridianum ad viam que descendit ab hierusalem in gazam: hec est deserta. Et surgens abiit. et ecce vir ethiops eunuchus potens candacis regine ethiopum qui erat super omnes gazas eius venerat adorare in hierusalem et reuertebatur sedens supra currum suum: legensque esaiam prophetam. Dixit autem spiritus philippo. Accede et adiunge te ad currum istum. Accurrens autem philippus: audiuit eum legentem esaiam prophetam et dixit. Putasne intelligis que legis? Qui ait. Et quomodo possum: si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitque philippum vt ascenderet et sederet secum. Locus autem scripture quam legebat erat hic. ¶ Tanquam ouis ad occisionem ductus est: et sicut agnus coram tondente se sine voce: sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit. Quoniam tolletur de terra vita eius. Respondens autem eunuchus dixit philippo. Obsecro te de quo propheta dicit hoc? De se an de alio aliquo? Aperiens autem philippus os suum: et incipiens a scriptura ista: euangelizauit illi iesum. Et dum irent per viam: venerunt ad quandam aquam. Et ait eunuchus: Ecce aqua. ¶ Quis prohibet me baptizari. Dixit autem philippus. Si credis ex toto corde: licet. Et respondens ait. Credo filium dei esse iesum christum. Et iussit stare currum. Et descenderunt vterque in aquam philippus et eunuchus: et baptizauit eum. Cum autem ascendisset de aqua spiritus domini rapuit philippum: et amplius non vidit eum eunuchus. Ibat enim per viam suam gaudens. Philippus autem inuentus est in azoto: et pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis: donec veniret cesaream.

IX

S¶ Aulus autem adhuc spirans minarum et cedis in discipulos domini accessit ad principem sacerdotum: et petiit ab eo epistolas in damascum ad synagogas. ¶ vt si quos inuenisset huius vie viros ac mulieres vinctos perduceret in hierusalem. Et cum iter faceret contigit vt appropinquaret damasco. Et subito circumfulsit eum lux de celo: et cadens in terram audiuit vocem dicentem sibi. ¶ Saule saule quid

Margin notes: s.9.a — B — C — Esa.53. — D — s.10.b. — A — s.22.a. — s.8.a. — s.22.b.

i. Cor. 15. b.
Gal. i. c.

me psequeris? Qui dixit. Quis es dñe? Et ille. Ego sum iesus quē tu psequeris Durū est tibi contra stimulu3 calcitrare. Et tremens ac stupens dixit. Domie qd me vis facere? Et dñs ad eum. Surge τ ingredere ciuitatem: τ ibi dicet tibi quid te oporteat facere. Viri autē illi qui comitabant cum eo stabant stupefacti: audientes quidē vocem neminē aūt videntes. Surrexit autē saulus de terra: apertisq3 oculis nihil videbat. Ad manus aūt illu3 trahentes introduxerunt damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns. Et non manducauit neq3 bibit. Erat autem

B

quidam discipulus damasci noie ananias Et dixit ad illu3 in visu dñs. Anania. At ille ait. Ecce ego dñe. Et dñs ad eū. Surge τ vade in vicū qui vocat rectus: τ quere in domo iude: saulu3 noie tharsensem. Ecce enim orat. Et vidit virū ananiā nomine introeuntē τ iponentē sibi manus vt visum recipiat. Rñdit autem ananias Dñe audiui a multis de viro hoc quāta mala fecerit sanctis tuis in hierl'm. Et hic h3 ptātem a principibus sacerdotū: alligādi oēs qui inuocant nomē tuum. Dixit aūt ad eū dñs. Vade qm vas electionis ē mihi iste: vt portet nomē meum coram gentibus τ regibus τ filijs israel. Ego enim ostendam illi: quanta oporteat eū p noie meo pati. Et abijt ananias τ introiuit in domū: τ imponens ei manus dixit: Saule frater: dñs misit me iesus: q apparuit tibi i via qua veniebas: vt videas τ implearis spūsancto. Et cōfestim ceciderunt ab oculis eius tanq3 squame: τ visu3 recepit Et surgens baptiçatus est: τ cum accepisset cibum confortatus ē. Fuit autē cū discipulis q erant damasci p dies aliquot. Et continuo ingressus in synagogas pdicabat iesum: qm hic ē filius dei. Stupebant aūt oēs q cū audiebant τ dicebant. Nonne hic est qui expugnabat in hierusalē eos qui inuocabant nomen istud? Et huc ad hoc venit: vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum. Saulus aūt multomagis conualescebat τ cōfundebat iudeos q

C

habitabant damasci: affirmans qm hic est xp̄s. Cū aūt iplerent dies multi consiliu3 fecerūt in vnū iudei vt eum interficerent. Note aūt facte sunt saulo isidie eor. Custodiebant aute3 τ portas die ac nocte vt eum interficerent. ¶ Accipiētes aūt eū discipuli nocte per murū dimiserunt eū summittentes in sporta. Cū aūt venisset i hierusalē tēptabat se iungere discipulis: τ oēs timebant eū: nō credentes q esset discipul9

2. Cor. ii. d.

Barnabas aūt apprehensū illū duxit ad apostolos: τ narrauit illis quō in via vidisset dñm: τ q2 locutus est ei: τ quō in damasco fiducialit egerit i noie iesu. Et erat cū illis intrās τ exiēs in hierusalem fiducialit agens in noie dñi. Loquebat q3 gētibus τ disputabat cu3 grecis: illi aūt qrebāt occidere eum. Qd cum cognouissent fratres: deduxerūt eum cesareā τ dimiserunt tharsum. Ecclesia qdem per totā iudeam τ galileam τ samariā habebat pacē τ edificabat ambulans in timore dñi τ cōsolatione sanctispūs replebat. Factum ē aūt vt petrus dum transiret vniuersos deueniret ad sanctos q habitabant lydde. Inuenit aūt ibi hoiē quendā noie eneam ab annis octo iacentē in grabato: q erat palyticus. Et ait illi petrus. Enea: sanet te dñs iesus xp̄us. ¶ Surge τ sterne tibi.

D
s. 3. a.

Et continuo surrexit. Et viderūt eū oēs q habitabant lydde τ sarone: q cōuersi st ad dñm. In ioppe aūt fuit qdam discipla noia thabita: q interpretata dicit dorcas. Hec erat plena opibus bonis τ elemosynis qs faciebat. Factū est aūt i dieb9 illis vt ifirmata moreret. Quā cū lauissēt: posuerunt eā in cenaculo. Cum aūt ppe eēt lydda a ioppe: discipuli audientes q2 petrus eēt in ea miserunt duos viros ad eū rogātes ne pigriteris venire vsq3 ad nos Exurgēs aūt petrus venit cū illis. Et cū aduenisset: duxerūt illū in cenaculū: τ circunsteterūt illū oēs vidue flentes τ ostendentes ei tunicas τ vestes qs faciebat illis dorcas. Eiectis aūt oibus foras: petrus ponens genua orauit: τ cōuersus ad corpus dixit. Thabita surge. Et illa aperuit oculos: τ viso petro resedit. Dās aūt illi manū erexit eā: τ cū vocasset scōs τ viduas assignauit eā viuā. Notū aūt factū est per vniuersā ioppen: τ crediderūt mlti i dño Factū est aūt vt dies multos moraret i ioppe apud simonē quendā coriariū.

X

A

Vir aūt qdam erat in cesaria noie cornelius cēturio cohortis q dicit italica: religiosus τ timēs deum cū oi domo sua: faciens elemosynas mul

Tobie.12.
f.ii.a.

tas plebi ⁊ deprecās deū semp. Is vidit
in visu manifeste q̄si hora diei nona an/
gelū dei itroeuntē ad se ⁊ dicētē sibi. Cor
neli. At ille ituens eū: timore cōcept⁹ di/
xit. Quis es dñe? Dixit aūt illi. ¶ Oratio
nes tue ⁊ elemosyne tue ascenderūt in me
moriā i ꝯspectu dei. ¶ Et nūc mitte viros
i ioppē: ⁊ accersi simonē q̄ndā q cogno
minaꝰ petrus. Hic hospitaꝰ apud simo/
nem quendā coriariū: cuius est dom⁹ iux̄
mare. Hic dicet tibi: qd te oporteat facer̄
Et cū discessisset angelus q loquebaꝰ illi:
vocauit duos dōesticos suos: ⁊ militē me
tuentē dñm ex his q illi parebant. Quib⁹
cū narrasset oīa: misit illos in ioppē. Po
stera aūt die iter illis facientibus ⁊ appro
pinq̄ntib⁹ ciuitati: ascendit petrus i supe
riora vt oraret circa horā sextā. Et cuz esu
riret voluit gustare. Parantibus aūt illis
cecidit sup eū mentis excessus. Et vidit ce
lū apertū: ⁊ descendens vas quoddā ve/
lut lintheū magnū q̄ttuor initijs sūmitti d̄
celo in terrā in quo erāt oīa q̄drupedia ⁊
serpētia terre ⁊ volatilia celi. Et facta est
vox ad eū. Surge petre: occide ⁊ mandu

B

ca. Ait aūt petrus. Absit dñe: q2 nunq̄
mādúcaui oē cōe ⁊ imundū. Et vox iterū
secundo ad eū. Q̄d deus purificauit: tu cō
mune ne dixeris. Hoc factū ē per ter. Et
statim receptū est vas in celū. Et dū intra
se hesitaret petrus qd nā esset visio quam
vidisset: ecce viri q missi erant a cornelio i
grētes domū simonis: astiterūt ad ianuā
Et cū vocassent: iterrogabant si simon q
cognominaꝰ petrus illic haberet hospitiū
Petro autem cogitante de visione: dixit
spiritus ei. Ecce viri tres q̄runt te. Sur/
ge itaq̄ ⁊ descēde: ⁊ vade cū eis nihil du
bitans: quia ego misi illos. Descendens
autē petrus ad viros dixit: Ecce ego sum
quem queritis. Que causa est ꝓpter quā
venistis. Qui dixerunt. Cornelius cen/
turio vir iustus ⁊ timens deum ⁊ testimo
nium habens ab vniuersa gente iudeoꝝ

Luc.2.d.

¶ responsum accepit ab angelo sancto ac/
cersiri te in domum suam: ⁊ audire ver/
ba abs te. Introducens ergo eos recepit

C

hospitio. Sequenti autem die surgens: ꝓ
fectus est cum illis: ⁊ quidam ex fratribus
ab ioppe comitati sunt eum. Altera au/
tem die introiuit cesaream. Corneli⁹ v̄o
expectabat illos: ꝯuocatis cognatis suis

⁊ necessarijs amicis. Et factū est cū itroiss
set petrus obui⁹ venit ei cornelius: ⁊ ꝓci
dens ad pedes eius adorauit eū. Petrus
v̄o eleuauit eū dicēs. Surge: ⁊ ego ipse
hō sū. Et loquens cū illo intrauit: ⁊ inuēit
multos qui conuenerant dixitq̄ ad illos.
Vos scit̄ quō abhominatū sit viro iudeo
ꝯiungi aut accedere ad alienigenam. Sz
mihi oñdit deus neminē cōem aut imun
dum dicere hoiem: pp q̄d sine dubitatiōe
veni accersitus. Interrogo ḡ quā ob cāz
accersistis me. Et corneli⁹ ait. A nudius
q̄rta die vsq̄ ad hāc horā orans erā hora
nona in domo mea: ⁊ ecce vir stetit añ me
in veste cādida: ⁊ ait. ¶ Corneli exaudita

Tobie.j.2.

ē oratio tua ⁊ elemosyne tue cōmemorate
sunt in cōspectu dei. Mitte ḡ in ioppen ⁊
accersi simonez q cognominaꝰ petr⁹: hic
hospitatur in domo simōis coriarij iuxta
mare. Confestim ḡ misi ad te: ⁊ tu bñ feci
sti veniēdo. Nūc ḡ oēs nos in conspectu
tuo adsumus: audire oīa quecūq̄ tibi pre
cepta sunt a dño. Aperiens āt petrus os
suū dixit. ¶ In v̄itate ꝯperi: q2 nō ē ꝑso/
naꝝ acceptor de⁹: s3 in oī gente q timet eū
⁊ opaꝰ iustitiā: acceptus ē illi. Verbū mi
sit deus filijs israel: annūcians pacē p ie/
sum xp̄m: hic est oīum dñs. Vos scit̄ q̄d
factū ē v̄bū p vniuersā iudeā. ¶ Incipiēs
eni a galilea post baptismū q̄d ꝑdicauit io
hannes iesū a nazareth quō vnxit eū de⁹

Leuit:19.
Ro.2.b.
Eph.6.b.
Col.3.d.
i.Pe.i.c.
Jac.2.b. D
Esa.6i.

spūscō ⁊ v̄tute q ptrāsijt benefaciēdo ⁊ sa
nādo oēs oppressos a diabolo: q̄m deus
erat cū illo. ¶ Et nos testes sumus oīuz q̄
fecit in regione iudeoꝝ ⁊ hierl'm quē occi
derūt suspēdentes in ligno. ¶ Hunc de⁹
suscitauit tertia die ⁊ dedit eū māifestū fieri ñ
in oī poplo: s3 testibus ꝑordinatis a deo:
nobis q mādúcauim⁹ ⁊ bibimus cuz illo
postq̄ resurrexit a mortuis. Et p̄cepit no
bis ꝑdicare pplo ⁊ testificari: q2 ipse est q
cōstitutus ē a deo iudex viuoꝝ ⁊ mortuo
rū. Huic oēs ꝓphe testimoniū ꝑhibēt re
missionē pctoꝝ accipere p nomē ei⁹: oēs
q credūt in eum. Adhuc loquēte petro v̄
ba hec: cecidit spūssanct⁹ sup oēs q audie
bāt verbū. Et obstupuerūt ex circumcisio
ne fideles q venerant cū petro: q2 in natō
nes gratia spiritussancti effusa est. Audie
bant enim illos loquentes linguis: ⁊ ma
gnificantes deum. Tunc respondit petr⁹
¶ Nunquid aquā quis prohibere pōt vt

Esa.43.
s.i.a.
s.2.b.

s.8.d.

nō baptiçent̄ hi q̄ spm̄ scm̄ acceperūt sicut
⁊ nos? Et iussit eos baptiçari in noīe dn̄i
iesu xp̄i. Tunc rogauerunt eū vt maneret
apud eos aliquot diebus. XI

A

AVdierunt autē apl̄i ⁊ frēs q̄ erāt
in iudea: qm̄ ⁊ gentes receperunt
v̄bū dei. Cū aūt ascendisset petr⁹
hierosolymā disceptabant aduersus illuz
qui erant ex circūcisione dicētes. Quare
introisti ad viros p̄putiuz habētes: ⁊ mā
ducasti cū illis? Incipiens aūt petrus: ex

s.io.a.

ponebat illis ordinē: dicens. ¶ Ego eraz
in ciuitate ioppe orās: ⁊ vidi i excessu mē
tis mee visionē: descendēs vas quoddā
velut lintheū magnū quattuor initijs sum
mitti de celo ⁊ vēit vsq̄ ad me. In quod
intuēs considerabā: ⁊ vidi quadrupedia
terre ⁊ bestias ⁊ reptilia ⁊ volatilia celi.
Audiui aūt ⁊ vocē dicentem mihi. Sur-

B

ge petre: occide ⁊ manduca. Dixit autez
Nequaq̄ dn̄e: q2 cōe aut imundum nūq̄
introiuit in os meū. R̄ndit aūt vox secun
do de celo. Que deus mundauit: tu ne cō
mune dixeris. Hoc aūt factum est p̄ ter ⁊
recepta sunt oīa sursum in celū. Et ecce vi
ri tres confestim astiterūt in domo in qua
eraz missi a cesarea ad me. Dixit aūt spūs
mihi: vt irem cū illis nihil hesitans. Ve-
nerunt aūt mecū ⁊ sex fratres isti: ⁊ igressi
sumus in domum viri. Narrauit aūt no
bis quō vidisset angelū iu domo sua stan
tem: ⁊ dicentē sibi. Mitte in ioppen: ⁊ ac
cersi simonē q̄ cognominat̄ petrus: q̄ loq̄
tur tibi v̄ba in q̄bus saluus eris tu ⁊ vni
uersa domus tua. Cū aūt cepissem loq̄ ce
cidit spūsscūs sup̄ eos: sicut ⁊ in nos i ini
tio. Recordatus sū aūt v̄bi dn̄i: sicut dice

s.i.a. j.19.a.
C

bat. ¶ Johānes q̄dē baptizauit aqua: vos
autē baptizabimini spiritusancto. Si ḡ eā
dē grām dedit illis deus sicut ⁊ nobis qui
credidimus in dn̄m iesum xp̄m: ego quis
eram qui possem p̄hibere deū? His au-
ditis tacuerunt: ⁊ glorificauerūt deum: di
centes. Ergo ⁊ gentibus penitētiā dedit
deus ad vitā. Et illi quidez q̄ dispersi fue
rant a tribulatione que facta fuerat sub ste
phano perambulauerūt vsq̄ phenicez et
cyprum: ⁊ antiochiam nemini loquentes
v̄bū nisi solis iudeis. Erant aūt quidam
ex eis viri cyprij: ⁊ cyrenei: q̄ cū introissēt
antiochiam loq̄bant̄ ⁊ ad grecos annun-
ciātes dn̄m iesum. Et erat manus dn̄i cuz
eis: multusq̄ numerus credentiū cōuer-
sus ē ad dn̄m. Peruenit aūt s̄mo ad au-
res eccl̄ie q̄ erat hierosolymis sup̄ istis: et
miserunt barnabā vsq̄ ad ātiochiā. Qui

D

cū p̄uenisset ⁊ vidisset grām dei: gauisus
est ⁊ hortabat̄ oēs i p̄posito cordis p̄māe
re in dn̄o: q2 erat vir bonus ⁊ plenus spū
scō ⁊ fide: ⁊ apposita ē multa turba dn̄o.
Profectus ē aūt tharsū vt q̄reret sauluz:
quē cū iuenisset p̄duxit ātiochiā. Et ānuz
totū cōuersati sūt ibi in eccl̄ia: ⁊ docuerūt
turbā multā: ita vt cognominarent̄ p̄mū
ātiochie discipuli xp̄iani. In his aūt die-
bus sup̄uenerūt ab hierosolymis p̄phete
antiochiā: ⁊ surgens vnus ex eis nomine
agabus significabat p̄ spm̄: famē magnā
futurā i vniuerso orbe terrar̄: q̄ facta est
sub claudio. Discipuli aūt p̄ut q̄sq̄ hēbat
p̄posuerūt i misteriū mittere habitantib⁹
i iudea frībus qd̄ ⁊ fecerūt mittētes ad se-
niores p̄ manus barnabe ⁊ sauli. XII

A

EOdem aūt tp̄e misit herodes rex
manus: vt affligeret q̄sdā de eccle
sia. Occidit āt iacobū frēm ioban
nis gladio vidēs autē q2 placeret iudeis
apposuit app̄hendere ⁊ petrū. Erāt autē
dies açimor̄. Quē cū app̄hēdisset misit i
carcerē: tradēsq̄ quattuor q̄ternionibus
militū ad custodiēdū eum volens post pa
sca p̄ducere eū pp̄lo. Et petrus q̄dē s̄ua
bat̄ i carcere: orō aūt fiebat sine intmissio
ne ab eccl̄ia ad deū p̄ eo. Cū āt p̄ducturus
cū eēt herodes: i ip̄a nocte erat petrus dor
miens int̄ duos milites vinctus catenis

s.5.c.j.16.c
Luc.2.b.

duabus: ¶ ⁊ custodes aūt custodiebāt car
cerem. ¶ Et ecce angelus dn̄i astitit: ⁊ lu-
men refulsit in hītaculo: p̄cussoq̄ latere

B

petri excitauit eū dicēs: Surge velociter
Et ceciderūt catene de manib⁹ eius. Di-
xit āt āgelus ad eū. Precingere: ⁊ calcia
te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi.
Circūda tibi vestimētū tuuz: ⁊ seq̄re me.
Et exiēs seq̄bat̄ eū: ⁊ nesciebat q2 verū ē
qd̄ fiebāt p̄ angelū. Existimabat aūt visuz
se videre. Transeuntes aūt p̄mam ⁊ secū
dam custodiam venerunt ad portam fer-
ream q̄ ducit ad ciuitatem: que vltro apta
est eis. Et exeuntes processerunt vicum
vnum ⁊ continuo discessit angelus ab eo

Gen.28.
Daniel.3.

Et petrus ad se reuersus dixit. ¶ Nunc
scio vere quia misit dominus angelum su
um ⁊ eripuit me de manu herodis ⁊ de oi

x.15.d.

expectatione plebis iudeoꝝ. Cōsiderāsq;
venit ad domū marie mr̄is iohānis q co/
gnominat⁹ ē marcus: vbi erāt multi con
gregati ⁊ orātes. Pulsante aūt eo ad osti
uꝫ ianue: ꝓcessit puella ad videndū noīe
E
rhode. Et vt cognouit vocē petri p̄ gaudio
nō apuit ianuaꝫ sed introcurrēs nūciauit
stare petrū añ ianuā. At illi dixerūt ad eā
Insanis. Illa aūt affirmabat sic se hr̄e.
Illi aūt dicebāt. Angelus ei⁹ ē. Petrus
aūt pseuerabat pulsans. Cū aūt apuissent
ostiū: viderūt eū ⁊ obstupuerūt. Annuēs
aūt eis manu vt tacerēt: narrauit quō dn̄s
eduxisset eū de carcere. Dixitq;. Nūcia/
te iacobo ⁊ frīb⁹ hec. Et egressus abijt i
aliū locū. Facta aūt die erat nō pua turba
tio int̄ milites qd naꝫ factū esset de petro.
Herodes aūt cū regsisset eū ⁊ nō inuenis
set: inqsitione facta de custodib⁹ iussit eos
duci: descēdēsq; a iudea i cesarea: ibi cō/
D
moratus ē. Erat aūt iratus tyrijs ⁊ sido/
nijs. At illi vnanimes venerūt ad eū: et
psuaso blasto q erat sup cubiculū regis po
stulabāt pacē: eo q alerent̄ regiones eoꝝ
Eccle.ii.a.
ab illo. ¶ Statuto aūt die herodes vestit⁹
veste regia sedit p tribunali: ⁊ cōtionaba
tur ad eos. Ppl's aūt acclamabat dei vo
ces ⁊ nō hoīs. Cōfestim āt pcussit eū an/
gelus dn̄i eo q nō dedisset honorē deo: ⁊
cōsūptus a vermib⁹ expirauit. Verbū āt
dn̄i crescebat ⁊ multiplicabat̄. Barnabas
aūt ⁊ saulus reuersi sunt ab hierosolymis
expleto misterio: assumpto iohāne q cog/
A
minatus ē marcus.

XIII

Erant aūt i eccl'ia q̄ erat antiochie
ꝓphete ⁊ doctores: in qbus bar/
nabas ⁊ simō q vocabat̄ niger: et
lucius cyrenēsis ⁊ manahen q erat hero/
dis tetrarche collactaneus ⁊ saulus. Mi/
nistrātibus aūt illis dn̄o ⁊ ieiunantibus:
dixit illis spūssanct⁹. Segregate mihi sau
lū ⁊ barnabā i opus ad qđ assumpsi eos.
Tunc ieiunātes ⁊ orātes iponentesq; eis
manus: dimiserūt illos. Et ipsi qdē missi
a spū scō abierūt seleutiā: ⁊ inde nauigaue
runt cypꝝ. Et cū venissent salaminā: p̄di
cabāt vbū dei i synagogis iudeoꝝ. Ha/
bebāt aūt ⁊ iohānē i ministerio. Et cum
pambulassent vniuersā insulā vsq; ad pa
phū: iuenerūt quedā viꝝ magnū pseudo
ꝓphetā iudeū cui nomen erat barieu. qui
erat cū ꝓcōsule sergio paulo viro pruden
te. Hic accersitis barnaba ⁊ paulo: desi/
derabat audire vbū dei. Resistebat autē
illis elimas mag⁹: sic.n. in ip̄retat̄ nomē
eius q̄rēs auertere ꝓcōsulē a fide. Saul⁹
aūt q ⁊ paulus: replet⁹ spūscō intuēs i eū
Eccle.i.a.
dixit. ¶ O plene omi dolo ⁊ oī fallacia fili
diaboli: inimice oīs iustitie: nō desinis sb
uertē vias dn̄i rectas. Et nūc ecce man⁹
dn̄i sup te: ⁊ eris cecus nō vidēs solē vs/
q; ad tp̄s. Et cōfestim cecidit in eū caligo
⁊ tenebre: ⁊ circuiēs q̄rebat q ei manū da
ret. Tūc ꝓcōsul cū vidisset factū: credidit
āmirās sup doctrina dn̄i. Et cuꝫ a papho
B
nauigasset paulus ⁊ q cū eo erāt: venerūt
pgen pāphylie. Iohānes aūt discedēs ab
eis reuersus ē hierosolymā. Illi vo per
trāseuntes pgen venerūt ātiochiā pisidie
⁊ igressi synagogā die sabbatoꝝ sederūt.
Post lectionē aūt legis ⁊ ꝓphetaꝝ: mise
rūt p̄ncipes synagoge ad eos dicētes. Vi
ri frēs: si qs ē i vobis s̄mo exhortationis
ad plebē dicite. Surgēs āt paulus: ⁊ ma
nu silētiū idicēs ait. Viri isrl'ite ⁊ qui ti
metis deū audite. Deus plebis israel ele
git p̄res nr̄os ⁊ plebē exaltauit cū essent i
cole i t̄ra egypti: ⁊ i brachio excelso eduxit
eos ex ea: ⁊ p q̄dragita ānoꝝ tp̄s mores
eoꝝ substinuit in deserto. Et destruēs gē
tes septē in t̄ra chanaā sorte distribuit eis
t̄rā eoꝝ q̄si post q̄dringentos ⁊ qnq̄ginta
ānos: ⁊ post hec dedit iudices vsq; ad sa
muel ꝓpham. Et exinde postulauerūt re
gē: ⁊ dedit illis: saul filiū cis viꝝ de tribu
bēiami: ānis q̄dragita. Et amoto illo sus
citauit illis dauid regē: cui testimoniū p/
hibens dixit. Inueni dauid filiū iesse viꝝ
s̄m cor meū: q faciet oēs volūtates meas.
Huius deus ex semie s̄m ꝓmissionem
eduxit isrl' saluatorē iesum: p̄dicāte iohā
ne ante faciē aduētus ei⁹ baptismuꝫ pnie
oī pp'lo israel. Cū ipleret āt cursū suū: di
C
Mar.i.b.
Io.i.d.
cebat. ¶ Quē me arbitramini eē: nō sum
ego: sꝫ ecce venit post me: cuius nō suꝫ di
gnus calciamēta pedū soluere. Viri frēs
filij generis abrahā ⁊ q i vobis timēt deū
vobis vbū salutis h⁹ missū est. Qui eni
hitabāt hierl'm ⁊ p̄ncipes eius hūc igno/
rantes: ⁊ voces ꝓphaꝝ q̄ p oē sabbatū le
gunt̄: iudicātes iplcuerunt. ¶ Et nullam
Luc.23.c.
s.3.c.
cām mortis iueniētes i eo: petierūt a pila
to vt iterficerent eū. Cūq; ꝯsumasset oia
q̄ de eo scripta erāt: dponētes eū de ligno

pŏsuerūt eū in monumento. Deus autē suscitauit eū a mortuis tertia die: q visus ē p dies multos his q simul ascenderāt cū eo de galilea in hierl'm: q vsq3 nūc sunt testes eius ad plebē. Et nos vob annunciam⁹ eā q̄ ad p̄res nr̄os repromissio facta est: qm̄ hāc deus adimpleuit filijs vr̄is resuscitās iesum: sic̄ τ in psalmo scd̄o scriptū ē. Filius meus es tu: ego hodie genuite. Q̄d āt suscitauit eū a mortuis ampli⁹ iā nō reuersurū in corruptionē3 ita dixit. Quia dabo vobis scā dauid fidelia. Jdcq3 τ alias dic. ¶ Nō dabis scm̄ tuū videre corruptionē. Dauid eni in sua generatiōe cū3 ammini strasset volūtati dei: dormiuit τ appositus ē ad p̄res suos: τ vidit corruptionē. Quē vo deus suscitauit a mortuis: nō vidit corruptionē. Notū igit sit vobis viri fr̄es: q: p hūc vobis remissio pctōꝝ ānunciat ab oībus: quibus nō potuistis i lege moy si iustificari. Jn hoc oīs qui credit iustificat. Videte ergo ne supueniat vobis qd̄ dictū est in ꝓphetis. Videte cōtēptores τ āmiramini τ dispdimini: q: opus operor ego in diebus vr̄is: op⁹ qd̄ non credetis si qs enarrauerit vobis. Exeūtib⁹ aūt illis rogabant vt sequēti sabbato loquerent si bi vba hec. Cūq3 dimissa eēt synagoga: secuti sunt multi iudeoꝝ τ colentiū deum aduenaꝝ paulū τ barnabā3: q loquentes suadebant eis vt permanerēt in grā dei. Sequēti vo sabbato pene vniuersa ciuitas cōuenit: audire vbū dei. Vidētes āt turbas iudei repleti sunt zelo: τ ɔ̄dicebāt his que a paulo dicebant blasphemantes Tūc cōstanter paulus τ barnabas dixert Vobis oportebat p̄mū loq vbū dei: sed qm̄ repellitis illud: τ indignos vos iudicatis eterne vite: ecce ɔuertimur ad gentes. Sic enim nobis precepit dn̄s. ¶ Posui te in lucem gentiū: vt sis in salutē vsq3 ad extremū terre. Audientes autē gentes gauise sunt: τ glorificabant vbū domini τ crediderunt quotquot erant pre ordinati ad vitā eternā. Disseminabat aūt verbū dn̄i per vniuersam regionē. Judei āt cōcitauerūt mulieres religiosas τ hōestas τ p̄mos ciuitatis: τ excitauerūt psecutiōe3 in paulū τ barnabā: τ eiecerunt eos de finib⁹ suis. ¶ At illi excusso puluere pedū in eos venerūt iconiū. Discipuli q̄3 replebantur gaudio τ spūsancto. XIIII

Factum est aūt in iconio vt simul introirent synagogam iudeoꝝ τ loquerent: ita vt crederet iudeoꝝ τ grecoꝝ copiosa multitudo. Qui vo incre duli fuerūt iudei: suscitauerūt τ ad iracundiā cōcitauerunt aīas gentiū aduersus fratres. Multo igit tpe demorati sūt fiducialiter agētes i dn̄o: testimoniū p̄hibēte vbo grē sue: dante signa τ prodigia fieri p manus eoꝝ. ¶ Diuisa ē aūt multitudo ciuitatis: τ qdā qdē erant cū iudeis qdā vo cū apostolis. Cū aūt factus eēt impetus gentilium τ iudeoꝝ cū principibus suis vt cōtumelijs afficerent τ lapidarēt eos: intelligentes cōfugerunt ad ciuitates lycaonie: lystram: τ derben: τ vniuersam i circuitu regionē: τ ibi euangeliçātes erāt. Et commota ē oīs multitudo i doctrina eoꝝ: paulus āt τ barnabas morabāt lystris. ¶ Et q dam vir lystris ifirmus pedibus sedebat claudus ex vtero mr̄is sue: q nunq3 ambulauerat. Hic audiuit paulū loquētē. Qui intuitus eū τ vidēs: q: fidē hēret: vt salu⁹ fieret: dixit magna voce. Surge super pedes tuos rect⁹. Et exiliuit: τ ambulabat. Turbe āt cū vidissent quod fecerat paulus leuauerūt vocē suā lycaonice dicētes. Dij similes facti hoībus descēderunt ad nos. Et vocabant Barnabā3 iouē3 paulū vo mercuriū: qm̄ ipse erat dux vbi sacerdos q̄3 iouis q erat añ ciuitatē: tauros τ corōas añ ianuas offerēs cū populis: volebat sacrificar. Q̄d vbi audierūt apostoli barnabas τ paul⁹ ɔcissis tunicis suis exilierūt i turbas clamātes τ dicētes. Viri qd hec facitis? Et nos mortales sum⁹ similes vobis hoīes: ānūciātes vobis ab his vanis ɔuerti ad deū viuū: ¶ q fecit celū τ terrā τ mare τ oīa q̄ i eis sunt: q i p̄teritis generatoīb⁹ dimisit oēs gētes igredi vias suas. Et qdē nō sine testimōio semetip̄3 reliqt bn̄faciēs: de celo dās pluuias τ tpa fructifera iplēs cibo τ leticia corda eoꝝ. Et hec dicentes vix sedauerūt turbas ne sibi imolarēt. Supuenerūt aūt qdā ab antiochia τ iconio iudei: τ p̄suasis turbis lapidātes paulū traxerūt extra ciuitatem estimantes eum mortuū eē. Circūdātib⁹ aūt eum discipulis: surgēs intrauit ciuitatē: τ postera die ꝓfectus est cū barnaba in derben. Cūq3 euāgeliçassent ciuitati illi: τ docuissent multos: reuersi sunt lystrā τ iconiā τ antiochiā: ɔfirmātes aīas disci/

Ps̄.15. §.2.c.
D
Esa.49.
Mt.10.c. Mr.6.b. Luc.9.a.
§.6.c.
B
§.3.a.
C
Ps̄.145. Apoc.14.b.
D

c.14.d

pulorꝝ exhortantesq̃ꝫ vt ꝑmanerēt in fide: ¶ ꝛ qm̄ ꝑ multas tribulatões oꝫ nos intrare in regnū dei. Et cū ↄstituissent illis ꝑ sin/gulas ecclesias presbyteros ꝛ orassent cū ie/iunationib⁹: commēdauerunt eos dño in quē crediderūt. Transeuntesq̃ꝫ pisidiā ve nerūt i pāphyliā: ꝛ loquētes verbū dñi in pergen: descēderunt i nataliā ꝛ inde naui gauerunt antiochiā: vñ erāt traditi gratie dei in opus qđ cōpleuerūt. Cū aūt venis/sent ꝛ ↄgregassent ecclesiaꝫ: retulerūt quā ta fecisset deus cum illis: ꝛ q2 aperuisset gē tibus ostiū fidei. Morati sunt autē tēpus non modicum cū discipulis. XV.

A
Eccle.13
1.Cor.6.c
Gal.5.a

Et quidā descēdentes de iudea do cebāt frēs: ¶ q2 nisi circūcidamini ꝯm morem moysi nō potestis saluari. ¶ Facta ḡ seditiōe nō minima paulo ꝛ bar nabe aduersus illos: statuerūt vt ascēderēt paulus ꝛ bernabas ꝛ qdaꝫ alij ex alijs ad apostolos ꝛ presbyteros i hierusalē: super hac questione. Illi ḡ deducti ab ecclesia ꝑ trāsibāt phenicē ꝛ samariā narrātes ↄuer sionē gētiū: ꝛ faciebāt gaudiū magnū oi/bus fratribus. Cū aūt venissent hierosoly mā suscepti sūt ab ecclesia ꝛ ab apostolis ꝛ senioribus: annunciantes quāta deus fe cisset cū illis. Surrexerūt aūt quidā de he resi phariseoꝝ q crediderūt dicētes: q2 oꝫ circūcidi eos: ꝑcipe quoq̃ꝫ seruare legem moysi. Cōuenerūtq̃ꝫ apostoli ꝛ seniores videre de verbo hoc. Cuꝫ aūt mag[n]a cō q̄sitio fieret: surgens petrus. dixit ad eos Viri frēs vos scitis qm̄ ab antiq̄s dieb⁹ deus in nobis elegit ꝑ os meū audire gē tes vbū euāgelij ꝛ credere: Et qui nouit corda deus testimoniū ꝑhibuit dans illis spm̄ scm̄ sicut ꝛ nobis: ꝛ nihil discreuit in ter nos ꝛ illos fide purificās corda eoruꝫ

B

Nūc ergo qd tēptatis deuꝫ: imponere iu gū super ceruices discipuloꝝ qđ neq̃ꝫ nos neq̃ꝫ patres nr̄i portare potuimus. Sed per grām dñi iesu xp̄i credimus saluari quēadmodū ꝛ illi. Tacuit aūt oīs multitu do ꝛ audiebāt barnabā ꝛ paulū narrātes quanta deus fecisset signa ꝛ ꝓdi[g]ia i gen tibus per eos. Et postq̃ꝫ tacuerunt rñdit iacobus dicens. Viri frēs audite me. Si mon narrauit quēadmodum primum de us visitauit sumere ex gentibus populuꝫ nomini suo: vt huic ↄcordant vba ꝓphe tarū sicut scriptū est. Post hec reuertar ꝛ reedificabo tabernaculum dauid qđ de cidit: ꝛ diruta eius reedificabo: ꝛ erigā il lud: vt requirāt ceteri hoīum dñm: ꝛ oēs gētes super quas inuocatū est nomen me um dicit dñs faciēs hec. Notum a secu/lo est domino opus suum. Propter qđ ego iudico non inquietari eos qui ex gen tibus conuertunt ad deū: sed scribere ad eos v[t] abstineant se a cōtaminationibus simulacrorum: ꝛ fornicatione: ꝛ suffoca/tis ꝛ sanguine. Moyses.n.a temporib⁹ antiquis habet in singulis ciuitatibus q eum ꝑdicent in synagogis: vbi per om/ne sabbatum legit. Tunc placuit aposto lis ꝛ senioribus cuꝫ omni ecclesia eligere viros ex eis ꝛ mittere antiochiā cum pau lo ꝛ barnaba: iudam qui cognominabat barsabas ꝛ sylam: viros primos in fratri bus: scribentes ꝑ manus eoruꝫ. Aposto li ꝛ seniores fratres: his q sunt antiochie ꝛ syrie ꝛ cilicie fratribus ex gentibus salu tem. Qm̄ audiuimus q2 quidā ex nobis

C

exeuntes turbauerunt vos verbis euer/tentes aīas vestras: quib⁹ nō mādauim⁹ placuit nobis collectis in vnū eligere vi/ros: ꝛ mittere ad vos cū charissimis no stris barnaba ꝛ paulo: hominibus q tra diderunt animas suas pro nomie dñi no stri iesu xp̄i. Misim⁹ ergo iudam ꝛ sylā qui ꝛ ipsi vobis verbis referēt eadē. Vi sum est eni spūisancto ꝛ nobis nihil vltra imponere vobis oneris q̃ꝫ hec necessaria vt abstineatis vos ab imolatis simulacro rū ꝛ sanguine ꝛ suffocato ꝛ fornicatione: a quibus custodientes vos bene agetis. Valete. Illi ergo dimissi descenderūt an/tiochiā: ꝛ ↄgregata multitudine tradide/rūt ep̄lam. Quā cū legissent: gauisi sūt su per ↄsolatiōe. Iudas aūt ꝛ sylas ꝛ ipsi cū eēnt ꝓphete vbo plurimo ↄsolati sūt fra tres: ꝛ ↄfirmauerūt. Facto aūt ibi aliq̄n/to tp̄e: dimissi sūt cū pace a frib⁹ ad eos q miserāt illos. Visū est aūt syle ibi remāe/re: iudas aūt sol⁹ abijt hierl'm. Paulus

D

aūt ꝛ barnabas ꝺmorabant antiochie do centes ꝛ euangelizantes cum alijs pluri/bus verbum dñi. Post aliquot autē di es dixit ad barnabam paulus. Reuerten tes visitemus fratres per vniuersas ciui tates in quibus predicauimus verbū do/mini: quomodo se habeant. Barnabas aūt volebat secū assumē ꝛ iohānē: q cog/

minabatur marc⁹. Paulus aūt rogabat eū vt q discessisset ab eis de pāphylia ⁊ nō esset cū eis: in opus nō debere recipi. Facta ē aūt dissensio: ita vt discederēt ab inuicē: ⁊ barnabas qdē assumpto marco nauigaret cypꝝ. Paulus ṽo electo syla ꝓfectus est: traditus grē dei a frībus. Perambulabat aūt syriā ⁊ ciliciā ɔfirmās ecclesias: p̄cipiens custodire precepta apostoloꝝ ⁊ senioꝝ.

XVI

A

Peruenit aūt in derben ⁊ lystraz. Et ecce discipulus qdā erat ibi nomine timotheus fili⁹ mulieris vidue fidelis: pr̄e gentili. Huic testimoniū bonū reddebant q i lystris erant ⁊ iconio frēs. Hunc voluit paulus secū ꝓficisci: ⁊ assumēs circūcidit eū ꝓpter iudeos qui erant in illis locis. Sciebant.n. oēs ꝙ pr̄ eius erat gentilis. Cū aūt ptransirent ciuitates: tradebant eis custodire dogmata q̄ erant decreta ab ap̄lis ⁊ senioribus qui erant hierosolymis. Et ecclesie quidez cō firmabanť fide: ⁊ abundabāt numero q̊ti die. Transeuntes aūt phrygiaz ⁊ galacie regionē: vocati sunt a spū scō loq ṽbum dei in asia. Cū venissent autem i mysiam tēptabant ire in bithyniā: ⁊ nō pmisit eos spūs iesu. Cuz autē pertransissent mysiā descenderunt troadē: ⁊ visio p noctē paulo ostēsa est. Vir macedo qdā erat stans ⁊ dep̄cās eū ⁊ dicens: Transiens i macedoniā adiuua nos. Vt autē visum vidit: statim q̄siuim⁹ ꝓficisci in macedoniā certi facti ꝙ vocasset nos de⁹ euāgeliçare eis.

B

Nauigātes autē a troade recto cursu venimus samothraciā: ⁊ sequenti die neapolim ⁊ inde philippis: q̄ est prima ptˀ macedonie ciuitas colonia. Eram⁹ autem in hac vrbe diebus aliq̊t consistentes. Die autem sabbatoꝝ egressi sumus foras portam iuxta flumē: vbi videbatur oīo esse: ⁊ sedentes loquebamur mulieribus que conuenerant: ⁊ quedā mulier noie lydia purpuraria ciuitatˀ thiathirenoꝝ colens deū audiuit: cuius dn̄s aperuit cor intendere his q̄ dicebanť a paulo. Cum autez baptiçata esset ⁊ domus eiu⁹: deprecata ē dicens. ¶ Si iudicastis me fidelē dn̄o eē introite in domum meā ⁊ manete. Et coegit nos. Factum est autē euntib⁹ nobis ad orationē puellam quandā hn̄tem spm̄ phitonē obuiare nobis: que q̄stū magnuz p̄stabat dn̄is suis diuinādo. Hec subsecuta paulū ⁊ nos clamabat dicens: Isti homines serui dei excelsi sunt q annunciant vobis viam salutis. Hoc aūt faciebat mltis diebus. Dolens aūt paulus: ⁊ conuersus spūi dixit. Precipio tibi in noie iesu xp̄i exire ab ea. Et exijt eadem hora.

Gen.18.
i.Reg.28.

C

Videntes aūt dn̄i eius: qꝛ exiuit spes quest⁹ eoꝝ: apprehendentes paulū ⁊ sylā perduxerunt in forū ad principes: ⁊ offerentes eos magistratibus dixerunt. Hi homies conturbant ciuitatem nostrā cum sint iudei: ⁊ annunciant morem quē non licz nobis suscipere neqꝫ facere cū simus romani. Et cucurrit plebs aduersus eos: ⁊ magistratus scissis tunicis eoꝝ iusserunt eos virgis cedi. Et cum multas plagas eis i posuissent miserunt eos in carcerem: p̄cipientes custodi vt diligēter custodiret eos. Qui cū tale preceptū accepisset misit eos in interiorē carcerem: ⁊ pedes eoꝝ strinxit ligno. Media aūt nocte paulus ⁊ sylas adorantes laudabant deū: ⁊ audiebāt eos qui in custodia erant. Subito vero terre motus factus est magnus: ita vt mouerētur fundamenta carceris. Et statim apta sunt omnia ostia: ⁊ vniuersoꝝ vincula soluta sunt. ¶ Expergefactus aūt custos carceris ⁊ vidēs ianuas apertas carcerˀ euaginato gladio volebat se interficere estimans fugisse vinctos. Clamauit aūt paulus voce magna dicēs. Nihil tibi mali feceris. Vniuersi enim hic sumus. Petitoqꝫ lumine introgressus est: ⁊ tremefactus ꝓcidit paulo ⁊ syle ad pedes ⁊ ꝓducens eos foras ait. Dn̄i: qd me oportet facere vt saluus fiam? At illi dixerunt. Crede in dn̄m iesum: ⁊ salu⁹ eris tu ⁊ domus tua. Et locuti sunt ei verbū dn̄i: cū oibus qui erant in domo.

s.5.c.a.12.b

D

Et tollens eos in illa hora noctis lauit plagas eoꝝ: ⁊ baptiçat⁹ est ipse ⁊ omnis domus eius continuo. Cumqꝫ perduxisset eos in domum suam apposuit eis mensam: ⁊ letatus est cum oi domo sua credens deo. Et cum dies fact⁹ esset miserunt magistratus lictores dicentes. Dimitte hoies illos. Nunciauit autē custos carceris verba hec paulo: qꝛ miserunt magistratus: vt dimittamini. Nunc igitur exeuntes ite in pace. Paulus autē dixit eis. Cesos nos publice indemnatos hoies romanos miserunt in carcerem: ⁊

nūc occulte nos eijciūt. Nō ita. s; veniant
⁊ ipi nos eijciāt. Nūciauerūt āt magistra
tib⁹ lictores vba h. Timuerūtq; audito
q romani eēnt ⁊ veniētes depcati sūt eos
⁊ educētes rogabāt vt egrederent de vr
be. Exeūtes aūt de carcere: itroierūt ad li
diam: ⁊ visis fratribus consolati sunt eos
⁊ profecti sunt. XVII.

A

Cum aūt pābulassent āphipolim
⁊ appolloniā venerūt thessaloni
cā vbi erat synagoga iudeorum.
Scdm ꝯsuetudinē aūt paulus itroiuit ad
eos: ⁊ p sabbata tria disserebat eis de scri
pturis adapiēs ⁊ insinuās. ¶ Qr xp̄z opor
tuit pati ⁊ resurgere a mortuis: ⁊ qr hic ē
iesus xp̄s quē ego ānūcio vobis. Et qdā
ex eis crediderūt ⁊ adiūcti sūt paulo ⁊ sy
le: ⁊ de colētib⁹ gētilibusq; multitudo ma
gna ⁊ mlieres nobiles nō pauce. Zelātes
aūt iudei assumētesq; de vulgo viros qs
dā malos ⁊ turba facta ꝯcitauerūt ciuita
tē: ⁊ assistētes domui iasonis q̄rebāt eos
ꝓducere i ppl'm. Et cū nō iuenissent eos
trahebāt iasonē ⁊ qsdā frēs ad pncipes ci
uitatis clamātes: qm hi q vrbē cōcitant ⁊
huc venerūt qs suscepit iason. ¶ Et hi oēs
ꝯtra decreta cesaris faciūt regē aliū dicen
tes eē iesū. Cōcitauerūt aūt plebē ⁊ pnci
pes ciuitatis audiētes hec. Et accepta sa
tisfactiōe a iasone ⁊ a ceteris dimiserūt eos

Luc.24.g

Joh.19.g

B

Frēs vo ꝯfestim p noctē dimiserūt pau
lū ⁊ sylā i beroam. Qui cū veīssēt i syna
gogā iudeorum itroierūt. Hi aūt erāt nobi
liores eorum q sūt thessalonice q susceperūt
vbū cū oi auiditate. qtidie scrutātes scri
pturas si hec ita se haberēt. Et multi qdē
crediderūt ex eis ⁊ mlierum gētiliū honesta
rū ⁊ viri nō pauci. Cū āt cognouissēt i thessa
lonica iudei: qr ⁊ beree pdicatū ē a paulo
vbū dei: venerūt ⁊ illuc cōmouētes ⁊ tur
bātes multitudinē. Statiq; tūc paulū di
miserūt frēs: vt iret vsq; ad mare. Sylas
aūt ⁊ timotheus remāserūt ibi. Qui āt de
ducebāt paulū: pduxerūt eū vsq; ad athe
nas: ⁊ accepto mādato ab eo ad sylā ⁊ ti
motheū vt q̄ celeriter venirēt ad illū: ꝓ
fecti sūt. Paulus aūt cū athenis eos expe
ctaret: icitabat spūs ei⁹ in ipo vidēs ido
latrie deditā ciuitatē. Disputabat igit in
synagoga cū iudeis ⁊ colentib⁹ ⁊ in foro
p oēs dies ad eos q audierant. Quidam
aūt epicurei ⁊ stoici philosophi disserebāt
cū eo: ⁊ qdam dicebāt. Quid vult semini
uerbius hic dicere. Alij vo: nouorum de
moniorum videt annūciator esse. qr iesum ⁊
resurrectionē annūciabat eis. Et apphē
sum eū ad ariopagum duxerunt dicentes.
Possumus scire q̄ est hec noua q̄ a te di
cit doctrina. Noua eni qdam infers au
ribus nostris. Volumus ergo scire quid
nā velint hec esse. Athenienses aūt oēs ⁊
aduene hospites ⁊ ad nihil aliud vocabāt
nisi aut dicere aut audire aliquid noui.
Stans aūt paulus in medio ariopagi ait
Viri athenienses per oia qsi supsticiosos
vos video. Preteriens. n. ⁊ videns si
mulacra vestra: iueni ⁊ aram i qua scriptū
erat. Ignoto deo. Qd ergo ignorantes
colitis. hoc ego annūcio vobis. Deus q
fecit mundum ⁊ oia q̄ in eo sūt: hec celi ⁊
terre cū sit dn̄s non in manufactis tēplis
habitat: nec māibus humanis colit indi
gēs aliquo cū ipe det oibus vitā ⁊ inspi
rationē ⁊ oia fecitq; ex vno oē genus ho
minū: inhabitare sup vniuersā faciē tre.
definiēs statuta tpa: ⁊ termios habitatio
nis eorum q̄rere deū si forte attrectēt eū aut
iueniant: q̄uis nō lōge sit ab vnoquoq;
nr̄m. In ipo eni viuimus ⁊ mouemur ⁊
sum⁹: sicut ⁊ qdā vr̄orum poetarum dixerunt
Ipsius eni gen⁹ sum⁹. Gen⁹ ḡ cū sim⁹
dei. nō debem⁹ estimare auro ⁊ argento
aut lapidi: sculpture artis ⁊ cogitationis
hōis diuinū eē simile. Et tpa quidē hui⁹
ignorantie despiciēs de⁹ nūc annūciat ho
minib⁹: vt oēs vbiq; pniam agāt eo q sta
tuit diē in quo iudicatur⁹ est orbē in eqta
te in viro in q̄ statuit fidē pbens oibus su
scitās eū a mortuis. Cū audissent autē re
surrectionē mortuorum: qdam quidē irride
bāt: qdem vo dixerunt. Audiem⁹ te de
hoc iterum. Sic paulus exiuit de medio eorum
Quidā vo viri adherētes ei crediderūt
in qb⁹ ⁊ dionysius ariopagita ⁊ mlier no
mine damaris: ⁊ alij cum eis. XVIII

C

ioanā. dñi decus vel dñi pulchritudo
ioarib. dominus suscitans mōtes vel dominus vigilans fortitudine.
ioari. dño exaltatus vel dñi exaltatio.
ioas. sperans vel temporalis siue do minū sustolleus aut dñi plasmatio.
ioathā. pfectus vel perfectio siue con sumatus aut consumatio.
ioathan. idem.
ioathas. perfecte sustollens vel consu mata plasmatio.
ioas. dñm videns vel domini fortitu do siue vbi est retinere eum aut vbi est reprehensio eius.
iob. dolor vel ociositas.
iob. magus vel magnus siue dolens aut vlulans.
iobab. distillans vel mago patre: seu magnus pater aut doloris vel vlu lationis distillatio.
iobal. delatus vel delatio: siue dimit/tens aut dimissio.
iobama. magus donatus dñi vel do lor gratie dei.
iobel. magus dei vel dolens deo.
iochabed. dñi germē vel dñi p̄patio. siue dñi libamē aut dñi intelligētia.
iochel. germen diuinū vel p̄patio dei
iocelā. cōpmēs eos vel oppressio eoꝝ
iod. scia vel p̄ncipiū seu donatio dei.
iodae. ip̄e cognoscens vel dñi cogni tio siue cognoscens scientiam aut co gnoscens p̄ncipiū.

Joed. dño ſeruſens vel dñi teſtificãs
Joezer: dñi fortis vel dño ſepatus.
Jophe. dñi os vel dñi diſciplina ſiue dñs elegit aut dñs illuminauit.
Jogli: contemptus vel deſpiciens.
Joba: dño rñdens vel dñi rñſio: ſiue dñans ei aut dominatio eius.
Johana: dñi donũ vel domini gratia
Johãna: dñs miſericors: ſiue dñi miſericordia ſeu dño graꝰ aut dominꝰ gratia eius.
Johannã: dñs gratus eius vel dominus miſericordia eorũ.
Johanan: erat donãs vel dñi donũ.
Johannã: cuiꝰ ē donũ vel dñi grã.
Johãnē dño donatꝰ ł dño gratificatꝰ
Johãnes: dñi gratia vel in quo ē gratia: ſiue cui donatũ eſt aut cui donatio a domino facta deꝰ.
Jobel: dimittēs vel mutatus: ſeu defluens aut decipiens.
Johel: fuit dei vel incipiēte deo: ſiue ē deus aut eſt dominus deus
Johachim: qui ē conſurgens vel dñi reſurrectio ſiue dñs ſuſcitans aut domino ſuſcitante.
Joiada: dñz cogſcēs aut dñi cognitio
Joiadae: dñi cognitio vel ipſo domino cognoſcente.
Joiaden: dñs cognoſcens fontē vel dñs cognoſcens oculũ.
Joiarib: dñi vltio vel dñi iudiciũ.
Joiarim: dñm exaltãs vel domini exaltatio: ſiue dñs ſaltuum.
Jomna: matutina vel dextera eiꝰ.
Jona: colũba vel donans: ſiue vbi ē donatꝰ aut vbi eſt donatio.
Jonadab dño obediēs ł dñi ſpõtaneꝰ
Jonadab: columba precipua vel donatio patruelis.
Jonas: donans vel donatus: ſiue cui ē donatio aut qui donatꝰ eſt deo.
Jonathã: columba veniēs vel colũbe donum: ſiue columba dans aut domini donatio.
Joni colũba mea vel donãs mihi: ſiue donũ meũ aut donatio mea.
Joppe. pulchra vel pulchritudo.
Joppite: pulchri vel decori.
Jor. riuus vel fluuius.
Jora: riuꝰ eiꝰ vel fluuiꝰ eius: ſeu manus ſublimiũ aut dñi celſitudo.

Jorabeth: domus excelſa vel domus ſublimium.
Jorarei: riuus ſpinarum vel fluuius compunctionis.
Jorã qui ē excelſus vel vbi ē excelſus ſiue dñs excelſus aut dñi ſublimitas
Joran: riuus vel fluuius gratie.
Jordanis riuꝰ iudicij vel fluuiꝰ iudicantis: ſiue deſcēſio eorum aut apprehenſio eorum.
Jore riuꝰ excelſus vel fluuij exaltatio.
Jorim: riuꝰ eoꝝ vel fluuiꝰ eoꝝ: ſiue excelſus riuꝰ aut fluuiꝰ exaltatꝰ.
Jora factura mãdati vel dñi ſaluatio.
Joſabeſeth vbi ē ſaturitas germinis vel vbi ē ſaturitas reſurrectionis.
Joſabeth: domini ſaturitas vel domini iuramentum.
Joſabia: vbi eſt incenſũ domini vel in quo eſt iuramentũ.
Joſaph dñi ſpeculũ vł dño vinculatꝰ ſiue dñi labium aut dño anguſtiatꝰ.
Joſaphat: ipe iudicãs vł ipſe iudicat ſiue dñi iudiciũ aut dñs iudicabit.
Jeſech: dñi iuſtus vel dñi iuſtificatus
Joſedech: idem.
Joſeph: augmentũ vel appoſitio.
Joſephus: augens conſilio vel apponens feſtinationem.
Joſphias: ipſe liber dño vel ipſa libertas domini.
Joſias vbi eſt incenſũ dñi vel in quo eſt ſacrificium.
Joſophonias: dño abſconditꝰ vel domini ſpeculator.
Joſoias: vbi eſt ſalus domini vł in q̃ eſt ſaluator dominus.
Joſue ſalus vel ſaluatio: ſiue ſaluator aut ſaluaturus.
Joth: ſcientia vel principiũ: ſiue dominator aut dominatio.
Jotha: ē pfectꝰ vel eſt perfectio. ſiue ē dñi pfect aut ē dñi pfectio.
Jothã: dñi pfectio vel dñi cõſumatio ſiue pfectio eoꝝ aut ꝯſumatio eorũ.
Jothan: ſcia dñi vel principiũ gratie
Jouis inimicus hic vel dñs ille.
Jozabaad. dño dotatꝰ vel dñi dotatio
Jozbad: domini fluens torris vel domino torris fluitio.
Jozabad. dñi dotatꝰ vel qui ē dotatꝰ a domino.

Jozabeth. dñi dos vel que eſt dotata a domino.
Jozachar. dñi vltio vel dñi iudicium
Jozaded dñi fortis ſeruꝰ vel dñm fortem teſtificans.
Jozarib. dñi vltio vel dñi diiudicatio
Joziam dñi ductio ē vel dñi oliua eſt

Hic. r. poſt. i.

I Rad. ciuitas deſcendēs vł ciuitatis deſcenſio ſiue vigilãs ſeruꝰ aut ſuſcitãs teſtimoniũ.
Jras. frater meus vidēs vel fratris mei viſio ſeu vigilantē ſuſtollēs aut vigilans plaſmationi.

Hic. ſ. poſt. i.

I S. vir vel aſſumptus.
Jſſa. mulier vel aſſumptio.
Jſaac. riſus vel gaudiũ.
Jſaar vir vigilãs vel ſuſcitator.
Jſaarite. viri vigilãtes vel viri ſuſcitatores.
Jſachar. q eſt memor vł dñz mēorãs ſeu vir mercedis aut ē merces mea.
Jſacharite. qui ſũt memores vł dñm memorantes. ſeu viri mercedũ aut ſunt mercedes mee.
Jſai. ſalus mea vel dñi ſalutare. ſeu vir deuorator aut vir aſſumens.
Jſaias. dñi ſalus vel dñi ſalutare.
Jſar. vir paruulus vel vir imminutus ſeu vir vigilãs aut vir ſuſcitator.
Jſari. vir puulus mihi vel vir minorationis mee. ſeu vir ſuſcitans me. aut vir vigiliarũ mearũ.
Jſoaal vir vetuſtus vł vir deuorator
Jſooam. vir deuorans populum vel aſſũptus in fortitudine populi.
Jſboſeth. vir confuſionis vel aſſũpta confuſio.
Jſcarioth. vir memorie vel ē merces eius. ſeu memoria mortꝭ eius aut memoriale domini.
Jſimuth deſtꝰ vł aſſumēs diſſipatõz
Jſmabel. vir auditꝰ deo vel aſſumēs exauditionez dei.
Jſmabelite viri auditi deo vł aſſumētes exauditiones dei.
Jſrabel mēs vidēs deũ vł ē vidē dei
Jſrabel vir videns deuz vel pncep cum deo. ſiue dei viſio eſt aut fortis directus dei.
Jſrabela. mēs vidēs deũ ſuũ vel pn/

ceps cū deo ſuo. ſiue ē videre deum
eius aut directio dei ſui.
Iſrabelite. viri vidētes deū vel aſſū/
pti pncipes cū deo.
Iſuar. vir puulus vel vir iminutus
ſiue vir ſalutis aut aſſūptio ſalutaris
Iſui vir loquēs vł aſſūptio ſalutꝭ mee
Iſtob. vir bonꝰ vł aſſūptio bonitatis
Italia mēs excedēs vł mētis exceſſꝰ
Italica. mente excedens vel mentis
exceſſio.
Italici. mentium exceſſus vel mente
excedentes.
Ithamar. inſule palma vł inſule ama
ritudo. ſiue vbi eſt amarus aut vbi
eſt cōmotio.
Iturea. montana vł ſublimis. Syrū
eſt non hebreum.
Iturei. montani vel ſublimes.
Ithꝰ mōs excelſꝰ vł mōs ſublimitatꝭ

Dic. v. poſt. i.

Ubileus. annꝰ remiſſus vel
annus remiſſionis.
Iuchal. potētia vel fortitudo.
Iuchadam. poteſtas opprimens eos
vel fortis oppreſſio eorū.
Iudaia. confitens dominū vel glori/
ficatio domini.
Iudaiſmus. laus vel cōfeſſio.
Iudaite. cōfitētes vc glorificantes.
Iudas cōfitens vel glorificans.
Iudea. cofeſſi vel glorificatio.
Iudei. laudantes vel cōfitentes.
Iudi. laudans vel confitens.
Iudith. confitens vel glorificās.
Iulius. incipiens vel principiū.
Iulia. idem.
Iunius. incipiens vel principium.
Iunia. idem.
Iupiter. inimicus ſeparans vł domi
nus ſeparator.
Iuſtus. elatus vel elatio. ſiue parcēs
aut ipſe alleuatus.
Iudith. principiū vel dominatio.

Sequitur de incipientibus ab. L
littera.

Aabaddon appollió grece ex
terminās vł exterminator latie.
Laabim. deuſti vel inflāmā/
tes. ſeu deuſtio aut inflāmatio.
Laada. flāma iudicij vel deuſtio iudi
cantis.
Laadon. perdēs vel interficiēs.
Laamas. iniquitas vel ad iniquitatē
Labaddom. perdens vel interficiēs
ſiue ſolitariꝰ aut ſolitudo eorū.
Laban. albū vel albedo. ſiue candi/
dus aut candidatio.
Labana dealbās eū vel cādidatio eiꝰ
Labaoth: veniētes vel egrediētes.
Labeth acceptās vel acceptabilis.
Labem. candor vel candidū ſiue cor
cor aut corfilio meo.
Labū. deuſti vel inflāmātes ſiue de/
uſtio aut inflāmatio.
Labo ingreſſus vel ingreſſio ſeu ve/
niētes aut ingrediētes.
Laboth. idem.
Lacedemonia cōſurgēs ſilētiū vel cō
ſurrectio ſanguinea.
Lacedemones. conſurgētes ſilentio
vel cōſurgentes ſanguinei.
Lachis intereſt vel ſibimet vir.
Lachor. cōſurgens vel conſurrectio.
Lachū. ꝯſurrectio vł ad cōſurgēdū.
Labed. ipſe ſibimet vir: vel ipſemet
vir ſuus.
Lapbidoth. lāpas quaſi os cultri ab
ore non ab oſſe.
Label in deo vel in deum.
Lais leo. vel filiꝰ leonis ſiue ipſe ſibi
met vir aut ipſemet vt ſuus.
Laiſa. leena vel in ſalutē. ſcit filia leo
nis aut filia leene.
Lamathara. ſignū vel condictio. ſiue
ad ſignū aut condictū.
Lamazabathani vt quid der eliquiſti
me vel vt quid derelictio mea.
Lamazabathami. idem.
Lamech. quādo eſt nomen littere ful
tura vel adiutorium. ſiue erectio aut
firmamentum.
Lamech. quādo eſt nomen hominis
percutiēs vel percuſſio ſiue humilis
aut humiliatus.
Lamuel. cum quo eſt deus vel in quo
eſt benedictio.
Laodicia. ſicut in vomitu vel natiui/
tas expectata ſiue tribꝰ amata a dño
aut tribus amabilis domini.
Laodicēſes ſūt in vomitibꝰ vel nati/
uitates expectate ſeu tribus amate a
dño aut tribus amabiles dñi.
Laonimim. tribꝰ vel matres ſeu phi
larchi multarum tribuum aut prin/
cipes multorum populorum.
Lapidoch. fulgor vel fulgur ſiue ful
gurans aut fulguratio.
Larma. ſublimitas vel conſurrectio.
Laſa. ſalus vel ſaluatio ſiue in ſalutē
aut in ſaluationem.
Laſabi. ſperauit in me vel in domino
ſpes eius.
Laſtenis. ſalus donata vel ſaluator a
domino.
Latuſim. fabri vel malleatores.
Lazarus. adiutus domini vel auxili
atus a domino.

Dic, c. poſt. l.

Ebana. albedo vel cādidatio
Leben. cādidū vel cādidatio
Lebeꝰ. corculū vel quaſi cor.
Lebna. later vel cementum.
Lebni. lateres vel cementa.
Lebniticij. latericij vel cementarij.
Lebona. albedo vel candidatio.
Lecha. gena eius vel maxilla eius.
Lechi. gena mea vel maxilla mea.
Lechis. gena viri vł maxilla aſſūpta.
Lechū. conſurgens vel conſurrectio
Ledan. flāma iudicās vel exurgens
Ledibel. flamma iudicans deo vel ex
urgens iudicium dei.
Leedan. flammam iudicans vel ex/
urgens iudicium.
Leemas. iniquitas vel ad iniquitatē
Leeth. flāma vite vel exuſtio pauoris
Legbatha ignis vel incendium.
Leem. panis vel refectio.
Lemazabathani. vt quid dereliquiſti
me vel vt quid derelictio mea.
Lem. additio vł frequēs bona opatō
Leſa. ſalus vel ſaluatio: ſiue in ſalutē
aut in ſaluationem.
Leſem. ad nomē iudicij ł ad auditioꝫ
Leſemdan. ad nomen iudicij vel ad
auditionem iudicantis.
Leuaboth. venientes vel edificātes.
Leui. additus vel appoſitꝰ ſiue aſſū/
ptus aut applicatus.
Leuite. additi vel appoſiti ſiue aſſū/
pti aut applicati.
Leuites. adiectio vel appoſitio: ſiue
applicatio aut ꝓſecutio.
Leuiatham. ꝓſequēs eos vel addita
mentum eorum.

Hic. i. post. l.

Lia. laborans vel laboriosa.
Libanus. albus vel candid⁹ siue candor aut candidatio
Libertini factura palee. vel facientes paleas.
Libia. veniens vel introiens.
Liebaonia. suscitās vel suscitatio siue ad suscitandū aut ad suscitationem.
Liebaonij. suscitantes vel ad suscitandum.
Lici. cōsurgēs vel lachrymas fūdēs
Licia. lachrymas fūdēs ei vel cōsurrectio eius.
Licius. consurgens vel ipse suscitās siue lachrymas fundens aut lachrymarum effusio.
Licij. consurgētes vel ipsi suscitātes siue lachrymas fundētes aut lachrymarum effusiones.
Liconia. suscitans vel suscitatio.
Liconienses. suscitātes vel suscitati.
Lidi. geniti vel edificati.
Lidia. nata ei vel edificatio eius.
Lidij. nati vel edificantes
Lidda: vtilis vel edificata.
Liddij. nati vel edificantes.
Linus. tibicen vel candidatus.
Lisama. nata temptatio uel natiuitas temptationis.
Lisias. generans uel generatus.
Lisimachus. generans percussionē uel generationis percussio.
Listra. genus decorum uel generās decorem.
Listris. utilitas angustie uel utilis tribulatio.
Lichostratos. sublimitas uel procliuiū. seu generans latitudinem aut utilitas seruitutis.

Hic. o. post. l.

Lobna alba uel cādida siue albor aut candidatio.
Lobeni. albus uel candidat⁹ siue cor mihi aut cor filij mei.
Lobni. albus: uel candidus siue albor aut candidatio.
Lobnitici. albi uel cādidi. siue albedines aut candidatores.
Lobni. albus uel candidatus siue cor mihi aut cor filio meo.
Lod. uinculum uel declinatio.
Lodabar: ipsi verbū vel ipsi sermocinatio.
Lodadid: ipsi seruitus vel ipsi testificatio.
Loddadim: ipsi causa vel ipsi iudiciū
Loide: consecutio vtilitatis vel q̄ consecuta est vtilitatem.
Lomna. lateres candidati vel laterū candidatio.
Loomnū: philarchi multarū tribuū vel pnceps multoꝝ populoꝝ.
Loth vacans vel declinās seu vinct⁹ aut ipse cōclusus.
Lotham: ipse cōcludens eos vel ipse vinculum eoꝝ.
Lothan: vinculum vel conclusio seu declinās donū aut vacās gratie.
Lothe: vinculum eius vel ipsa conclusio.

Hic. v. post. l.

Lucas: ipse eleuās vel ipse cōsurgens.
Lucius: idem.
Lud: vinctus vel declinans siue vtinam natus aut vtinā vtilis.
Ludim: vinculati vel declinātes siue fortiter ꝓsūt aut vtinā ꝓficiētes.
Luith. gene vel maxille.
Luza: nux vel amygdalū.

Sequitur de incipientibus a littera. M.

Maabeel: congregauit de⁹ vel congregatio dei.
Maacha: mollities vel confractio.
Maachati: fracta est mihi: vel cōfracti sūt mihi seu venter cesus aut ventris percussio.
Maadi: mensura serui mei vel q̄s sufficiens testimoniū meū.
Maabi: cōgregatus mihi vel cōgregatio mea.
Maala. chorus vel infirmitas.
Maalaph: de mille vel doctrina.
Maalath: chorus peccatorū vel infirmitas temporalis.
Maalehel. laudans deum: vel laudatio dei.
Maalmeon: de habitatione vel habuerunt habitationē.
Maalon de fenestra vl'a pncipio seu cōsumatus aut securitas.
Maalon: idem.
Maama. cōgregat⁹ popul⁹ ei vel cōgregatio populi eius.
Maamite: cōgregati populi ei vl' cōgregationes populorū eius.
Maamad: desiderium vel desiderabilis.
Maanath. requiescens vel requietio
Maaria amara vel domus mea siue ex visione aut ex iussione.
Maaroth: fouce vel spelunce.
Maasias. onus domino vel assūptio domini.
Maath: desiderium vel desiderabilis.
Mabar: munitum suscitans vel munimen vigilie.
Mabdihel. munitus deo vel munitio dei.
Mabdihelite: muniti deo vel munitiones dei.
Mabsan: munitus vel ꝓtegens siue munimen aut ꝓtectio.
Mabsar: muniens vel munitio.
Macha: ingeniū vel percussio.
Machabeus. ꝓtegēs vel ꝓtectio siue percutiens aut ingeniosus.
Machabei: ꝓtegētes vel ꝓtectiones siue percutiēs aut ingeniosi.
Machati: subact⁹ mihi vel mollities mea.
Maceda. exustio vel orientalis: siue ꝑus aut in antecessum.
Macedan: exurens vel exustio: siue oriens aut antecedēs.
Macedonia. combusta vel cōbustio. siue antecedēs aut orientalis.
Macedones cōburētes vel cōbusti: siue antecedētes aut orientales.
Macceloth: cetus vel ecclesie: siue cōgregati aut cōgregationes.
Macelloth. idem.
Macema: exurēs dn̄s vl' oriētal' dn̄i.
Maces: finis vel definitio.
Macces: idem.
Maceth. oriēs vita vel antecedens.
Machi. quid est vel quia est. siue rex meus aut regnū meū.
Machiel: rex me⁹ de⁹ vl' r̄gnū meū dei
Machimath: qd ē donū l' qd ē donatio

Machir: venūdabit vel restituet siue videns aut de infirmitate.
Machirite: venūdabūt vel restituēt seu vidētes aut de infirmitatibus.
Machmas: humilitas vl' attrectatio.
Machinathai: humilis vl' attrectata: siue tangēs aut vilitas tributoꝝ.
machosis ꝯcupiscētia vl' ꝯcupiscibilis
Mada: mēsura vel q̄s sufficiēter.
Madabas mēsurā venietē sustollēs vel sufficiētie veniētis plasmatio.
Madabena a saltu eius vel a nemore ei⁹: siue salus eoꝝ aut nemus eorū.
Madai: mensura mea q̄s sufficienter mihi.
Madaliel turris mea deus vel defensio mea deus meus.
Madan: ꝯdictio vel habitaculū: seu mēsura doni aut sufficiētia gratie.
Madbares: herem⁹ vel solitudo.
Madia: mēsura dn̄i vel sufficiēs dn̄o
Madiā: de causa vel de iudicio: siue in causam aut in iudiciū.
Madian: respōdēs vel diiudicās: siue iniquitas aut cōtradictio.
Madiane: rn̄dētes vel diiudicantes: seu iniqui aut cōtradicentes.
Madianite: idem.
madid: turr' testiū vl' mēsura futur'
Maddim: iudiciū vel diiudicatio.
Madmena mēsura viceꝝ vel q̄s sufficienter ex ipsis.
Madon. ꝯdictio vel habitaculū: siue inhabitatio aut inhabitātes.
Mapoa. speculator vl' speculatio siue de speculo aut de speculatione.
magal. colonia vel trāsmigratio.
magala trāsmigrās eū vl' colonia ei⁹
magalim colonie vl' trāsmigratiōes.
magbena. defendens filium sibi vel defensio filij eius.
magdal: magnitudo vel turris: seu ꝑmuniens aut premunitio.
magdael: turris dei vel magnificabit me deus.
magdalū. magnitudo vel turris. seu defendēs eos aut ꝑmunitio eorum.
magdalene: magnifica vel ꝑmunita. siue turrēsis aut defensibilis.
magdahel. turris dei vl' magnificās. deū siue multū accipit a deo aut magnificauit me deus.

magdalgad. turris pirate vel defendēs accinctū latrunculū.
magdol. turris vel magnitudo.
magdola turr' ei⁹ vl' magnificās eū.
magdola q̄s grādis vl' q̄ turris: siue q̄ ē magnitudo aut q̄ ē magnificētia
maggedda ānūciās vel annūciatio.
magedan. fruct⁹ doni vel annūciatio gratie siue poma eius.
maggeddo tēptatio vl' de tēptatione. siue pomoꝝ ei⁹ aut fructū cene eius.
maggedon. tēptās vel tēptatio: siue cenaculū aut inhabitatio.
mageth. cena pauor' vl' tēptatio vite
magmas tāgēs vel de tactu siue vile tributū aut vilitas tributoꝝ.
magog. doma vel tectū siue de tecto: aut de domate.
magro. guttur vel de fauce.
magron. guttur merozis vel de fauce iniquitatis.
machari. dom⁹ visiōis vel amaritudo mea.
mahelchiram. ex dei parte vel ex vita excelsa.
mahubihael. ex vita de⁹ vel quis est dominus deus.
maida. ꝯtradictio l' mēsura sufficiēs.
maimā. desiderat⁹ eis l' desideriū eoꝝ
Malach. angelus vel nuncius.
malachi. angel⁹ me⁹ l' annūciatio mea
malachias. angel⁹ dn̄i l' ānūciās dn̄m
Malachim. liber regum.
malachim. nūciās eis vel angel⁹ eoꝝ
Malachoth. liber regnorum.
malachoth. angelus tempore vel annuncians respōsionem.
malalai. laudator me⁹ vl' laudatio dei
malalehel. laudās deū l' laudatio dei.
malalehoth. angeli vel annūciatores
malasar. laudator ꝑncipis vel despector angustiarū.
malathra. visio vel de visione siue despiciens aut despectio.
malcha. regnum vel ꝑncipatus.
malchi. rex meus vel ꝑncipat⁹ mihi.
malchia. regnator dn̄s l' ꝑncipat⁹ dn̄i
malchon. rex mesticie vel ꝑnceps iniquitatis.
malch⁹. rex ꝯsilij, l' ꝑnceps festinator
maleth. nuncius vel regnator.
maleboth. angelus vinctus vel annūcians declinationem.

maloth. ꝑnceps vel annūciator.
maloboth. angeli vel annunciatores
mallothe. plenitudines vel adimpleti
mambre. diuidens vel diuisio siue claritudo aut perspicuitas.
mābres. mare i capite l' mare pelliceū
mamoazer. de longe vel delongatus seu alienatus aut alienatio.
māmon. luc rū pecunie vel cupiditas diuitiarum.
māmona. diuitie vel cupiditates.
Utrūq; hoc nomen syrū est pariter ꝛ hebreū vtrinq; mixtū.
mamucha. elongans calorē vel alienatio prestolationis.
mamuchā. idem.
man. quid vel quomodo.
manna. quid est hoc vel quō est istud
mana. donans vel requiescens.
manaa. munus vel consolatio: seu sacrificiū aut holocaustū.
manaath. munera vel ꝯsolatiōes seu numerās vitā aut pauoris cōpletio.
manad. sepulchrū vel monumentū.
manaem. consolans vel consolatio.
manaem. castrū vel tabernaculū siue requies aut consolatio.
manath. requies vel sepulchrū.
manaim. castra vel tabernacula: seu requietiones aut consolationes.
manasses. necessitas vel obstupescēs siue obliuiosus: aut qui oblitus est.
mane. numerus vel numeratū: siue cōpleuit aut cōpletio.
maneth. numerus vite vel numerās vitam seu complens pauorem: aut pauoris completio.
manhu. qd nā hoc ē vel quō est istud
manzaneroth. tridentes vel fuscinule seu complens pauorē.
manlius. quid laboras vel quō laboriosus es.
manne. requiescens vel requieuit.
maoth. curatus vel curatio.
maol. chorus vel plenitudo.
maon. habitaculū vel habitatio.
maozim. inhabitationē vidēs vel habitaculū fortitudinis eoꝝ.
mapsa. munimen vel ꝑtectio.
mapsam. muniēs eos vl' ꝑtectio coꝝ
mara. amaricans vel amaritudo.

maradath. amara cõtinentia vel ama ra iactantia: ſeu amare continẽs aut amarus arroganter.
marai. amaricans me vel amaritudo mea
maraioth. amara ſcientia vel amari/ cans dominatio.
marala. amara conceſſio vel amaricã ter concedens.
maranatha: in dñi nr̃i aduẽtu vel qñ dñs nr̃ aduẽiet. Syrũ eſt nõ hebreũ
marath. amaꝝ tp̃ſ: vel amaritudo pcti
marchaloth. q̃drige vel quadrigãtes
marcus. attritus vel defricatus.
marcus. amarus vel declinatus: ſiue certus aut ſublimis mandato.
mardath. amara contritio vel impu/ denter contritus.
mardochai. amare conterẽs vulturẽ vel amara contritio deuoratoris.
mardocheus. amare cõterens ipudẽ tem vel amara contritio impudẽtis
mares. amare tollens vel amara plaſ matio.
marcſa: a capite vel a principio.
mareth. amara vita: vel amaritudo pauoris.
maria. illuminata vel illuminatrix.
maria. ſmirna maris vel ſtella mariſ ſiue illuminans aut mare amarum. Syro aũt ſermõe dña interpretatur
mariboth. lites vel iurgia ſiue diſſen ſiões aut contradictiones.
marimuth. litigãs vel ꝯtradicẽs: ſiue amara mors aut amaritudo mortis.
mariſa. a capite vel a ꝑncipio ſeu a ma re tollens aut amara plaſmatio.
marina. amaꝝ onus vel amara retẽtõ
marodach: amara ꝓcacitas aut ama/ ra contritio.
maroioth. amara ſcientia vel amari/ cans dominatio.
marom. ſublimis: vel de excelſo: ſeu amare triſtis aut amara triſticia
marſana: amare abundans vel ama/ ra egreſſio.
martha. ꝓuocans vel irritans. Syro aũt ſermõe dominãs aut domiatrix
maſa. onus vel aſſumptio.
maſaa. onerãs eã vel aſſumptio eius.
maſſa. pondus vel alleuatio.
maſſada. retinẽs vel requirẽs. ſiue aſ ſumẽs ſuitutẽ aut onerãs teſtioniuz
maſaphot: roſtra incendentia vel de tribulatione roſtrorum.
maſai: onus meum vel aſſũptio mea
maſaia: onus dño vel aſſũptio domini
maſal: parabola vel ꝓuerbium.
maſan: iocũditates vł iocũditatibus ſiue onus doni aut aſſumptio gratie
maſech: pincerna vel ꝓpinatio.
maſepha: ſpeculator vel de ſpeculatõe
maſephat: ſpeculatio vel contẽplatio.
maſcia onꝰ dño vł aſſumptio domini.
maſena ꝓſpera vel ſecunda: ſeu ſecun dãs aut ſecundatio.
maſera: eruditio vel diſciplina.
maſerat eruditi vel diſciplinati.
maſerecha. libans vł attrahens ſiue li batio aut vectigal vanum.
maſerephot. ſpeculans ſuper indumẽ tum vel ꝯtemplator ſup humeralis.
maſerath ſpecula vel refugia ſiue mu nitiones aut ꝓtectiones.
maſpha ſpeculatio vel ꝯtemplatio ſiue de ſpeculatõe aut de contemplatione
maſphat cõtemplans tempus vel ſpe/ culator peccati
Maſphe. ſpeculatio vel contẽplatio.
Maſia. onus dño vel aſſũptio dñi.
Maſloth. ꝓuerbia vel parabole.
Maſma. exaudiens vel exauditio.
Maſmana. adiutor doni vel exaudi/ ens gratiam.
Maſob. onꝰ ſui vel aſſũptio ſuitutis
Maſobia. ſpeculãſ dñz ł aſſũptio dñi
Maſrecha. vectigal vanum vel attra cta libatio.
Maſrephot. ſpeculãs ſupindumẽtũ vel ꝯtẽplator ſuperhumeralis.
Maſreſa. onꝰ ipiũ ł aſſũptio iniqtatſ
Matha. donans vel donatio ſiue tri butum aut humilie forum.
Mathalã. ꝯſumãs eos ł ꝑfectio eoꝝ
Mathama. manus vel donatio.
Mathan. donãs vel donatus ſeu do nator doni aut donatio gratie.
Mathana. donans ei vel donatio eiꝰ
Mathanai. donum eius mihi vel do natio eius mea.
Mathania. donãs dño ł donatio dñi
Mathaniam. donatus dominus eis vel donatio domini eorum.
Mathanite. donatores vł donati ſeu donatores donoꝝ aut dõatores graꝝ
Matharis. cõpluta vel cõplutio: ſeu complutus aut cõplutio mea.
Mathat. donãs pctm̃ ł donatio tpis.
Mathatha. donans peccatum ei vel donatio temporis eius.
Mathathias. donatus a domino vel donum domini aliquando.
Matheba. dulcis ſaturitas vel dulce do ſatu itatis.
Mathetha. donãs ei vel donatio eiꝰ
Matheus. donator conſilij vel donũ feſtinationis.
Mathiama. donator gratie domini: vel donans donationem domino.
Mathias. donatꝰ dño vł donatio dñi ꝓ iuda ſcilicet i cuius loco poſitus ẽ
Mathimum. donum domini eſt vel donatio domini eſt.
Mathlam. conſumans eos.
mathrabith. ꝑſecutio ł vga deſcẽdẽs
Mathreth. iconomꝰ vel diſpenſator
Mathras. dono indigens vel dona tor dormitans.
Mathuſalam. mortem miſit vel mor tis emiſſio: ſiue mortuus interroga tor aut mortuus eſt ⁊ interrogauit.
Mathuſale. idem.
Mauthel. viuẽs deo ł viuẽs deꝰ ſeu ex vita dei aut qs eſt ſicut dñs deus
Mauman. quis eſt de lõge vel ex vi ta alienatus.
Maza. ex hoc vel ex iſtis.
Mazarathzodion. ideſt ſigna horo/ ſcopi per duodecim horas.
Mazarothzodiacon. que mathemati ci duodecim ſigna appellant.
Mazia. ex hoc dñs vł ex iſto dñatio.
Mazian. ex h̄ dñs ẽ ł ex iſto dñatio ẽ
Mazioth. ex h̄ tp̃s vel ex iſtis rñſio.
Mazuroth. vicula vel diſcipline ſeu ſucceſſiones aut excluſiones.

Hic. e. poſt. m.

Mechedem. ab exordio vel cõ tra orientem.
Mechia. percuſſus domino vel percuſſio domini.
Mechmas. humilitas vel attrectatio
Mechme. baſis quieſcens vel venũ datus cõmotioni.
Mechomoth. fulture ł ſuppoſitiões
Mechorath. venũdatus mihi vel ve

nundatio mea.
Mechurach: venūdatꝰ vl' venūdatio
Mechurabite: venundati vel venun
datores.
Medab: fames antiqua ei vl' fames
antiquarum.
Medaba. fames antiqua ei vl' fames
antiquarum eius.
Medabena: onus vel pondera: ſiue
de onere aut de ponderibus.
Medad: mēſus eſt vl' acquieuit: ſiue
metiens aut menſuratio.
Medala aque ſublimes vel menſura
in aqua.
Medam: mentiēs vel reſpōdēs ſiue
mendaciū aut reſponſio.
Medana: aque eminentes vel aqua-
rū eminentia.
Mede. mēſura vel aque eminentes.
Medemena. mēſura viſcerꝝ eius vel
aque eminētes ex ipſis.
Medena. aque ſublimes vel aquarū
ſublimitas.
Medi: adequati vel menſuratores.
Media: menſura vel adequatio.
Medin: menſurās cauſam vel ade-
quatio iudicij.
Medon: menſurās dolorē: vel ade-
quans murmurationē.
Medro: menſura vel menſuratio.
Meeber. de qua vel vlterior.
Meethabel: benigna dei: vl' benigni
tas domini.
Mezabel. benigna dei vl' bōitas dei.
Meiphaat. ipetꝰ aq̄ vel impetꝰ aq̄rū.
Mephat. ſpeculū vel ſpeculatio.
Mepheth: ſpeculū vite vel ſpeculatio
pauoris.
Megia deſpiciens vel deſpectio.
Megbis: dſpiciens cōfuſionē vel de
ſpectio ignominie.
Meida. ꝯdictio vel mēſura ſufficiēs
Meizabel. benigna dei, vel benigni-
tas domini.
Mela: vallis ſalis vel vallis ſalſa.
Melcha: regina vel regnatrix.
Melchā. regēs eos: vel rex eorꝝ.
Melchi. rex meus vel regnās mihi
Melchias rex dn̄s vel regnū dn̄i.
Melchiel. rex meus deꝰ vel regnum
meum dei.
Melchielite: reges mei deo vl' regna
mea dei.
Melchiſedech. rex iuſtꝰ vel rex pacifi
cꝰ ſiue rex pacis aut rex iuſticie.
Melchiſua rex ſaluator l' regnū ſalutꝭ
Melchiſue rex loq̄x vl' regnū cātilene
ſiue rex meꝰ tyrānꝰ aut rex meꝰ ꝑditio
Melchon. rex eorꝝ vel ꝑncipans eis
Melchon: rex meroris vel princeps
iniquitatis.
Melchonoth fulcra vel regna ſiue re
ges induti aut regū cubicula.
Melia. vallis ſalis vel vallis ſalſa.
Melech. chorus vel a principio.
Melech. regnū vel regnator.
Melechi chorꝰ meꝰ vl' a ꝑncipio meo
Melchias chorꝰ dn̄i vl' a ꝑncipio dn̄i.
Melithme. infirmitas vel de ifirmi-
tatibꝰ ſeu mādatū humile aut māda
tum humilitatis.
Mello plenꝰ vel plenitudo ſiue adim
pletus aut adimpletio.
Meloth. pleni aut adimpleti: ſiue ple
nitudines.
Melothi plēi mei vl' adi pletōes mee
Melloth. pleni vel adipleti ſeu pleni
tudines aut adimpletiones.
Mellothi plēi mei vl' adipletōes mee
Melſa: rixa vel i azimis.
Melluch. vallis ſalſa ignis mordētꝭ
vel vallis ſalis dolorē preſtolantiū.
Mellucharē vall' ſalſa mordētiū lapi
des vl' vall' ignea lapidū accruatorꝝ
Melluth: plēitudies vel adipletiōes
Mem: a quo vel ex ipſis.
Mēbrana aperta vel manifeſta ſeu:
aꝑtio vel manifeſtatio.
Memphis. os vel ab ore ſiue os eiꝰ
aut os ex ipſis.
Mēphiboſeth os ꝯfuſū vl' os ꝯfuſio
nis ſiue os igmie aut de ore igmia.
Mēphon os meroris l' de ore iiq̄tatꝭ
Mēmiꝰ ex quo qs vel ex ipſis iſte.
Memiz aq̄ mee l' viſcera mea ex ipīs
Memrath. ex q̄ deꝰ vel viſcera con-
motionis.
Men. viſcera vel ex ipſis.
Mena. viſcera mea vel ex ipſis inti-
mis meis.
Menelaus viſcera maledicta vel ex
ipſis maledictis.
Mer. apertus vel manifeſtꝰ ſiue illu
minans aut illuminatio.
Merab multitudo vel de multitudi-
ne ſiue manifeſtās patrē aut illumi-
natio patris
Merari. amaricās vel amaritudo. ſi
ue aperiens vigilias aut illuminans
ſuſcitationem.
Merarite amaricās vel amaricati: ſi
ue aperiētes vigilias aut illuminan
tes ſuſcitationē.
Mercuriꝰ aperiēs ciuitatibꝰ vel illu-
minans occurſum ſigni.
Mere apertꝰ vel māifeſtꝰ ſiue illumi-
nans eum aut illuminatio eius.
Mered rebellis vel aꝑtio ſiue illumi
nans aut manifeſtatio.
Merephet fouēs vel cubāſ ſiue cuba
bat aut confouebat.
Meremuth. aꝑiens mortē vel illumi
nans mortuos.
Meribaal. litigans cū marito vel liti
gans cū altiſſimo ſiue litigās in ma-
ritum aut litigans ꝯtra altiſſimum.
Merimuth aperiēs mortē vel illumi
nans mortuos.
Merob. multitudo vel multitudine.
Merodach. amara ꝓcacitaſ vel ama
ritudinem imittens ſeu amare cōtri
tus aut amara contritio.
Merom. aque vel ꝓfunditates.
Meren. illuminās merentes vel ma
nifeſtans iniquos.
Meronath. illuminās merentes tpe
vel manifeſtans iniquitatē peccati.
Meronathites. illuminās merentes
tpe vel manifeſtans iniquitatem.
Meros. aperiens viſionem vel imu
tatio fortitudinis.
Meros. conſulens vel conſiliuꝫ ſiue
archanū aut aque ſacramentorꝝ.
Mes. hoſpes vel hoſtis: ſiue menſu
rator aut menſuratio.
Meſa. euado vel aqua rara.
Meſa. hoſpes eiꝰ vel hoſtis eius ſiue
ue menſurans eū aut mēſuratio eiꝰ
Meſa. hoſpes ſaluans: vel menſura
ſalutis.
Meſara. aqua rara vel ꝓpinatio ſiue
dans potum aut ꝓpinator.
Meſach. propinans vel potuꝫ dans
ſiue hoſpes fratris aut hoſpes frat
nitatis.
Meſſalē. hoſpes miſſus vel reddēs

redditionem seu mensurans pacem
aut hospes iusticie.
Mesaloth: euadens vinculuz vel a q̃
rare declinatio.
Mesameleth. potum dans choro vel
propinans a principio:
Mesech. amens vel trahens siue cõ
pressus aut compressio.
Mesech. deficiens vel ꝓlongãs seu
defectio aut prolongatio.
Mesepha. speculator vel contempla
tor seu speculatio: aut contemplatio.
Mesellima. capiens eos domino vł
palpatio eorum deus.
Meseroth. vincula vel discipline seu
successiones aut exclusiones.
mesczabel. bẽignꝰ deo vel mẽsurator
domini.
Mesphar. speculatorem suscitãs: vel
contemplationis vigilia.
Mespharet. hospes hians vel hospi
tis hiatus.
Mesphe. hospitis laqueus vel hospi
tis discipline.
Messias. chrisma vł vnctio: ue xp̃s
aut vnctus.
Messolam. hospes seculi vel mensu
ra eternitatis.
messolã. capiẽs eos vel palpatio coꝝ
Mesopotamia eleuata voce quadã vł
eleuatio cuiusdam vocationis.
mesraim hospitãs eos vł mẽsura coꝝ
Scićdũ ꝙ mesrã egyptꝰ appellat̃
messhi varius vel varietas.
messulam. mẽsura doloris vel hostis
anterior.
metheba. dulcis vel dulcedo
methiba. virga vel lectulus.
methabaal. benignꝰ vir habẽs vel qꝫ
bona deuoratio vetustatis.
methael: qꝫ bonus deus vel qꝫ bona
diuinitas.
methabebel. idem.
methiri dulcedo vidẽs vel dulcꝭ visio
mensim saluãs eos vel attrectatio coꝝ
meza ex hoc vel ex isto.
mezaab. eleuata vel super eam: siue
aqua fluens aut aque fluitio.

Mic. i. post. m.

MJamin quis matris fetus vel
cui donatus.
mibaar. electus vel electio: si
ue de electis aut de electione.
micha. quis hic. aduerbium loci. vel
quis est iste.
michael. quis vt d us vel quis est si.
cut iste dominator.
michaia. qs vt deus vel qs vt deitas.
micharob: quis hic dilatans: vel que
est hec latitudo.
michas. quis est hic. ad uerbium loci
vel quis est iste.
micheas qs ẽ iste vel qs ẽ in hoc loco
michol. aqua oĩs vel aq̃ ex oibꝰ.
mido. metiens vel mensuratio.
miphat. aq̃ imperꝰ vel aq̃ꝝ impulsio.
miphibaal os duorãs vł os vetustatꝭ
miphiboset: os ꝯfusũ vel os verecũ
dũ siue os ꝯfusiõis aut os ignomie
mihabel. domꝰ dei vel domꝰ exercitꝰ.
milethene generans castra vel gene
ratio donantium.
miletum. generans vel generatio seu
generare aut onus eius est.
milicho. regnator vel regnum.
minamin: quis matris fetus: vel cui
donatus est.
myrrha: amara vel amaricans: seu
amaritudo aut amaricatio.
mirabaal litigãs cũ marito vel litigãs
cũ altissimo. siue litigãs in maritum
aut litigans contra altissimum.
misaal. tractans deo vel quis inter
rogauit deum.
misaã trahẽs populũ vł irrogatio coꝝ
misaach. qs vt risus vel qs vt frater.
siue qs vt risus aut qs de gaudio.
misael: populus dei vel quis est vt sal
uans deus.
misia: q̃ indigẽtia vel q̃ ẽ dormitatio.
misor. humilitas vel tribulatio. seu de
humilitate aut de tribulatione.
misor. plana vel directa siue humilis.
aut campestris.
mitilene. trãsmigrãs: vel declinans.
seu declinatio: aut transmigratio.
mitridates. declinãs donũ sufficiens
vel trãsmigratio doni sufficientis
mizaab. quis vt aurũ obrizum vel qs
est sicut aurum purissimum.

Mic. o. post. m.

MOab: de patre vel ex patre.
Moabite: de patre geniti vel
ex patre generati.
moiada mẽsura dñi vel sufficiẽs dño.
moaç: fortis vel robustus siue robur
aut fortitudo.
moazian. de adiutorio domini: vel do
minus auxiliator est.
mobomia. edificiũ vel edificator.
mobomiar. edificans mihi vel edifi
catio mea.
mobumia. edificiũ vel edificator.
mobumiar. edificans mihi vel edifi
catio mea.
mochebor. vulnerans patrẽ luminis
vel paterne iracundia.
mochona. suppositio vel sustentaculũ
mochori: venundator meꝰ vel venun
datio mea.
mochot plaga vel vulnera.
mochotha: plaga eiꝰ vł vulnerãs eũ.
modab. natiuitas vel generatio.
modabe: nascens patri vel generatio
eius.
modin: iudiciũ vel iudicatio.
modin: iudicans eos vel iudiciũ coꝝ
modollam: generationem testificans
vel natiuitatis testificatio.
moelath. dolens vel parturiens: siue
ab adolescente aut a parturiente.
moelathi: dolor meus vel parturiens
mihi.
mosci. palpatio vel attrectatio.
moscia: palpans eum vel attrectatio
eius.
moyses. aquaticus vel assumatus de
aqua.
moyses. vrgens vel liniens: siue at
trectans aut palpans.
molada: princeps piscium: vel dolor
parturientis.
molath: regnãs vel ꝑncipãs: seu do
lens: aut parturiẽs.
molathi: rex meꝰ vel ꝑnceps meꝰ siue
dolor meus: aut parturitio.
molathite: regnãtes vel ꝑncipantes:
siue dolẽtes aut parturiẽtes.
molchon. regens eos vel princeps eo
rum.
molid: infirmitas vel a principio.
moloch: rex vel ꝑnceps: siue rex nři.
aut princeps noster.
mool: infirmitas vel ad infirmitatem
siue chorus aut principio.
moola: chorus eius vel ab initio eius

siue infirmans eum: aut infirmitas
eius.
mooli. infirmitas mea vel de infirmi
tate mea: siue chorus me⁹: aut a prin
cipio meo.
mooli: chorus laborus uel a pncipio la
borioso: siue infirmus laborās: aut
de infirmitate laboriosa.
moolite chori mei: vel a pncipio meo
siue infirmitates mee: aut de infirmi
tatibus meis.
moos: infirmitas vel habitaculū.
moosa infirmans eum vel habitaculū
eius.
moosia: infirm⁹ domin⁹ vel habitacu
lum domini.
morath: heres vel hereditas.
morathi: heres me⁹ vel hēditas mea.
morathite: heres meus iste vel heredi
tas mea ista.
morasthi heres eoꝝ iste vł hereditas.
eorum ista.
morasthite: heredes mei isti vł iste sūt
hereditates mee.
moria: visio vel visiōis siue illūinans
aut dilucidās. Ipse ē loc⁹ in q̄ abra
he dictū ē vade in terrā visionis.
morithi: heres meus vel hereditas
mea.
morome: sublimitas vel celsitudo.
mosa: salus vel eruditio.
mosee. saluator vel saluificator: siue a
saluatore: aut saluificatore.
mosellamoth. capiens eos morti vel
palpatio mortis eorum.
mosera: eruditio vel disciplina.
moseroth: vincula vel discipline.
mosphetaiz. sortes vel vicinie: seu sor
tium aut viciniarū.
mosi: palpator vel attrectator.
mosoch captura vel capiēs: siue capiē
tes: aut capture.
mosollom: capiens eos: vel palpatio
eorum.
mosullamia capiēs eos dño vł palpa
tio eorum dominus.
mosollamoth: capiens eos morti vel
palpatio mortis eoꝝ.
mosollam: capiens eos vel palpatio
eorum.
mosura: vinculū vel disciplina.
mozel: eruditus deo: vel disciplina.

Mic. v. post. m.

Mmin: cōsolans eos vel vi
scera eorum.
musa: palpās vel attrectans:
siue palpatio: aut attrectatio.
musac: palpās frēm ł attrectatio fris.
muserot vincula vel discipline.
musithe palpātes vel cōtrectantes.

Seq̄r de noib⁹ incipiētib⁹ ab. N. lra

Na: pulchra vel pulchritudo
Naab abscōdit⁹ vel reqescēs
Naabi abscondit⁹ mihi vł re
quietio mea.
Naad. pulchra seruit⁹: vel pulchruꝫ
testimonium.
Naalal: laudāt vel laudabūt siue tor
rens aut laudatio:
Naalia. torrēs dei vel laudans deū.
Naaliel: torrēs dei vel laudatio dñi.
Naalon: de⁹ candoris vel pulchritu
do laterum.
Naama: decora vł pulcherrima siue
cōmouēs eos. aut cōmotio eorum.
Naaman: decor⁹ vel pulcherrim⁹: si
ue cōmouēs eos aut cōmotio eorū.
Naamath: mouens mortē vel decor
peccati.
Naamithe: mouentes mortem vł de
cori peccato.
Naamin pulcherrim⁹ ł cōmotio eoꝝ
Naar: puer: vel infantulus:
Naara. puer ei vel infantulus eius.
Naarath. pueritia temporis vel in
fantia peccatoris.
Naari. puer mihi vel infantul⁹ me⁹
Naarias: puer dño vel ifantul⁹ dñi.
Naas: serpēs vel coluber: siue augu
rans: aut augurium.
Naaron: requies sonās vel requie
tionis sonitus.
Naason. coluber murmurās vł ser
pens inutilis siue augurās doloreꝫ
aut auguriū iniquitatis.
Naath decor tpis vł pulchritudo pec
cati siue abscondēs peccatū: aut re
quiescens tempore.
Naazab: ex tūc pphta vel pphta
uit tūc: siue pulchrū auxiliū: aut ces
sionis initium.
Nabai. cōspicu⁹ vel requiescens.
Nabaioth sedēs vł excludēs: siue re
quiescēs tpe aut cōspicuus rīsione
Nabal: stultus vel insipiens.
Nabao: pphete vel venientes.
Nabaoth: sedēs vł excludēs: siue cō
spicuus aut requiescens.
Nabath: scādalū vel scandalizans: si
ue insipiens: aut insipientia.
Nabathei: insipientes vel scandali
zantes.
Nabau veniens vel includēs seu ve
nimus: aut inclusimus.
Nabdael: vrsus dei vel seruiēs deo.
Nabeoth pphetās vel pphetatio.
Nablath. organuꝫ vel laudatorium.
Nablion. psalterium grece laudato
rium latine.
Nablum. organū vel laudatorium.
Nabo. sessio vel pphetia siue cōclu
sio aut superueniens.
Nabohe. pphēta vel prophetia.
Naboth. sessio vel pphetia siue con
cludens aut superueniens.
Nabu. veniens vel includens.
Nabuchodonosor sedēs in angustiis
agnita vel sessio in agnitione angu
stie. siue pphetās istiusmodi signū
aut pphetia laguncule anguste.
Nabusabarai calcans tempus vł cal
catio temporis.
Nabusarachim. calcator fratrꝫ ł calca
tio fraternitatis.
Nabuthei. pphete vel pphetantes.
Nabusardan pphetauit paleas vł p
phetia alieni iudicij.
Nachem preparās eos vel prepara
tio eorum.
Nachon. pparans dolorē vel ppara
tio iniquitatis.
nachor. requiescente luce vel obscura
tio nouissima siue requies luminis
aut pparatio iracundie.
nad. ascendens vel ascensio.
nadab. votiuus vel spontaneus.
nadabias. vouēs dño vel spontane⁹
domini.
naeman. fidelis vel fidelitas siue mo
uens eos. aut motus eorum.
naeth. requiescens vel requietio.
naphador dispersa generatio ł disper
sio generationis.
naphecuub. nm vel maritima.
naphedor. conuersa generatio: vel cō
uersio generationis.

Napheg. marinus vel maritimus.
Naphei. maritimi vel animarum refrigerationes.
Naphes. anima vel refrigerium.
Naphis. idem.
Nagge. meridies vel meridianus.
Nageb. idem.
Nahaim. puer meꝰ vel infantia mea
Nahelel. hymnus vel laus siue laudans deum aut dei laudatio.
Naid. salum vel mare siue fluctuans aut instabilis ⁊ sedis incerte.
Naim. fluctus vel motus siue fluctuans aut cõmotio.
Naioth. conspicuus: vel excludens.
Nalol. torres vel laudatio.
Nama. deus vel cõmotio.
Namuel. dormiuit deus vel dormitio dei siue hi qui sunt dei: aut quos dormire facit deus.
Namra. pardus vel amaritudo: siue amaritudines aut amaricationes.
Namrim. pardi vel apostate: siue ꝓfugi aut transgressiones eorum.
Nampsi. palpans vel tangens: siue attrectans aut attrectatio.
Namuhel. loquens cum deo vel cuz quo loquitur deus.
Namuhelite. loquentes cum deo vel cum quibus loquitur deus.
Nance. piscis vel fetus siue germen pulchritudinis aut pascua eoꝝ.
Nartissus. colligẽs vel collectio siue lucerna scindens: aut accensus leticie.
Nasab. exsiccãs vel exsiccatio: aut germinatio eorum.
Nasarám. germen molle vel germẽ tenerum siue germinans eis.
Nasia. coluber domini vel serpẽs dominator.
Nasib. titulus vel statio.
Nasim. dux vel princeps siue principans eis.
Nason. consolans vel quiescẽs: siue augurans aut augurium.
Nasor. pulchritudo luminis vel cõsolans angustiatum.
Natham. donatus eis vel donatio eorum.
Nathamelech. donatꝰ regno vel donatio regnatoris.
Nathã. donãs donũ vel donatꝰ grẽ.
nathanahel. donũ dei ł dõauit eũ deꝰ
Nathinei. donãtes vł donati siue hypodiacõcs grece aut subministri latine.
Nathõ. donatus meron vel donatio iniquitatis.
Naua. semen vel germen siue latratus aut pulchritudo.
Naue. idem.
Naum. germinans vel consolator.
Nauũ. gerũinãs eis vł ꝯsolatio eoꝝ
Nazareth. flos vel virgultũ siue sanctitas aut consecratio.
Nazareth. vnctio vel mũdicia seu custodiens aut separatio.
Nazareus. virgultum vel floribus: siue custodiens aut separatus.
Nazareus. mũdus vel sanctus: siue vnctus aut consecratus. Vtrũqz hꝰ nomen apud hebreos non scribitꝰ ꝑ z. litteram sed per hebreum sade qđ nec. s. nec. z. litteram sonat.
Nazarei. virgulta vel floridi siue custodientes aut separati.
Nazarei. mundi vel vncti siue sancti aut consecrati.
Nazareni. idem

Hic. c. post. n.

Neapolis. mire cõmota vł mira cõmotio.
Nebaas. latratus apprehensus vel latrantis apꝑhensio.
Nebaial. latrans laxus vel latrãs laxatus seu latrantis leuitas: aut latrãtis latitudo.
Neballath. latratus temporis vel insipientia peccatoris.
Nebe. latrans vel latratus: siue psalterium aut mensura.
Nebal. latrans deo vel latratꝰ dei: siue mẽsura dei aut dei psalterium.
Nebo. latrans vel latratus.
Nebui. latrator meꝰ vł psalteriũ meũ
Nechao. paratꝰ iste vel paratio ista.
Neceb. statio vel attrectatio.
Necho. percutiens vel percussio.
Nechoda. includens iudicio.
Necophati. excludẽs ł exclusio siue inclusũ apiẽs aut ꝑcussionẽ euadens.
Nechota. aroma vel thymiama: siue storax eius aut aromatizatio eius.
Neele. scala vel torrens.
Neelamite. cuiusdam heredes vel cuiusdam hereditates.
Neelle. cuiusdam heredes vel cuiusdam hereditas.
Neellamite. scale vel torrentes.
Neelescol. torrẽs botri ł botrꝰ torrẽtis
Neema. consolans vel consolatio.
Neemias. consolatus a domino vel consolatio domini.
Neesta. es vel metallum.
nephael. spirãs deo ł applicãs ori dei
Nephei. spirans vel sufflans siue spiritus aut sufflatio.
Nephee. applicans ori: vel ligurius quod est nomen lapidis.
Nephec. pruna vel carbo siue seducens aut seductio.
Nepheg. idem.
Nephẽdor. marins vel maritima.
Nephi. purificans vel purificatio.
Nephsa. purificans aggrauatuz vel purificatio aggrauati.
Nephoa. deceptio vel dissolutio.
Nephusim. apertum nomẽ vel dissoluta auditio.
Neger. florens vel floridus.
Negoda. includens iudicio vel percussio iudicij.
Nechiel. stans deus vel statio dei.
Nebisoth. stans vel statio siue status temporis.
Neman. pulchritudo vel consolatio.
Nembra ꝓfugium vel apostasium siue apostata aut apostasia.
Nemra. ꝓfugiũ vel transgressio siue pardus aut amaricatio.
Nemri. pardi vel apostate siue amaricãtes eos aut ꝓfugia eoꝝ: seu pardoꝝ aut apostatarum.
Nemrith. pardi vel apostate.
Nemroth. tyrannus vel ꝓfugus: siue transgressor aut apostata.
Nemsi. palpans vel tangens: siue attrectans aut attrectatio.
Nemsib. stans vel attrectans siue statio aut attrectatio.
Nephtad. deceptio vel dissolutio.
Neptali latitudo mea vel ꝯuersio eiꝰ
Neptali. discretus vel seiunctus: seu conuoluit me aut conuolutio mea.
Neptalim. habitatio vel cõpatio siue conuertens eos aut latitudo eoꝝ.

Neptalim. iplicatio vel ꝯuersatio siue dilatauit me. aut dilatatio mea.
Neptalimite. conuertentes eos vel latitudines eorum.
Neptalite. habitacula vel comparationes seu dilatati mei: aut implicatiões eorum
Neptar. purificans vel purificatio.
Nepte. decipiens vel dissoluens siue deceptio: aut dissolutio.
Nepthee. decepti vel dissoluti siue deceptio. aut dissolutio.
Nephoim. sculpẽtes vel apiẽtes: siue decipiẽtes eos: aut dissolutiões coꝝ
Nepthupha. deceptio vite remisse vł dissolutione claudicans.
Neptuim. scalpẽtes vel apientes siue decipiẽtes eos. aut dissolutiões coꝝ
Nepthusim. apertum nomẽ vel dissoluta auditio.
Ner. lucidus vel lucerna.
Neregel. lucis aceruus: vel lucerne aceruatio.
Nereꝰ. lucis ꝯfiliũ ł lucerna festinãs
Nereth. cithara vel quasi lucerna seu lux vite: aut lucerna pauoris.
Nergal. lucis aceruꝰ ł lucẽna aceruata
Nergel. lucerna aceruata vel lucerne aceruatio.
Nerger. lucerna inuoluta: vel lucerne inuolutio.
Neri. lucens mihi vel lucerna mea.
Neria. lucens dño vel lucerna dñi
Nesia: coluber dñi vel serpẽs dñicus
Nesibi. titulus meus vel statio mea.
Neson: augurãs vel auguriũ siue augur fortis. aut auguris fortitudo
Nesrath. temptatio tenera vel fugitiuus tener.
Nestheus. erarius vel metallarius
Nethman: decus vel motio siue commouẽs eos: aut cõmotio eorum.
Nepthua. imago. vel imaginatio.
Netophati. icludẽs me: ł iclusio mea
Netophatite. icludẽtes vel iclusores mei.

Hic. i. post. n.

Nicanor. stans lucerna vel statura lucida.
Nicodemus: includens iudicio: vel effusio terrenitatis.
Nicholaus. effluens vel effluxio siue stultus ecclesie languentis: aut stulticia languoris ecclesie.
Nicholaite. effluentes vel effluxiões siue stulti ecclesie languẽtis: aut stulticia languoris ecclesie.
Nichopolis. germẽ protectiõis mee. vel protectio germinis mei.
Niger. ascendens vel ascensio.
Nimpha. os applicatum vel oris applicatio.
Niniue. feta vel speciosa seu germen pulchritudis: aut natiuitas pulchra
Niniuite. feti vel speciosi seu germia pulchritudis aut natiuitates pulchre
Nisan. augurãs gratiã. vel auguriũ donatiõis.

Hic. o. post. n.

Noa. mouens vel commotio.
Noadaida. mouẽs seruitutẽ dño vł cõmotꝰ testimonio dei
Noadiae. mouens diluculum. vel cõmotio illuminati.
Nobaba. mouẽs eos vł cõmotio coꝝ
Noratha. mouens imperium vel cõmotio consumationis visionum.
Nob. latrans vel latratus.
Nodab. vter vel inflatio.
Noe. requiescens vel requieuit: siue cõmotus aut cõmotio.
Noema. decor vel fides seu voluptas aut delectatio.
Noeman. pulchritudo seu pulcher: seu consolatus aut consolatio.
